

82

21 a 8

Biblioteca	Universidad
GRANADA	
Clase	A
Nº	15
Vol.	217

17

1
14-217



2 400 40



11953925

Del Colegio de la Comp<sup>a</sup> de Jesus de Gran<sup>a</sup>.

Bd.

QUADRAGESIMALI OPVS.


**PRO OMNIBVS DOMINICIS, ET**

B-5952

*ferijs. quæ comuniter in Ecclesia predicari solent, a septuagesima  
vsquæ ad feriam secundam Resurrectionis, & omnibus  
ferijs hebdomadæ sanctæ.*

**CVM TRIPLICI LOCUPLETISSIMO INDICE ; RE-  
rum memorabilium, locorum communium, & autoritatum  
scripturæ sacræ.**

*Per Fratrem Didacum de la Uega Lectorẽ Theologum.*



**CVM PRIVILEGIO.**

**TOLETI.**

*Apud Thomã Guzmanũ Typographũ Anno. 1600.*

*Esta tassado a tres maravedis y medio cada pliego.*

## Ad Lectorem.

**E**Ntibi offerimus amice lector nostri Quadragesimalis primum volumen, à septuagesima usque ad resurrectionem, Domini, omnes Dominicas cum ferijs quartis, & sextis, quæ communiter prædicari solent, continens. Habes etiam in illo, conciones pro omnibus hebdomade sanctæ ferijs, in quibus aliquantulum curæ, & laboris insussumus. Quod quidem opus, si à te beneuole, & gratam exferit susceptum, secundum volumen, pro alijs quadragesimæ ferijs, quæ hic desiderantur, prout munus nostrum legendi Theologiam sacram permiserit, quamcitisimè pollicemur.



## Tassa.

**Y**O Pedro Capata del marmol Escrivano de camara de su Magestad, y de los que residen en su consejo doy Fe, que los señores del, de pedimiento y suplicacion del padre Fray Diego de la Vega de la orden del señor san Francisco. Tassaron vn libro hecho por el, intitulado Opus quadragesimale. que con licencia y preuilegio de su Magestad se imprimio, a tres maravedis y medio cada pliego, y al dicho precio y no mas, mandaron que se venda, y que antes que se venda, ningun libro, se imprima esta tassa en la primera oja de cada volumen. Y para que dello conste, de mandamiento de los dichos señores, y pedimiento del dicho padre Fray Diego de la Vega, di la presente que es fecha en Madrid a 13. de Nouiembre de 1600.

# Erratas.

*Primus numerus folium, secundus paginam,  
tertius lineam designabit.*

**F**oli. 3. pagin. 2. protinent lege tinnient. 27. 1. 25. pro Idu meorum, lege Amonitarum. 52. 2. 9. tentationes 71. 2. deficit, loco. 74. 2. 5. succurrere. 78. 2. 2. illuc. 88. 2. quod fructum. 95. 2. 3. plantatam. 107. 1. 30. hamo. 11. 1. 11. neglexeritis. 114. 1. deficit. quod filius natura ipsa duce, parentes diligit, & quid quid impiu. 118. 2. 13. susceptum. 125. 1. 5. operendum. 126. 1. infine deficit. & a sua gratia destitutus, a quo alio, eodem. fo. pag. 2. in fine deficit. num imperatores destituta est, & usque 137. 1. 31. soli. 139. 2. 1. animi. 151. 1. 19. procliues. 168. 2. 10. crediderim. 175. 2. 28. inquam 191. 2. 27. prorū. 2. pit. 202. 30. Exhibete. 222. 2. infine deficit. mitigantur. Hoc est quod patientissimus ille Iob dicebat. 233. 1. es. 234. 2. 10. pati vim. 234. 2. 25. per marc. 239. 1. 8. crucis. 248. 1. 10. hoc. 255. 2. 35. amore cōcilia re. 265. 1. 3. c. antiqui. 266. 1. 12. diuinæ. Plátatæ 267. 1. 11. percuciebant. 278. 2. 21. loco obsidum. 299. 2. 4. & Pilati, pro Herodis. 307. 2. 29. insuperabilem.

*Juan Vazquez del  
Marmol.*

# EL REY:



**P**O R quanto por parte de vos Fray Diego de la Vega, de la orden de san Francisco predicador, y Lector en Theologia, en el conuento de san Iuã de los Reyes de la Ciudad de Tolodo, y prouincia de castilla, nos fue fecha relacion, q̄ con mucho estudio y cuydado, vos auia des hecho vn libro en latin, que se intitula *Opus quadragesimale*. De que se figuria mucho seruiçio a nuestro señor y vtilidad a los q̄ le leyessen. Del qual hizistes presentacion, y nos suplicastes os mandafemos dar licencia para le Imprimir, y preuilegio por veynte años para q̄ vos o quic vuestro poder tubiese lo pudiese imprimir y vender y no otra persona alguna, o como la nuestra merced fuesse lo qual visto por los del nuestro consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la pragmatika por nos vltimamēte fecha sobre la impresion de los libros dispone. Fue acordado, que de viamos de mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha raçon. Y nos tuuimoslo por bien, por la qual os damos licēcia y facultad, para q̄ por tiempo de diez años primeros siguientes, que corran y se quenten del dia de la fecha desta nuestra cedula, vos o la persona q̄ vuestro poder obiere y no otro alguno podays imprimir y vender el dicho libro q̄ de sufo haze mēcion por su original q̄ en el nuestro consejo se vio q̄ va rubricado y firmado al fin de Pedro Capata del Marmol nuestro escriuano de camara de los q̄ en nuestro consejo residen. Y con q̄ antes que se venda le traygays ante nos con su original para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el, o traygays se en publica forma como por corrector por nos



nos nombrado por nuestro mādado se vio y corrigio la dicha impresion por su original. Y mādamos al impresor q̄ así imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego ni entriegue mas de vn solo libro cō su original al author, o persona a cuya costa lo imprimiere, ni a otra persona alguna para efecto de la dicha corrección y tassa, hasta q̄ antes y primero, el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro cōsejo, y estando hecho y no de otra manera pedays imprimir el dicho principio y primer pliego, y seguidamēte pongays esta nuestra cedula y la aprouaciō q̄ del dicho libro se hizo por nuestro mādado y la tassa y erratas, sopena de caer en las penas cōtenidas en las leyes y prematicas d̄stos nuestros Reynos, q̄ sobre ello disponen. Y mandamos, que durante el tiempo de los diez años, sin vuestra licencia no pueda imprimir ni vender el dicho libro persona alguna, so pena que el que le imprimiere y vendiere, aya perdido y pierda todos y qualesquier libros, moldes y aparejos, que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena d̄ cinquēta mil maravedis. La qual dicha pena sea, la tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro consejo, Presidentes y Oidores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaciles de la nuestra cassa y corre, y hancillerias, y a todos los Corregidores, Asistentes, Gobernadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, así a los que agora son como los que seran, de aqui adelante, que vos guarden esta cedula, y contra su tenor, y forma no vayā ni pasen por

por alguna manera sopena de la nuestra merced y de diez mil maravedis para la nuestra camara . Fecha en sant Martin de la Vega a veynre y dos dias del mes de Henero de mil y quinientos è nouenta è nueue años.

**YO EL REY.**

Por mandado del Rey nuestro señor:

*Dō Luys de Salazar.*

# Approbatio.



Uadragesimale opus, per grauissimum, ac sapientissimum patrem fratrem Didacum de la Vega lectorem Theologum, in insigni & religiosissimo conuentu S. Ioaannis Regum Toleti, compositū, ex iussu supremi senatus, qua potui attentione, & non sine summa animi voluptate perlegi & euolui. In quo nihil reperi, quod sanae fidei Conciliorum decretis, Ecclesiae dogmatibus, rectis moribus, & sanctorum patrum doctrinae esset aduersum. Quin potius, lucet in eo, utriusque Theologiae, cum positivae, tum scolasticae admirandum studium, considerationum facilitas, sententiarum ubertas, & inuisitata quaedam locorum difficultium sacrae scripturae, mira expositio: ut tanto viro, tanto ingenio, tantoque bonarum artium, ac literarum studio, dignum censeatur. Ex quibus facileprehenditur, dignissimum esse, ut typis commendatum, ad omnium verbum Dei profitentium manus perueniat. Datis Madriti in conuentu nostro sanctissima Triadis. 15. die Decembris, Anno. 1599.

F. Ioannes Temporal, conuentus  
S. Trinitatis Commendatarius.



Licen-

# Licencia.

**M**ater Matthæus de Burgos totius Cismontanæ familiæ ordinis minorû, seraphici patris nostri Francisci, commissarius generalis, Patri fratri Didaco de la Vega, eiusdè instituti, ac Prouinciæ Castellæ egregio concionatori, & in conuentu sancti Ioannis Regum Toletanæ ciuitatis lectori Theologo, salutem in Domino sempiternam. Cum ex munere teneamur Christianam religionem, pro viribus modis omnibus iuuare, & eos qui ex nostra sacra familia ei aliquid splendoris & ornamenti afferre possunt ornare, & fouere, paternoque fauore amplecti. Tuam singularem eruditionem in sacra scriptura non vulgariter interpretanda, quouis fauore dignam certò arbitramur. Quapropter, harum serie, liberam tibi concedimus facultatem, quatenus opus, quod à te compositum nobis significasti (cui titulus Latino idiomate Opus quadragesimale, inditus est) quodque & concionatoribus diuini verbi ad conciones suas componendas, & populo prædicandas, & audientium etiam animis ad mores suos reformandos, non parum utile fore speramus. Et cum iam per Patres nostri ordinis, seruata sacri Concilij Tridentini forma, fuerit præuisum & approbatum, obtenta prius Regij senatus licentia, vt typis illud mandare possis, facultatem concedimus. Datis in nostro conuentu S. Ioannis Regum Toleti, die. 25. Augusti, Anno 1569.

*F. Matthæus de Burgos.*

# Censura.



**P**X. Mandato Reuerendissimi Patris nostri fratris Matthæi de Burgos, totius Cismontanæ familiæ Commissarij generalis, qua potui attentione, vidi & perlegi. opus hoc quadragesimale à grauissimo, ac sapientissimo viro Patre fratre Didaco de la Vega, cathedræ Theologicæ S. Ioannis regum meritissimo moderatore, & in vtrâq; Theologia, tam scholastica, quam positua, non mediocriter erudito: & non solum non reperi in eo aliquid, quod nostræ fidei orthodoxæ, aut bonis Ecclesiæ moribus esset aduersum: verum, totum opus grauissimis considerationibus, miro quorundam ingenio & acumine potentibus, sententiarum frequentia, Doctorum vbertate, & Philosophorum dogmatibus: insuper & subtilissimis locorum difficilium sacra scripturæ interpretationibus, constat. Quapropter, vtilissimum verbi Dei concionatoribus, & vniuersis Latine linguæ peritis, fore, non difficile est iudicare: Poterit igitur in magnum omnium lucrum in lucem prodire, typisque mandari.

*F. Didacus Ordoñez  
lector Theologus.*

PR O

# PROLOGVS

## ad Lectorem.

**N**atam esse nobis propensione quandam ad celestia bona, & ad videndum finem nostrum siue finis hic naturalis sit, siue supra naturam appellandus, mirabilem quandam cupidinem: nemo est qui dubitet, amice lector. Habent enim fragmenta omnia, ab illo supremo artifice fabricata, quae in hoc visibili mundi opificio continentur, fines suos naturales, in quibus illa qualis fuerit, qua sunt capaces, beatitudo requieque consistit. Grauium enim, non nisi in loco deorum & in terra centro, leuia, in cocano luna, & in loco sursum flumina & fontes, caeterosque rapidissimos amnes, non nisi in medio corde maris, a quo exeunt, & in quod tandem celeriter ac rapidissimo cursu feruntur (ut apertissimi Salomonis utar' verbis) illo modo quiete, & peripatetica Philosophia clamat, & quotidiana oculorum experientia docet. Quod si creaturis alijs irrationalibus & insensibilibus, opificis similitudine & imagine longe inferioribus, fines sui itineris liberaliter concessit, quibus adeptis ab omni labore requiescerent, quanto magis in supremo omnium creaturarum homini, in hoc non defuisse existimandum est? Praesertim, cum homo, ut Moyses testatur, ad imaginem & similitudinem ipsius Dei fuerit creatus. Ille enim qui quondam, id est ab aeterno (si aeternitas hac nuncupatione aliquantulum explicari potest,) similitudinem suam in proprio filio expresserat: (Est enim candor lucis aeternae & imago bonitatis illius, & iuxta verba D. Pauli, splendor gloriae & figura

# Prologus.

figura substantiae eius) in luto humanitatis nostrae secundo assimilari voluit. Ceterum cum omnia propter semetipsum operatus fuerit Dominus, quis adubitet, hoc omnium mirabile opificium, ad suam gloriam etiam praedestinatum, fuisse? tuitur utique, abique ulla suspitione & dubio. Nam si caeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum, multo aequius de hac Dei similitudine & effigie id ipsum affirmari potest, cum omnes caelorum perfectiones, firmamenti splendor, & creaturarum omnium decor, in vno homine, quasi in creatoris sui speculo in vnum collecta possint spectari. Hinc voces illae affectuose diuini Citharedae prodeunt. Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est & non poterò ad eam. Ex me, inquit, scientia tua facta est mihi mirabilis, multo magis quam ex mundi creatione, cum in me ipso, quod non in alijs creaturis contigit tuae diuinitatis & magnitudinis similitudinem & picturam quandam expresseris, tali sculpta artificio: quod nulla manus, nulla potentia, non denique, demum astutia, eam delere valeat, & penitus auferre. De summo illo sculptore Phidias, Valerius refert, ex ebore & purpurissimo auro Mineruam effinxisse, cuius manum apprehendentem, in quo imaginem tuam miro depinxit artificio, tali ingenio & arte fabricatam, quod nisi idolum ipsum omnino perisset, artificis imago nunquam deleretur, ut aeternitati consecrata, futuris saeculis gloriam & nomen opificis referret. Non absimilis fuit illius, totius orbis artificis cogitatio (si tamen cum tam paruis rebus, tam magna & tam suprema comparare licet.) Elegit inter omnes creaturas hominem, praekonem suae sapientiae, & qui mundo gloriam suam notam faceret: quapropter, illius animam imagine sua insigniuit sed tam mirabili ingenio & industria, quod nul-

Ecclési. 1.

Gen. 1.

1ap. 7.

Heb. 1.

Prover. 16.

Psal. 37.

Psal. 138.

Valer.

Maxim.

## Prologus.

lo modo possit aboleri. Deformari enim poterit per culpam, obscurari aurum, & nitor ille gratia deperire, tamē imago ipsa naturalis, nullo casu, nullo euentu deleri potest, aut auferri. Ex hac quidem impressione, naturalis quā experimur, propensio & inclinatio ad Deū, in nobis ipsis nata est, qui nō in alio, quā in Deo fine nostro possumus quiescere, iuxta illud vulgatū D. Augustini Dogma. *Fecisti nos Domine ad te, & inquietū est cor nostrū, donec perueniamus ad te.* Sicut enim acus solaris horologii lapide Magnete tacta, quiescere nō valet, donec ad solē conuertatur, quia lapis ille (vt fertur) sub arcu, ro gignitur, virtutē solis in se impressā habēs: sic anima nostra, Des. ipso (ita fari liceat) per sui similitudinē tacta, nō in alio, quā in Deo authore sua quiescit. Sigillū ali quod si ceræ blāda impresseris, proculdubio, figuræ & characteres, quæ in sigillo erant, in ipsam cerā omnes trās funduntur: ibi enim leo, ibi castellū, serpētes & aquilla, & si quid aliud in sigillo cōtineretur, in supposita cerā effigiatū derelinquitur, sed manent etiā quedā spatia, quæ Hispano idyomate, *Vaxios*, appellantur, quā nō nisi sigillo ipso apposito, satiari queunt, aut impleri. Nō secus anima nostra ad similitudinē Dei creata, spatia quedā habet Dei capacia, intellectu, videlicet, voluntatē, & memoriā, quæ nullus a Deo, inter creaturas omnes satiare poterit, aut implere. *Satiebor, quidā ait, sed quādo? cū apparuerit gloria tua.* Columba illa Noetica, quæ ad explorandā terram, post generalē totius mundi inundationē, de arca est egressā, & de manu ipsius Noe dimissa, licet per omnia quatuor orbis climata, celeri volatu percurrerit: tamē, vt scriptura memorat, nō inuenit vbi quiesceret pes eius, donec ad manū redijt, vnde fuerat egressā.

Pari

## Prologus.

Pari quidem modo, anima nostra, quæ a Deo per creationē est profecta, nullā requiē in proceloso mūdi huius māsi habere potest, neq; inter infidas presentis vitæ vndas vllō modo quiescere, donec ad Deū ipsum a quo semel per creationē est egressa, reuertatur. *Quid mihi est in cælo, Psal. 72. David aiebat, & a te quid volui super terrā? defecit caromea, & cor meum pars mea Deus in æternum.*

Ad hanc supremā beatitudinē capeſſendā, & finem nostrū vltimum cōparandum, quantū scripturæ sanctæ lectio & predicatio cōferat, haut difficile erit credere: est enim omnibus cōpertissimum, & adeo notum, quod ad veritatē hanc cōprobandam, mens nostra nullis a se ipsa indigeat testimonijs. Hic enim totus scripturæ scopus est & finis, ad hoc cœlestia prophetarū oracula diriguntur, & Euangelicū ordinatur testimoniū, vt viam, quā ad Deū finē nostrum peruenitur, nobis notam faciant. *Lex Domini immaculata cōuertens animas, ait Psaltes, Psal. 18. testimoniū Domini fidele, sapientiā præstans paruulis. Et alibi. Lucerna pedibus meis verbum tuū, & lumē semitis meis. Hinc fit, quod Ecclesia sancta cœlesti & superno lumine edocta, nostræq; salutis auida, tanquā, quæ filios suos ad felicē hanc beatitudinē, omnes peruenire exoptat, nō cessat per totum anni cursum, cœlestia hæc & splēdidissima scripturæ sacræ lumina, cerā filiorū oculis proponere, vt tanto illustrati splendore, ignorantia tenebris depulsis, salutiferā cœli viam adinuenire persint. Ad hoc enim quadragesimale tēpus institutū est, nō solū vt ieiunijs, pœnitentiæ, & orationi intendamus, sed multo magis vt publicis assistamus cōcionibus, & verbum Dei per ministrorū ora pronunciatum, summa deuotione & attentione audiamus, vt fulgore illo illu-*

D. Aug.

simile.

simile.

Psal. 16.

Gen. 10.

## Prologus.

*minati, ad felicem illam patriam, pedes affectionum no-  
strarum cōuertamus. Hæc propterea dixerim, vt ex his  
facile possit deprehendi, quidnam ad importunum labo-  
rem subeundum, & conciones has quadragesimales in  
obsequium concionatorum diuini verbi conscribendas,  
animum meum pellexerit. Fuit enim non aliud, quam  
animarum lucrum, & salutis ad quam præordinati su-  
mus consequendæ, desiderium vehemens. Nam fortè  
& (utinā faxit Deus) in isto quadragesimali opere, ig-  
nitos aliquos carbones concionatores reperient, quibus  
repercentes hominum animos, in creatoris sui amorem  
inducere possint, & accēdere. Verbum namq; Dei, sicut  
igne. 23. ignis est, vt Ieremias inquit, & sicut malleus conterens  
petras, vt & duritiam cordis humani confringere, &  
frigiditatem eius possit inflammare. Vale.*

Clarissimo ac sapientissimo  
Viro, necnon & integerrimo  
præsuli patri fratri Petro Gon-  
çalez de Mendocça, prouinciæ  
Castellæ Prouinciali ministro,  
frater Didacus de la Vega, salu-  
tem & felicitatē sempiternam  
exoptat.



*Vt Genij, ac ingenij tui fe-  
licitatem non vulgare, mecum  
ipse considero, præsul dignissi-  
ma, alma nostra Prouincia Ca-  
stellæ splendor, necnon & no-  
bilissima familia tuæ ex qua  
ducis originem, singulare de-  
cus & columen. Dum hæc in-  
quam, reputo ac considero, non possum in magnam tui  
tuarumque singularium virtutum, admirationem nõ  
efferrī. Qui cum in tanta domestica gloria sis ortus,  
& inter sæculi delicias nutritus: tamen vt magni Fran-  
cisci, cuius professus es regulam, vestigia sequereris;  
is omnibus posthabitis & contemptis, mundum  
exuens & religionem induens, Christi Iesu humilita-*

†

tem

tem & crucem, amplexari non es veritus. In ipso autem itineris progrefsu, & religionis instituto, quantum profeceris, quas ieceris humilitatis radices, quas charitatis & amoris flammam emiseric, quos penitentia fructus dignos protuleris, quos denique omnium virtutum flores pulcherrimos germinaueris, vix humana lingua quiverit explicare. Erit non leue rei huius argumentum, quod in tam florida & tenera etate, qua in alijs non nisi dulcia & carnis blandimenta suadet: tanta modestia & vita puritate nitueris, quod omnium ora, non sine magna mundi expectatione, ad te videam esse conuersa. Namque, hac vita tua integritas religionis zelus, & charitatis ardor in causa fuit, quod in tam breui temporis spatio, ad tam excelsam dignitatis & honoris sedem peruenieris. Ex qua quidem, ea prudentia & consilio res omnes ad munus susceptum spectantes, gubernas & disponis, ea in administranda iustitia, virtute fouenda, eliminandis vitijs, & religionis semitis exquirendis, dexteritate polles, quod omnium prelatorum nostri temporis idea quadam & clarissimum exemplar, à Deo optimo maximo, constitutus esse videaris: Ideoque duos preclaros tibi comites addere voluit iustitiam & religionem, quarum altera, in numeros tibi subditos, in timore Dei, legis ac regulae suae obseruantia, conseruas & contines, altera ad veram, salutem & felicitatem, qua non in diuitijs, non in hono-

noribus,

noribus, aut saeculi voluptatibus, sed in vno Deo fine nostro consistit, verbo & exemplo conuocas & adducis. Mirentur in te alij colendissime & amantissime Petre, generis splendorem, maiorum antiquitatem, & regij sanguinis claritatem, celebrent formam qua praestas, pulcritudinem, efferant miris laudibus ingenij acumen, literarum peritiam, & in concionibus ad populum habendis non vulgarem gratiam & venustatem: ego verò quod inte admiror, quod magis me in stuporem adducit, est incredibilis tua virtus, singularis modestia, profunda humilitas, rara prudentia, & amabilis quaedam circa omnes tibi subditos humanitas. Possem quidem, & non inepte, te ab antiquitate & claritate sanguinis tuae gentis in praesentia commendare, possem multa eademque gloriosa & permagnifica, de Siluarum ac Mendociorum ex quibus trahis originem familijs dicere, possem maiorum tuorum tam in pace quam in bello egregie facta in quibus non modicam gloriam assequuti sunt, ad memoriam reducere: qua tot ac tanta sunt, quod non incongrue illud cuiusdam sapientis vsurpare possem.

Definet ante dies, & in alto Phebus anhelos.

Aequore tinget equos, qua cōsequar omnia di  
Ante diē clauso, cōponet vesper olimpo (ctis.

Quam tot ego Heroum, sim meminisse potis:

Verum quid hoc esset, oro, nisi actum agere, &

laudata laudare, quod aiunt? Quod enim per se notum & manifestum est omnibus, quod per omnium ora vulgatur & circumfertur, quorsum ego tanquam aliquid nouum & inauditum producam? Quapropter vir ornatissime, generosam tuam profapiam, claros natales, & maiorum præclara silentio transigens, & quasi Thimantis velo cooperiens, quod in te præ omnibus laudandum & commendandum censui, est vnica & singularis virtus, & ad hanc pro meritis efferendam, centum ora centumquæ linguas more Poetarum, mihi calitus concedi postulassetem, iuxta illud Per-

Perseus Sa-  
tyr. 3.

ficum, Satyra. 3.  
Vatibus hic mos est, cætum sibi poscere voces  
Centū ora, & linguas optare in carmina cætū.  
Ab alijs verò eò libentius abstinebo, quo verissimam  
semper iudicavi prudentissimi Ulixisheroicam sententiam. Sic enim apud Ouidium loquitur Laertius hæros.

Ouid. Me-  
thamor. 13

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus  
ipsi, vix ea nostra voco.

Iuena. sa-  
tyr. 5.

Et satyricus poeta Iuuenalis, Satyra. 5. sic ait.  
Tota licet veteres exornent vndique ceræ  
Atria, nobilitas sola est atque vnica virtus.

Lib. 2. de  
origine  
Deorum.

Non enim frustra, vt Apolodorus memorat, libr. 2.  
cum Hercules ad defensionem suæ patriæ, arma de  
manu Deorum sumeret, Appoline arcum & sagit-  
tas conferente, Mercurio gladium, ac Minerva scu-  
tum,

tum, sola claua quam ipse ex oleastro fecit, & qua in  
superabilem leonem occidit, in signum nobilitatis sua  
illi concessa est: Nimirum, vt hoc facto veteres innue-  
rent, quod vera nobilitas, non tam in acceptis, quam in  
virtute & propria industria acquisitis, est collocan-  
da. Iuxta hoc autem, quanta sit tua nobilitas, quan-  
tus honor debitus, quanta denique præstantia, ijs qui  
te probe norunt, & tuas inenarrabiles virtutes sunt  
expertis, iudicio sub sit: omnes enim vno ore vnoque cō-  
sensu de te ipso illud Maronis mecum fatebuntur.

Semper honos, nomenquæ tuum, laudesquæ  
manebunt.

Ceterum si iuxta Eneæ Silij placitum, labores ma-  
gnam cum virtute affinitatem habent, & vix vnum  
ab alio contrigit separari, cui potius quam tibi lucu-  
brationes meas & quadragesimales labores, pro com-  
muni fidelium vtilitate susceptos, offerre & dicare  
decernam? Offero igitur tibi hoc opus non quòd à te  
aliquid accepturum sperem, nam & ipsum acceptare  
pro magno premio computabitur, cum nequeat opus  
ex eo cui dicatur, aliquid magnitudinis & splendoris  
non accipere. Quadam enim (vt Plinius inquit) ob hoc  
ipsum summo habentur in pretio, quòd sint in tem-  
plis dicata. Non quia existimem (quod alios etiam mo-  
uere solet) quòd sub tua protectione & patrocinio, à  
detrahentium linguis futurum sit securum, lingua  
enim nemini parcat. Nam si iuxta Dauidis sententiã,

Eneæ Sil-  
uius.

Plinius.



Posuerunt in cælum os suum & lingua eorum tran-  
siuit in terram, quis locus tam tutus inueniri poterit,  
qui mihi maximè sospitatem promittat? Non enim  
tanti mea facio, quòd vndequaue absoluta & perfe-  
cta esse iudicem, & non potius Appelis pergula, &  
sutoris cæsura indigere. Ego enim me ipsum probè no-  
ui, & fructus vineæ meæ quales fuerint, non me latet:  
De quibus hoc vnum fatear, quod quidem fateri non  
verebor, quòd nullis, etiam calūnationibus tantum,  
displicere possunt, quantum mihi auctori displicent.  
Nam postquam opus typis mandauit, demisso iam &  
refrigerato scribendi calore, oculos quasi alienos induēs,  
multa in eo cerno, quæ si possem, aut mutarè aut cor-  
rigerem, aut forsitan omnino delerem.

Ouidius. 1  
de Pôr. Ele  
gia. 6.


Cum relego scripisse pudet: nam plurima  
cerno

Me quoquè qui feci, iudice, dignalini.

Non igitur linguarum maledicentiarum timor in cau-  
sa fuit, ut opus nomini tuo dicarem: nil enim mea re-  
fert, calūnentur, detrahant, & pro libito maledicant:  
nam & ego, si opus fuerit, non solū aliorum correctio-  
ni subiacebo, sed etiam aduersus memet ipsum, me ca-  
lumniatorem & accusatorem præstabo. Quod igitur  
præcipuè animum meum pellexit, fuit, & tua singula-  
ris humanitatis virtus, & meus, quo te prosequor  
amor. Hæc enim duo præbuerunt mihi audaciam, ut  
tam exiguum donum, taquè meritis tuis impar, magni-  
tudini

tudini tuæ offerre, non formidarem. Artaxerxes Per-  
sarum Rex, inter omnes sui temporis forma & corpo-  
ris robore, nulli secundus, solitus erat dicere: principū  
magnificentiam, non solū in eo esse, ut magna munera  
largirentur: sed ut hilariter ac benignè, munuscula, li-  
cet exigua, à suis subditis oblata, exciperet: quia nihil  
referret, quid vnusquisque, sed quo animo, & quam li-  
beraliter offerret. Hanc sententiam Corinthi sequu-  
ti, cum viderent Alexandrum illum magnum, totius  
penè orbis dominatorem, tot opida, tot regna, totq; exte-  
ras nationes imperio suo subiugare, & q; omnes Græ-  
ciæ ciuitates in eius ditionem traderentur: decreuerunt  
& ipsi ad eum mittere legatos, quibus fortunam Ale-  
xandro congratularentur, eique iura omnia, ac ciui-  
tatis suæ libertatem, vtro offerrent. Quos, cum Ale-  
xander rerum mediocrium contemptor, subridens aspi-  
ceret, quasi indignum tanto principe munus offer-  
rent, subito responderunt. Noli nostra officia con-  
temnere inuictissime Princeps, non nos ignauos aut  
temerarios existimes: nusquam enim quantumuis  
veteres annales memoria reppetas & longissime res-  
picias, monumentis proditum reperies, Corinthios,  
iura ac libertatem suam, cuiquam detulisse, nisi  
Herculi & tibi. Ad quorum animos beneuolos  
aduertens Alexander, non tam rei magnitudi-  
ne allectus, quam officio Corinthiorum gaudis,  
qui

qui rem quam charissimam habebant offerebant, eos  
humanissime excipi tractariquē iussit. Hac ideo re-  
tulerim benignissime præsul, ut in his quadragesima-  
libus concionibus, quas nomine tuo excusi, non tam ad  
parvitatē muneris, quam ad animi magnitudinem  
& mentis desiderium aspicias: erit enim velut amo-  
ris & observantia mea, erga te aliquale  
pignus. Vale.




# DOMINICA IN septuagesima.

---

## CONCIO.

*SIMILE EST REGNUM CAELO-  
rū homini patri familias, qui exijt primo ma-  
ne conducere operarios in vineā suam.*

Matthæi 20.



INTER alia media quę nostra sacra  
Theologia ad finem beatitudinis  
comparandum censet esse necessa-  
ria, vocatio ad fidem, & ad Euange-  
licę doctrinę cognitionē, primū lo-  
cū obtinet. Necesse enim est, quòd  
Deus optimus maximus, de secre-  
to diuinitatis suę cubili, nō quidem  
corporalibus, sed spiritualibus gressibus, per manifesta-  
tionem sui exeat, & se ipsum nobis palam faciat, & ad vi-  
neam suam adducat. Tanta quidem est huius medij neces-  
sitas, quòd in eo totius nostri remedij & salutis cardo cō-  
sistit. Nam postquam homo in paradiso positus, à Deo re-  
cessit per culpā, & cælo terga vertit, infinitis spatijs, qui  
nullatenus pertransiri possunt, ab eo separatus est. Quare  
opus fuit, ut Deus ipse misericordia sua exiēs, & in mun-

*Vocatio  
ad fidē, ad  
salutē ne-  
cessaria.*

dum veniens, hominem requireret & vocaret, & cum eo conuentionem faceret. Fuit huius altissimę philosophię non ignarus patientissimus Iob, qui in grauē sua tentatione positus, se ipsum exuens, & totius humani generis personam induens, aiebat. Si ad orientem iero, non apparet, si ad occidentem, non intelligam eum, si ad sinistram, quid agam? si ad dexteram, non videbo illum. Quali diceret, Quo me vertam, vt Deum inuenire possim? Quia si ad orientem pergo, ad pulchritudinem solis contemplādam, non apparet, quia infinitus cum sit, non potest finito lumine sufficienter cognosci. Si ad occidentem iero, ad planetarum motus considerandos, vel si forte ad dexteram vel sinistram, vbi duo poli & maior luminis multitudo viget, etiam harum perfectionum ratione habita, sufficientem Dei cognitionem habere nequeo. Vestigia quidem eius secutus est pes meus, verum illum apprehēdere, aut perfectē cognoscere non potui. Sed quid ais Iob sancte, quōd neque ad orientem neque ad occidentem, neque ad dexteram neque ad sinistram Deum inuenire potueris? Miror tale verbum ab ore summi philosophi esse egressum. Nonne Solomon ait, quōd a magnitudine speciei & creaturę, cognoscibiliter poterit creator horum videri? Et D. Paulus ad Roman. Inuisibilia Dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & sapientia. Diuus etiam Augustinus, quōd omnes creaturę certatim dimicant pro excellentia sui creatoris. Quomodo ergo asseris, quōd ex cognitione creaturarum non potuisti Deū cognoscere, aut in eius notitiam peruenire? Animaduertite obsecro, quōd duobus modis possumus Deum cognoscere: primo, quatenus causa est & finis naturalis omnium rerum, quatenus primum est productorum principium, summū bonum & prima pulchritudo, a quo omnia suū esse, suamque pulchritudinem participatam habent, & sic quidem ratione naturali, & intellectu discursu cognosci potest, sicque antiqui illi philosophi eum cognouerunt. Secundo modo cognoscitur, quatenus finis super-

natur-

naturalis est, & cęlestiū bonorum auctor, quatenus operum nostrorum remunerator est, & cęlestis glorię largitor, quod est dicere, iuxta modum loquendi parabolę, in quantum est pater familias, qui laborantes in vinea Ecclesię, denarium diurnum, per quem expositores glorię intelligunt, pro suo labore largiturus est: & hoc quidem modo illum inuenire aut cognoscere est impossibile, nisi ipse se prius manifestet: necesse enim est, quōd exeat de diuinitatis suę cubili, quasi spiritalibus quibusdam gressibus, & ad inquirendum hominem veniat. Exeat de domo sua naturalis discursus, volitet & discurrat per omnia mundi climata, nullum sit spatium, quod celeri suo volatu non perambulet, quōd si Deus illi obuiam non exit, & conductione facta ex denario diurno mittat ad vineam, frustraneus erit omnis eius labor. De his exitibus & itineribus, quibus Deus manifestauit se ipsum mundo, de vocatione & conductione operariorū, & de eorū remuneratione & mercede agit pręfens parabola.

*Qui exijt primo mane cōducere operarios in vineā suā.* Tam multo mane exijt prouidus hic pater familias ad cōducēdos operarios, quōd exijt ante ortū solis, stellis adhuc in cęlo existētibus, quod in principio mundi fuit, quando cuncta, sua virtute & potentia creauit ex nihilo. De hoc exitu cum Iob agens, loquebatur dicens. Vbi eras cum me laudaret astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Extūc enim omnibus diei horis egrediēs, cōduxit in vineā Ecclesię operarios. Hora prima cum Adam conuentionem fecit, hora tertia cum Noe, hora sexta cum Abraham, hora nona cum Moyse, vndecima vero cū Apostolis, & omnibus alijs, qui eorum vestigia sequuntur.

Sed nō prętereamus hic silētio, quā summo mane Deus surrexit ad conducendum nos. *Quant grande madagador es, y quan tempr. no nos llama.* Priusquā pręueniat nos mundus. Vix enim tenebras ignorantie nostrę radius naturalis discursus deuincit, quādo en Deus adest vocans nos ad suā vineā excolēdā, vt denariū diurnū glorię nobis cōferat. *C. seas. c. 6. sic inquit. Quasi diluculū ent prępara-*

*Hora quibus Deus exijt ad cōducēdos operarios. Deus vocat nos mane ad vineam. C. sa. 6.*

*Job. 23.  
Deus naturali discursu, nō perfecte inueniunt.*

*Sap. 13.*

*Rom. 1.*

*D. Aug.*

*Deus quatenus finis naturalis, ratione potest cognosci, nō quatenus supernaturalis*

tus occurfus eius, & veniet quasi imber matutinus & ferotinus. Venit quidē Deus ad vocandum nos, quasi di luculū, quia valde manē nos conducit. Ab ineūte ætate, ab incunabulis, vt aiūt, sua misericordia nos vocat & attrahit. Quā cito vocauit Samuelē, vt. 1. Reg. 3. habetur, quā cito Ieremiā, Baptistā, & alios, & veniet, inquit, quasi imber matutinus & ferotinus, quorū primus ad seminādum est necessarius, secūdus ad germinādū. Est Deus imber matutinus & ferotinus, quia sine illo nihil possumus, neque alicuius boni cogitationem in corde nostro seminare, neq; illius fructū meritoriū colligere. *No ay vn ay en nosotros, 7 no sea dado de Dios.* Loquēs Salomon de sapientia increata inquit cap. 6. Qui de luce vigilauerit ad illam non laborabit, assidentem enim illam foribus suis inueniet. Perpulchra methaphora vsus est, ad ostendēdum Dei curam & vigilantiam ad operandam nostram salutem, & quomodo semper misericordia sua nos præueniat. Non potest aliquis vel vnū passum in sua iustificatione dare, quin Deus eum præueniat: reperiet enim eū expectantem & ad fores domus suæ assidentem, in quo ingens desiderium nostræ saluationis ostendit. Paruulum Samuelem, de quo dicebamus modo, ad memoriam redcite. Ministrabat Heli sacerdoti in domo Dei, erat media nocte dormiens in lecto, & audiuit vocem de cælo eum vocantem proprio nomine, qui expergefactus à somno accurrit ad Heli existimans ab illo fuisse vocatum. Heli autem dimisit eum. Abi dormitum puer, nō enim te vocauit. Sed cum Dominus secundo, & tertio Samuelem vocasset, cucurrissetque ad Heli, intellexit vocationem illam esse à Deo, dixit puero, nō vocauit te: sed abi & dormi, & si deinceps vocauerit te, dices. Loquere domine, quia audit seruus tuus. Ecce discursus nostræ vocationis in puero hoc perpulchrè est depictus. Existit anima nostra in corpore hoc terreo quasi in quodam domicilio tenebris ignorantia sepulta: & vix splendor aliquis naturæ rationis in ea apparere incipit, quādo Deus adest eum

vocans,

vocans, & clamoribus suis excitans. Mane erigit mihi aurem, aiebat quidam. *En amaneciendo esta Dies como alarao las orejas.* Considera ó homo quoddam imaginem & similitudinem meam fueris conditus, vt nil aliud præter me diligas: considera ad quem finem creatus, puta, vt me fruereris, & nihil aliud præter me desiderares. Abijce mundā tenebras, eius vanitates relinque, & mihi vocati adhere. Sed prohc dolor, quod instar Samuelis pueri sumus. Deus nos vocat, & ad Heli accurrimus, respōdemus mundo, & relinquimus Deum. Sed & Heli Samuelem dimittit & repellit, ipse mundus, permittente Deo. à se ipso nos repellit, apud quem non nisi labores, calamitates, & afflictiones inuenimus, vt ad Deum confugiamus. & tamen tanquam paruuli ignorantes id non intelligimus. Quid agimus aut quid expectamus, qui diuinæ vocationi non respondemus? Ecce hora prima iam elapsa est, tertia & sexta & nona, iam pertransijt, en iam adest vndecima, quid ergo expectamus? quānam alia hora opportunior nobis videtur? Hoc est, quod miseris damnatis in die iudicij acriter impingeretur, videlicet, quod cum valde mare à Deo vocati fuerint, tamen ipsi aures suas obturauerunt, & vocationem contempserunt. Introducit Propheeta Esaias Idumeos, secundum Diui Hieronymi placitum, qui in quadam calamitate cōstituti, ad Deum preces fundebant, & auxilium ab eo postulabant. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Impendebat Idumeis mortis terror, & singulis noctibus putabant imminere sibi vltimum exitium, & ad Deum conuersi, dicebant. O supreme Deus hominū Custos, quid hac nocte nobis futurū est? Num ab hac, in qua positi sumus calamitate liberabimur? Quibus respondit. Venit mane & nox, id est sero sapuistis. *Ya es tarde, no ay remedio.* Venit mane, in quo potuistis pœnitentia & conuersione vitare calamitatem istam, sed quia in mane opportuno non fecistis, venit nox calamitatis, à qua non estis liberandi. O dura & terribilia verba, Verè de illis dici potest, quod

A 3 omnis

1. Reg. 3.

Sine Deo nihil possumus.

1. Reg. 6.

Misericordia & gratia Dei sepe per nos præuenit.

1. Reg. 3. figura.

Esai. 50.

Mundus nos repellit, & ad Deum remittit.

D. Hier.

Esai. 21.

S. ra pœnitentias

omnis qui illa a dierit, timent a nba aures eius. Quando enim in die iudicij peccatores videriat pœnam æternã illis parari, & quò lignis ille finem non est habiturus, verba illa profereat. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? O supreme Deus, tremende & omnipotens, qui hominum custos esse soles, & illorum misereri, quid de hac nocte tenebrarum & caliginis futurum est? Nunquid tormenta ista finiêtur? Quibus dicet: Venit mane & nox. Iam concessi vobis lucem vitæ, in qua bene operari potuistis, & tormenta hæc euadere, quòd si noluitis ad me cõuerti, venit iam nox perpetua tenebrarũ, in qua nemo operari potest. Nõ enim tẽpus est operãdi, sed patiẽdi. O durissima verba, Deuscor nostrum aperiat, vt ea alta mente recogitare valeat.

*Quol ope rarios & laborantes Deuste qui rit.*

*Gen. 2. Labor Ada in paradiso qualis.*

*Conducere operarios in vineam suam.* Solos operarios ad vineam suam vocat, nam ad hæc vocati sunt, vt per laborem hunc momentaneum, æternam retributionem accipiant. Sed dicet aliquis. Nõ nõ primus ad hanc vineã vocatus, eũ quo magnus hic pater familias cõuersionem fecit, fuit Adã patrẽs noster? Nemo it inficias. Tũc vltta, Adã non fuit mercenarius & agricola, sed nobilis statũ habuit: *Tauo suerte de caullere.* Cui paradisi curam Deus commisit, & sub cuius pedibus quidquid ibi fuerat, subiecit. Nam licet dicat Moyfes, quòd posuit illum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum: tamen hoc Alexander Alentis, qui ex mente D. Augustini loquitur, non de labore ad molestiam, sed potius ad exercitiũ & voluptatem spectante, intelligendum esse censet. Non fuit in illo exercitio laboris afflictio, sed summa animi exilaratio. Neque illius amenissimi loci custodia aliquid afferret molestiẽ, quia tunc nullus vicinus turbatur inuasor, & nullus limitis perturbator, nullus fur, nullus agressor, sed neque à bestijs aut volucris ali quid nocuenti acciperet, cũ omnes dictioni suẽ essent subiecta, & ei obedirent ad nutũ. Si ergo homo in tanta dignitate & præstantia creatusest, quis fecit eũ operariũ

& ca.

& colonũ? Hoc certè peccatum fecit. Per culpã enim & transgressionẽ paradisi ad laborẽ & lignonem dånatus est. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, dictum est ei Si enim homo in ea, in qua creatus est, iustitia stetit, absque vlllo profus corporali labore denarium diurnũ promereretur: postquam ab illo scelici statu decidit, non sine magna laborũ afflictione & molestia ad illum potest peruenire. In hoc benignitas Dei ostẽditur, qui vult omnes homines saluos fieri, quòd in laboribus, quibus propter peccatũ damnati sumus, nostræ beatitudinis meritũ cõstituit, vt omnes illam promereri possimus, & spe tanti præmij labor ipse tolerabilior fieret.

*Gen. 3.*

Habemus igitur ex his, quòd in hac Catholice ecclesie vinea, omnes agricolæ sumus & operarij. Quod si operarij, debemus vtique laborare, & lignonibus manus ad-mouere, in decẽs enim esset, & ab omni ratione alienum, quin imo esset ridiculũ agricolam in vinea vel horto videre lignonem super humerũ portantẽ, vel ex cingulo ad modũ clavis auree pendentẽ colligentẽ flores, & ex eis fertũ aut fasciculũ cõponentẽ. Si hoc aliqua fœmina faceret, vel fortè aliquis curialis homo. *S. alguna dama o al gun cortefano,* tollerari posset, verũ agricola, cui cultiuare vineã & terrã proficere ex munere idcũbit, quis non hoc aborreret, & illũ otiosum iudicaret? hæc est filiorũ hominũ dementia, hæc nostra deridenda cæcitas, quòd cũ omnes agricolæ & operarij simus. Et sicut mercenarij dies eius (omnibus enim hæc superscriptio cõuenit) tamẽ non agrorum, sed curialium munus exercemus. *Hacemos de las galanes, y todo se nos va en flores.* Confundamur obsecro & verecũdemur, vocationem nostrã videamus, & ad opus admoveamus manus. Fratres, inquit D. Petrus. satagite vt per bona opera certam faciatis vocationem & electionem vestram. Sed dices forsità. Nunquid diuina electio & vocatio certa nõ est? Prædestinatorũ numerus, infalibilis nõ est & certus? Quomodo ergo iubemur per bona opera electionẽ nostrã cõfirmare? Ve-

*Bona opera sunt necessaria.*

*1. b. 7.*

*2. Petri. 1.*

▲ 4

rum

ri enim vero hoc non dicitur ab Apostolo, propter quod electio ipsa diuina certa non sit, sed quia et si electi sumus, tamen cum opere ad opera nostra, quia ad finem illius electionis consequendum, necessarium est, ut in bonis operibus exerceamur. Licet enim verum sit prouerbium, quod non absque Theseo, tamen non omnia Deo sunt relinquenda, sed nos etiam cum Dei auxilio debemus operari. Consi-derans quidam cum suo aduersario & in arenam descensurus, Mineruam consuluit, & responsum habuit, se aduersarium victurum. Ingre ditur certaminis locum praetorsus & fortissimis armis indutus, galeam capiti coaptatam, pluribus diuersorum colorum ornata, scutum æneum, & gladium acutum similiter portans, sicque securus & gaudens, ictus & vulnera sui aduersarij expectabat. Videns autem quod sanguine flueret, & ab inimico superaretur, ad caelum ora conuertens, dixit: Vbi est Deorum fides? Nonne Minerua victoriam mihi promissit? Et statim de caelo vocem audivit. Cum Minerua manum quoque admoueret, Dij enim facientes astant. Tam aliquem audisse videor, stultitiam athletæ huius accusantem. Tanta enim in homine illo potuit esse dementia, quod aduersarium vincere posse existimaret, nisi ad gladium manum admoueret? Sed prohi dolor fratres, utinam pauiores essent, qui sub hoc stultorum numero comprehenduntur. Verè numerus stultorum infinitus est. Nam cum in hoc mundo quasi in studio & in agone contendamus, & corona gloriæ non nisi legitimè certantibus promittatur: tamen ociosi sumus & manum à gladio prohibemus. Non enim in operibus misericordiae exerceamur, neque virtuti operam nauamus, sed diuina vocatione contenti, otio & voluptate torpemus. Quam necessaria sint nostra bona opera ad deuincendum nosmet, & coronam gloriæ promerendam, ex illo loco Cantico colligitur, vbi sponsus sponsæ suæ pulchritudinem depingens, ait. Sicut fragmen mali punici, sic gener tuæ. Genuit sponsæ, in quibus mulierum pulchritudo maxime viget,

*Callidiores sumus*

*Can. 4.*

non sine magna dicitur si proprietate, malo punico comparat. Habet hoc malum punicum, quod exterius in cortice amarum est, asperum & durum, interius autem summa constat dulcedine. Habet etiam magnam granorum multitudinem miro artificio dispositam, & ipsa quidem grana, tanquam si pretiosi essent lapides, sic se visui representant: quapropter inter alios fructus, hunc natura quasi omnes alios præstantia & pulchritudine superantem corona donauit. Comparatur ergo sponsa huic arbori, propter eius labores & amaritudines. Licet enim Ecclesia interius maxima dulcedine & consolatione gaudeat propter spem regni cælestis, tamen exterius labores, amaritudines, persecutiones, & asperitates innumeras quotidiè à persecutoribus patitur. Et sicut malum punicum multis constat granis, sic illa multitudine bonorum operum & meritum abundat & ideo illi corona confertur, quæ non nisi bonis operibus est debita. Ideo in cap. 6. & 7. Cant. Sponsus sollicitus de vineæ suæ fructu toties malorum punicorum mentionem facit. Descendi in hortum nucum, ut viderem si florisset vinea, si germinalissent mala punica. Hæc est ratio, quare operarios vocat in vineam, sed conuentionem, quam cum illis fecit, videamus.

Conuentione autem facte eorum diuina, misit illos in vineam suam. Magni momenti fuit conuentio hæc. Nunquam enim Deus fecit cum homine conuentionem aut pactum, vnde minus commodum expectare posset; nam in hac conuentione nostrorum operum valor & meritum funtatur, ut vitam æternam possint promereri. Scio enim sanctum Thomam & alios doctores grauissimos, valore nostrorum operum in gratia constituisse, neque præter gratiam aliam nouam acceptationem requiri: quod potius ad scholas, quam ad publicas conciones spectat. Verum hoc citra controuersiam omnibus in confesso est, diuinum pactum requiri, ut opera nostra condignitatem gloriæ habeant. Nisi enim Deus id pepigisset,

*Ecclesia  
quare malo  
punico  
comparatur*

*Can. 6  
7.*

tantū prætij non essent, quod possent gloriam promereri. Omnes iustitiæ nostræ, inquit Esaias, tanquam panus menstruatur. Quod confirmat Diuus Paulus dicens. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Neque sanguis martyrum fusus, neque pectora virginum scissa, neque corpora pectinibus & scorpionibus ferreis dilacerata, neque capita humeris abscissa & proiecta, neque omnia tormentorum genera in vnum collecta, ad futuram quam speramus gloriam, aliquam condignitatem habere possunt. Tamen supposito hoc pacto & conuentione, quam pater familias cum operarijs fecit de denario diurno sibi conferendo, per quam doctores sancti beatitudinis præmium intelligunt, iam opera nostra, si in charitate fiant, gloriam ipsam de condigno promerentur. Exemplo hoc illustrari poterit. Quando in curia, vel ciuitate aliqua hastiludium celebratur, habent, qui iudices constituti sunt, præmia aurea & argentea circa se suspensa, vt merentibus, legitimeque certantibus ea conferant. Quando miles aliquis siue athleta forum ingreditur, certum est, quod ad præmia illa nullam habet aptitudinem, nullum ius: tamen accedit ad iudices, & cum illis conuentionem facit, circa statutum brauium chirographi conditionibus seruatis. Tunc quidem, si ritè & legitime cucurrent, & conditiones omnes obseruaerit, ex iustitiæ rigore brauium est illi debitum, quod quidem non nisi in conuentione fundatur. Verum quidem est, quod homo ex se ipso nullum ius ad brauium beatitudinis habet, excedit enim præmium illud omnia humana merita: verum supposita hac conuentione, quam Deus benigna sua clementia fecit, si homo legitime certauerit, & in vinea magni huius patris familias laborauerit, nulli dubium est quin ius ad illud acquirat. Diuus Paulus sic ait Bonum certamen certauimus, cursum consummauimus, fidem seruauimus, in reliqua

*Esai. 64.  
Rom. 8.  
Passiones  
uestre non  
sunt condig-  
na ad glo-  
riam.*

*Simile?  
Opera ex  
gratia fac-  
ta sunt me-  
re ut ad glo-  
ria.*

*2 Tim. 4*

reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex. Ecce quomodo præmium beatitudinis coronam iustitiæ appellat, quia ipsam nostris operibus de condigno meremur.

Fecit etiam nobiscum conuentionem denarij, vt retributionis spe ad laborem excitaret, & vt adderet naturæ nostræ calcaria, vt per viam mandatorum incederet. Alexander ille magnus, vt milites suos ad bellum excitaret, & ad labores perferendos animaret, solitus erat ultra triumphum gloriam, magnifica & pretiosa spolia, quæ de inimicis suis reportaturi erant, ob oculos illis ponere, consideratio enim præmij laborem contemnere facit. Non secus Deus, tanquam qui naturæ nostræ conditionem probè nouerit, quæ non nisi proposita sibi mercede ad operandum mouetur. Solet nos ex consideratione æternæ retributionis ad viam virtutis sectandam inducere. Genes. 15. Abraham pereginationem longissimam præcipiens, dixit. Ego sum protector tuus Abraham, & merces tua magna nimis. Et Hieremias. 31. Rachel filios suos ploranti dictum est de cælo. Quiescat vox tua a ploratu, & oculi tui a lacrimis, quia est merces operi tuo. Sed diuinus Citharædus aiebat. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Loquitur autem de æterna retributione, quod Diuus Augustinus ostendit, dicens. Nunquid in æternum facturi sumus iustificationes Dei? Et respondet. Opera quidem illa quæ operamur circa proximorum necessitates, æterna esse non possunt, sicut nec necessitates: sed si non diligendo ista faciamus, nulla est iustificatio. Si autem diligendo, æterna est ipsa dilectio, eique æterna parata est retributio. Sed modum loquendi attendamus, inclinaui, inquit, quod proprium statere est. Statera enim, cum æqua sit, & ad vtramlibet partem indifferens, ad eam inclinatur, vbi pondus aliquod proijcitur. Sic cor nostrum, quasi indifferens statera est, vel ad Deum, vel ad mundum,

*Spes ad la-  
borem exci-  
tate.*

*Gen. 15.*

*Hiere. 31.*

*Psal. 118.*

*D. Aug.*

*Not.*

*Simile.*

vel ad virtutem, vel ad vitia. Si autem pondus illud gloriae & æterna retributio incōsiderationis vilaci & statera apponatur, statim ad iustificaciones Dei, & legem eius seruandam inclinatur. Sed non est contemnendus ad hoc propositum locus ille, qui apud Hoseã habetur, cap. 10. Efraim vitula docta diligere trituram, & ego transiui super pulchritudinem coli eius. Efraim carpit, qui quasi mercenarius, non amore solum, vt par esset, sed spe præmij & mercedis ad bonum moueretur. Et inquit, quod similis fit vitulæ trituram diligenti. Quod vt rectius intelligamus, animaduertendum est, quod præcipiebat Deus in lege: Non alligabis os boui trituranti, quare boues aut vitulæ sponte ad aream pergebant, quæ ibi laboris sui fructum participabant, liberè enim de frugibus licebat vesci, quod non contingebat illis, quando ad arandum vel seminandum ducebantur, & propter hoc libentius ad triturandum pergebant. Inquit ergo, populus hic quasi vitula est diligens trituram, & non solum diligens, verum ex longa consuetudine cæpit amare, quod docta est: id est, non nisi proposito sibi præmio aliquid operatur. Sed ego transiui super pulchritudinem colli eius, id est, cum illo condescendi. *He disimulado con el, y le he traydo la mano por el ceruo.* Proponendo illi mercedem, vt ad me conuertatur, & idolatriam relinquat. O amantissime Deus, quanta est tua bonitas, quanta tua benignitas, quatum salutem nostram sitis & desideras, qui quamuis strictissimis obligationis vinculis, iure creationis & redemptionis tibi teneamur, & nullum sit, quod tibi non debeamus obsequium, tamen pigritiæ nostræ calcaria adhibes, & magna nobis promittis præmia conuentione astrictus, vt omni segnitia posposita, ad laborè admoueamus manum.

*Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis. Ete & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis.* Exijt pater hic familias hora tertia, sexta, nona & vndecima, ad conducendos operarios, nullam horam

horam prætermisit in qua non exiret, tanto tenebatur desiderio nostræ salutis. Cum ergo circa horam vndecimam quosdam ociosos reperisset, acriter eos reprehendit, dicens. Quid hic statis tota die ociosi? Per hos qui vndecima hora vocati sunt, iuxta D. Greg. & Chrysostr. explicatione, Gentiles intelliguntur, qui deficiente iam vitæ huius die ad legem Euangelicam & opera virtutum vocati sunt. Tunc quidem vaticinium Esaiæ, quod cap. 61. habetur, adimpletum est. Filij peregrinorum, agricolæ & vinitiores tui erunt. Per filios peregrinorum, Procopius & Cyrillus Gentiles intelligunt, qui aduenæ & peregrini cum essent, ad vineam ecclesiæ recepti sunt & conducti, vt ipsius vineæ curam susciperent. Peregrinus quidè erat D. Cyprianus, peregrinus D. Ambrosius, beatus Augustinus, & plerique alij, qui ad Ecclesiam colendam asciti, laborauerunt ad sanguinem vsque pugnantes, pro Christi Iesu amore, & fidei nostræ defensione. Sed est hic maxime obseruandum, quod solum eos, quos vndecima hora ociosos inuenit, ociositatis reprehendit, quia illis solum potuit dicere, Quid hic statis tota die ociosi? Licet omnes qui ocio torpescunt, reprehensione digni sint, sed illi maxime, qui per totum diem nil operantur. Iuuenis enim siue adolescens, qui adhuc ad horam vndecimam vitæ non peruenerunt, licet reprehensione digni sint, si ad laborem non extenderint manus, si vanitati, luxui, & voluptati inferuerint: tamen respondere poterunt, nondum dies extremam clausit lucem, tempus adhuc superest operandi, in quo diurnum vitæ æternæ denarium promeremur. At senex, qui in vndecima hora est, qui ad vltimam vitæ lineam peruenerit, quid querit? quid spectat? quam excusationem apud patrem familias habebit, si adhuc in torpore & otio vitam transigit? Hinc fit, quod D. Cyprianus lib. de duodecim abusionibus, inter alias hanc etiam commemorat, imo secundo gradu constituit. Secundus gradus abusionis est, inquit, senex absque religione & sanctimonia: in senibus enim, quo

*Gentium vocatio ad vineam. D. Greg. D. Aug. Esai. 61. Procop. & Cyrillus.*

*Senam ociositas reprehenditur.*

*D. Cyprianus.*



quod magis corporeæ deficiunt vires, eò amplius spiritaliter augeri, renouari, crescere, atque corroborari deberent. Et certè, quemadmodum illam arborem, malà quodammodo iudicamus, quæ post flores, nullum producit fructum, ita inter homines, ille qui post florem iuuentutis non exhibet fructum virtutis, prudentiæ, & modestiæ. Salomon non solum abusionem hoc iudicat, sed etiam manifestitatem, & præter naturam ordinem. Tres species occidit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum: pauperem superbum, diuitem mendacem, senem fatuum & insensum. Thædio enim aggrauatur Salomon ex his vitijs, quia sunt sine occasione aliqua. Pauper, superbienti occasione non habet, sicut diues qui epulatur quotidie splendide, & prætiosis induitur vestibus, ab omnibusq; adoratur. Diues etiam mentiendi occasionem non habet, sicut pauper officialis siue artifex, qui de labore manuum suarum comedit: sic si nex luxui & voluptati deditus, magna quidem reprehensione dignus est, quia potius ex praua consuetudine, quam ex occasione peccat. Delusit poeta quidam horum senum stultitiam sub quodam emblemate. Fingit mortem & anorem in quodam diuersorio nocte vna quiesuisse, & simul accubasse, alterumq; alterius arma arcu & spicula manè sumplisse, cumque officio ex munere intenderet, cum amor iuuenes inculasset, pharetra fallente, statim eos occidebat. Mors vero, senem reperit morti iam vicinum, quem cum aucta amoris sagitta vulnerasset, amare coepit & iuuenescere, capitique suo sertum florum imponere.

*inc iuuenes occidit amor fallente pharetra:*

*Hinc mors ipsa suos cogit amare senes.*

Sed quis non doleat (vt in re tanti momenti ridicula hæc & iocosa in lachrimas conuertamus) quantum hac nostra tempestate, abusus hic in senibus inualuerit? de quibus recte dici poterit, quod fatui sint & insensati. **Qui quidem ac si iuuenes essent ætate florentes, sic vanitibus**

tatibus sæculi, & carnis voluptatibus deseruiunt. Qui enim non simul & doleat & rideat, quod cum inexorabilis mors iuuenes annis florentes non interimat: ipsi tamen, cum iam ad vltimæ vitæ lineam peruenerint, ætatis suæ oblitumundo, carni, & luxui sint mancipati? Quam rectè philosophus ille regius Sophar apud Iob cecinit. *Iob. 20.* Ossa eius replebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Est enim vitium in senibus quasi febris thistica ossibus inclusa, quæ magna cum difficultate curatur, & vsque ad sepulchrum egrotum commitari solet. Et rectè inquit, quod cum ipso in puluere dormiet vitia, quia senex cum ad illam ætatem peruenit, nihil aliud est, quàm puluis & cinis fere extinctus, in quo dormiunt vitia, quia nunquam ad pœnitentiam illum excitant. Propheta Oseas de conuersione Efraim diffidens capite. 7. aiebat. Factus est Efraim quasi subcineritius panis, qui non reuertatur. Sed & cani effusi sunt super eum. Quasi dicat, iam de Efraim actum est, nulla spes suæ salutis habetur: quia factus est quasi subcineritius panis, qui non reuertatur. Panis enim in igne coctus, qui non reuertatur, aut in alteram partem vertitur, vsui hominum non est aptus, sed puluere cinerum & carbonibus conspurcatur, quare in sterquilinum proijcitur. Sic Efraim, inquit propheta, idolatriæ & vitijs assuetus, neque per pœnitentiam ad Deum conuersus, non nisi ad interitum & supplicium est aptus. Sed Efraim dimisso, ad senes in vitijs enutritos & inueteratos deueniamus. Senex enim qui totum vitæ cursum in vanitatibus consumpsit, & in ipsis incanuit, neque opera virtutum ætati suæ cõgrua exercuit: qui quasi panis subcineritius igne sensualitatis est decoctus, & per pœnitentiam ad Deum non reuertitur, ad quid erit aptus? Certè ad nihil aliud, nisi vt in inferni sterquilinum mittatur, & quasi lignum aridum, illius sempiterni ignis sit materia: Omni ponderatione sunt digna verba illa Hugonis de claustro animæ lib. 1. vbi inquit.

*Iob. 20.*

*Vitia in senibus difficile curantur.*

*Oseas. 7.*

*Consuetudo peccandi.*

Inter

*Eccles. 25*

*Aboliat.*

*Emanuel Acosta.*

**tibus**

*Pagode clauſtro anime.* Inter abuſiones huius ſæculi, ſola maior eſt, ſenis obſtinationo, qui morti proximus non aborret aduentum, qui quali ad oſtium huius mundi poſitus, foris ſpectat, neque tamen vitæ præſentis attendit ingreſſum, neque futuram conſiderat. Audit nuntios mortis, & credere non vult eis. Equidem quæ deberent omnes impellere, ſenes maxime ad laborandum in vinea Domini, & virtutē ſectandam, duo ſunt. Primum, quod iam ad mercedem appropinquant, & denarius diurnus quaſi in foribus illis paratur. Oves enim (vt fertur) avidius comedunt ad veſperā, cum nox imminet, quam mane ita ſenes, qui morti vicinioreſ ſunt, magis deberent, & impenſius nauare operam virtutibus. Alterum eſt magni patris familias liberalitas, cuius manus abreuiata non eſt, quin potiùs carum in retribuendo extendit. Tanta enim fuit eius liberalitas, quod ijs qui duodecima hora vocati fuerunt, & qualē mercedem impenderit cum hiſ, qui pondus diei & æſtus portauerant, integrum enim denarium donauit vtrique. Videtur mihi Deus quaſi opulentus mercator, qui ad nundinas pergens, & ibi merces ſuas exponens: primo quidem carius poſtulat, & non niſi magno prætio eas vēdit. Accedunt emptoreſ, quanti hoc vendendum eſt? cum autem carum ſit, magno prætio terrefacti abſcendunt: per pauci enim emunt merces. At completis nundinis, cum videt merces ſibi ſuperelle, & quod nullus eas audeat emere, vilius quidem eas vendit, *dicunt onces vna gran baxa*, ne merces ſuas ſecum iterum reducat. Et tunc emunt omnes illas. Sic mihi feciſſe videtur Deus. Venit enim in hunc mundum diuitijs illis plenus, de quibus Dauid ait. Gloria & diuitiæ in domo eius. Primo quidem cōgreſſu carius exigebat. *andaua el precio muy alto*. Quam carè Apoſtoli perfectionis gemmam emerūt. Ecce nos reliquimus omnia, atebant. Nihil ſibi referuarunt, vt illam ſibi compararent. Acceſſit ſemel adoleſcens quidam deſiderio emendi vitam æternam: quod cū de prætio ſciſcitaretur, dictum eſt ei. Vende omnia quæ habes,

habes, & da pauperibus. Ille verò prætio perterritus, reſceſſit. Vides igitur piſſimus dominus, quod prætio homines deterret, cœpit minori cōmutione diuitias ſuas vendere. Et tādē in ſine nundinarū, quando cœleſtis hic mercator, morti iam propinquus, & in domo ſua rediturus, in taberna crucis, omnes diuitias ſuas habebat expoſitas, tamen minimo prætio eas vēdit. quod pro vna ſachrima aut ſuſpiratione gloriæ cōmutauit. Erat latro pendens in cruce, domini autē ſuſceptionis gloriæ ſuæ plenus, plenus ſanguine, plenus doloribus, plenus meritis: quē latro nō interrogante nō eſt dubiū, an aliqui ex ſuis diuitijs vellent emere. O domine, vēlēt quidē gloriā, ſed nimis pauper ſum ego, & omnis meriti expertus, ad tantū bonū præmerēdū. Si ſufficit cordis gemitus, ſi lacrima vna, ſi bonū deſiderium, nō enim alta mihi ſuppedit pecunia. Dñe memento mei dū ueneris in regnū tuū. Sufficit, inquit Chriſtus, da mihi gemitū, & accipe cautione gloriæ. Ergo fratres ad hūc liberaliſſimum dominum accedamus, & in vinea eius lætanter laboremus, vt per opera gratiæ, promereamur donatiam gloriæ.

## DOMINICA IN sexagesima.

CONCIO.

*Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.*

Lucæ 8.



ON mediocriter humanæ ſpes dominica præerita fuerunt dilatæ. Qui enim auuiumus in Euangelio vineæ, quod omnibus in ea laborantibus, tam ijs, qui mane cōducti fuerunt, & pondus diei & æſtus portarunt, quam illis, qui hora undecima uenerunt, pater ille familias ſumma

B libe-

liberalitate denarium gloriae largitus est: forsitam vanis spebus decepti, omnes ad mercedem gloriae, siue parum siue multum laborent, esse admittendos existimabimus; & nihil nostra interesse, siue mane siue sero ad laborem ad mouere manu, sed omnem nostram salutem a solo Deo vocante dependere, cum non sit volentis neque currētis, sed potius Dei miserentis. Vt ergo hunc errorem de cordibus nostris eliminat, doceatque, ex parte nostra etiam, dispositionem requiri, ut fructus gloriae possimus afferre, presentem nobis Ecclesia sancta proponit parabolam, in qua sator hic, summa largitate semine diuini verbi seminavit, & tamen, vitio & indispositione terrae factum est, quod tres partes feminis perierint, & sola quarta attulerit fructum. Inquit ergo parabola.

*Exijt qui seminat seminare semen suum.* Sator hic, qui ad feminandum exijt (vt D. Hier. Chriost. Irenaeus, & Anastasius Synaita interpretantur) verbum diuinum est aeterni patris filius, qui de sinu patris, non quidem mutatione loci, qui vbiq; praesens est, sed habitudine & incarnationis dispensatione, sacco nostrae mortalitatis indutus exijt. *salio vestido del gaban tofo y grosero de nuestra humana naturaleza, como si fuera labrador z esto, vt verbi diuini Iren. l. 4. cont. here. Deus pro nobis colom is factus. Iere. 14. Et aduertit Lyranus, quod vox illa colonus, non quemcumque agricolam significat, sed pauperem, qui in aliena terra feminat. Sic Deus cum diues esset, pauper & egenus agricola pro nobis factus est, & ad excolendam terram sibi extraneam, naturam quippe nostram, peccatorum semibus & spinis plenam, de caelesti patria descendit. Ad hanc interrogationem a Propheta factam, scilicet, quam-*

obrem quasi colonus futurus esset, & quorsum cum Deus esset, satoris formam assumere decreuisset, per eundem Prophetam respondere videtur cap. 3. 1. Seminabo domum Israel & domum Iuda, semine hominum & iumentorum. Id est, tritico & hordeo. Ad hoc sacco indutus sum, *Para esso me vesti el gaban,* ad hoc satoris & coloni formam suscepi, ut domum Israel & domum Iuda, id est, Ecclesiam, caelesti semine seminarerem, semine inquam hominum & iumentorum. Quod explicat Hugo Cardinalis, id est, praedicatione sapientium & insipientum, nam semen doctrinae Evangelicae omnibus conuenit. Accepit verbum diuinum mandatum hoc feminandi doctrinam Evangelicam a Patre, dictum enim fuit illi per Ecclesiasticum. c. 1. 1. Mane semina verbum tuum, & vespere non cesset manus tua. Seminavit quidem mane semine suum diuinum Verbum, quando in principio mundi creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam, & in terra cordis eius semine verbi seminavit, praecipiens ei, ne de ligno vetito comederet. De omni ligno quod est in medio paradisi comedere, de ligno autem scientiae boni & mali, ne comedas, Tamen semine hoc continuo perijt, vix enim in cor hominis ceciderat, quando aues caeli, demones scilicet, ne fructum rederet, de corde illud abstulerunt. Hoc est quod Propheta Ieremias deplorabat capite. 12. dicens. Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt, haereditatem acceperunt, & non eis proderit. Dolendus quidem & deplorandus casus, quod tres diuinae personae in principio mundi, in corde humano, triticum electum suae diuinae legis seminauerunt, sed loco fructus spinas & fentes culpa riu collegerunt. Acceperunt quidem paradisi haereditatem, ut eam colerent, quia posuit Deus primos nostros parietes in paradiso, ut operaretur, & custodiret illum, sed nihil illis profuit, quia per transgressionem, ab illa haereditate fuerunt expulsi. Haec feminatio mane facta fuit, in principio videlicet mundi, sed ad eam reparanda, & dana per peccatum ad contracta refarcienda, aliam fecit vespere. Non enim ex eo, quod diuini feminis iacturam fecerat, animam despexit, nec a feminando manum abduxit, quin potius diuinitatis suae semine

*Hieron. in  
Matth.  
Chriost.  
hom. 44.  
Matth.  
Anast.  
Synai.  
Iren. l. 4.  
cont. here.  
Deus pro  
nobis colom  
is factus.  
Iere. 14.  
  
Lyran.*

*Iere. 32.*

*Hugo.*

*Eccles. 11.*

*Gen. 2.*

*Iere. 12.*

Christus  
grinū fru  
menti.

Ioan. 12.

Deut. 25.  
Figura.

Deus duos  
habet fi  
lios, natu  
ralem, &  
adopti uū.  
Ioan. 1.

Genes. 5.

Noe, qui  
re sic ap  
pellatus.  
Lyranus.

per assumptionem carnis. In terra nostræ humanę naturę seminavit. Propter hanc causam (vt ego arbitro.) Christus seruator noster per D. Ioan. cap. 12. se ipsum semini comparauit. Nisi grinum frumenti cadens in terrā, mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ideo enim tritici granū terrę mandatur, & ibi mortificatur, vt plurimum pollea possit afferre fructum, & ideo diuinitatis semen in terra nostrę mortalitatis seminatum fuit, vt tota naturę humanę terra, fructū glorię possit producere. Pręcipiebat Deus oīem veteri lege, quod si aliquis ex plebe sine filijs moreretur, frater defuncti teneretur vxorem eius ducere, vt fratris sui semen suscitaret. Et licet literalis sensus huius precepti aliorsum tendat, tamen secundum sensum alegoricū possumus illud, mysterio huic accommodare. De<sup>o</sup> enim duos habuit filios, Verbū scilicet diuinū & hominē, alter filius naturalis, alter verō adoptiuus, sed vterque suo modo filius esse dicitur, eundemque habere patrem. Homo sine fructu & sine liberis, per culpam paradisi mortuus est, non enim genuit filios, de quibus Ioannis, 1. dicitur: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: Nullum post se cęleste nesci fructum reiquerat: Quapropter natura humana quasi vidua & viro suo orbata, sine prole fuerat derelicta. Volens ergo Deus defuncti Adam suscitare semē, & filios regni cęlestis procreare, naturā nostrā humanam per visionē hypostaticā, quasi in matrem inuoniam assumpsit. Genes. 5. memorię mandatur, quod Lamech cū esset cętū octoginta & duobus annis natus genuit filiū quē appellauit Noe vel Noach. Noe quidē iste significat quod requies, siue cōsolatio. Et reddēs rationē nominis impositi, subdit. Iste cōsolabitur nos ab operib<sup>us</sup> manū nostrarū, in terra cui maledixit Deus. Lyranus reddēs non solum nominis, sed & rationis causam, dicit ex aliquorum sententiā, quod in terra quā Deus propter peccatū Adam maledixerat, cū ex se nō nihil spinas & tribulos

los germinaret, nō sine magno labore collebatur. Noe vero primus fuit, qui artem protrahendi terram, per aratrum & bobes adinuenit, vt fructum desideratum posset afferre, quod spiritu prophetico prouidens pater, Noe, siue requiem illū appellauit. Hoc ipsum verbo diuino de beatus, quapropter non incongruē Noe siue requies appellari posset. Cū enim propter peccatū primi nostri parentis, terra naturę humanę infēcūda manserit, ita quod ex se, non nisi spinas peccatorū, & tribulos culparū posset producere, Deus colonus & sator fieri voluit, vt in terram descendens consolaretur nos, & terram nostrę humanę naturę colere docuisset, & sic desideratum glorię fructum afferret.

Ex hac naturę diuinę in terram humanitatis nostrę seminatione, tertia habuit ortum, videlicet seminatio diuini verbi & prædicationis euangelicę, quę in agro catholicę Ecclesię facta est. Ad hoc enim Deus homo factus est, vt in cordibus fidelium semen Euangelicę prædicationis seminaret. Quod quidem semen tanta fecunditate poluit, quod omnia Ecclesię horrea replet. Sāctus Propheta Amos cap. 9. sui vaticinij, postquam dixit tabernaculum David quod ceciderat, esse reedificandū, per quod Galatinus. l. 3. contra Iudęos, siue de arcanis Catholicę veritatis, capite. 22. Theodoretus & Ruffinus corpus Christi, quod ceciderat in morte & in resurrectione, reparatum est, intelligunt: statim subdit. Et comprehendet arator messorem, & calcator vberum mittentem semen, & stilabunt montes dulcedinem, & omnes montes culti erunt. Per hūc loquendi modum abundantiam significauit Propheta spiritualiū segetū, quę ex prædicatione Euangelica futura erat. *Sera tanta la abundancia. q se embaracen los pomes, y uo si den manos.* Tanta erit fertilitas, quod prius arandi tempus veniat, quam segetes omnes messuerint. Et postquam triticum in horrea condidderint, & seminare cęperint, priusquam sementem integram fecerint, erit iam tempus calcandi uas, & sic

Noe primus arator  
uenit aratorum.

Amos. 9.

Galatin. 3.  
Theodoretus.  
Ruffinus.

Abundantia  
Ecclesię  
ex prædicatione  
euangelicā.

fructus sibi inuicem præ abundantia succedent. Hoc idē  
 Propheta Elaias cecinerat, dicens. Letabuntur coram te,  
 sicut letantur in messe. Sicut enim agricolæ lætantur in  
 segretum abundantia, sic Apostoli videntes in primitiua  
 Ecclesia abundantissimū prædicationis Euangelicæ fru-  
 ctum, tot martyres, tot cōfessores, tot virgines, in narra-  
 bili lætitia perfundebantur. Et contigit quidem diuino  
 huic fatori, dum verbum vitæ seminat, quod communi-  
 ter agricolis dum sementem iactant solet contingere.  
 Agricolam videbitis hiemis temporē de domo sua ad se-  
 minandum egrēdientem, a pedibus vsque ad caput aspe-  
 ro palio cōceptum: vix ad nouale peruenit, quando inci-  
 pit terram præscindere & triticum feminare. Ex labore  
 & exercitio incipit incalescere, & sudorem emitte-  
 re, & quāto magis dies progreditur & sol feruet, tātō magis ip-  
 se, calore & feruore angitur, & circa horā nonā, quādo ca-  
 lor solis est intensior, sudoris & angustia impatiens, vestē  
 exuens & depōnens, ex quercu vel alia arbore suspendit.  
 Ecce vitæ Christi, & Euangelicæ seminis processum. Exijt  
 diuinus hic seminator de sinu patris, & venit in mūdum  
 per carnis assumptionem. Nascitur in niuis frigore, palio  
 nocte humanitatis coopertus, iuxta illud Elaiæ, Verē tu  
 es Deus absconditus. Vix enim pede terrā tetigeat, quā-  
 do seminare incipit, nō verbis sed operibus, nō sermone  
 sed actione. Seminabit quidem humilitatē, dū in diuertorio  
 nascitur, paupertatē, quia de matre paupere, patientiam,  
 perferendo flagus, charitatem, dum pro nobis patitur.  
 Verbis etiam per totum vitæ suæ cursum seminabit, præ-  
 dicans & Euangelizans regnā Dei, & erat quotidie prædi-  
 cans & docens in synagis & templo. Et quidem cum  
 sol charitatis incaluerat, cum iam morti & passioni esset  
 propinquus, tantō amoris ardore aestuabat, quōd in hor-  
 to Gethsemani in agonia & oratione positus, sudorē san-  
 guineū per totum corpus suum emitteret. O amatissime  
 Deus, o cœlestis agricola, o Christe sanctissime, si tantō calore  
 æstuas, si tot angustias pateris, fac Domine, quod agri-  
 colæ

*Simile.*

*Christus  
 operi, &  
 verbo semi-  
 nauit.*

colæ calore fatigati facere solent, tolle a te corporis tui  
 vestem, & eam super aliquam arborem suspende. Abiit  
 a se vestem, non quōd illam dimitteret, sed per separa-  
 tionē corporis ab anima, & eā in cruce suspēdit. Et tūc  
 quidē dixit: Consumatū est. Id est, iā verbi seminatio facta  
 est, talis quidem & tāta, quōd ex ea copiosus redēptionis  
 fructus colligetur, & omnia cœli horrea replebuntur.

*Exijt quæ seminat.* Præcipuus verbi diuini seminator ip-  
 sum Verbum diuinum est, Christus videlicet redemptor  
 noster, qui de sinu patris exijt, vt verbū vitæ in cordibus  
 fidelium seminaret. Sed post illū etiā Apostoli, discipuli  
 & prædicatores omnes, hoc nomine gaudent, eis enim  
 munus huius diuini seminis seminandi, commissum est. Hoc  
 nomine cōpellat eos Elaias, cap. 32. dicens. Beati qui se-  
 minatis super omnes aquas immittētes pedē bouis & asini.  
 Quē locū Theodoret. & Procop de Apostolis, & ei⁹  
 gerentibus vices interpretatur. Sic enim Procop. habet.  
 Beati vos o Apostoli, qui sementē facitis super hanc re-  
 gionē, quæ erat deserta & arida, & nūc exuberat aquis ce-  
 lestibus. Et rectē quidē prædicator verbi Dei, fatori cō-  
 paratur. Nā sicut seminator, postquā terra arata est & dis-  
 posita, indifferēt triticū suū seminat, & per omnē terrā  
 feminandā diffundit, sic spiritualis seminator indifferen-  
 ter, & absq; vlla personarū acceptione, sed iuxta vniuersu-  
 iusq; exigentiā, debet verbū Dei prædicare. Omnibus  
 enim debitor est, sapientibus & insipientibus, diuiti-  
 bus & pauperibus, magnis & pusillis. De egregio illo  
 concionatore Antonio magni Francisci filio, Paduanorū  
 gloria, & ordinis minorum decore, dicitur, quōd in suis  
 cōcionibus loquens, magnis & paruulis veritatis iaculis,  
 æquē feriebat. Nō debet esse respecti⁹ cōcionator, neq;  
 personarum acceptor, sed omnibus ex æquo verbū Dei  
 prædicare, omnes increpare & arguere. Ideo concionato-  
 res per Esai. c. 50. nubib⁹ cōparātur. Qui sunt illi, qui vt  
 nubes volāt, & per Beatū Iob. c. 26. Qui ligat in nubib⁹  
 aquas, iuxta intelligentiā magni Greg. nimirū vt incōmuni

*Apostoli  
 & prædi-  
 catores se-  
 minatores  
 dicuntur.  
 Esai. 32.*

*Verbū Dei  
 sine .c. ep-  
 itione per-  
 sonarū ac-  
 ceptiōe prædi-  
 cari.  
 D. Anton.  
 de Padua.*

*Isai. 60.  
 Iob. 26.  
 Prædicato*

*resu nubes* cando cœlestē pluuiā, nubes ipsas imitetur. Nubes nescit  
*dū n̄tur.* personam acceptare, diuitem aut pauperem, magnū aut  
*D. Greg.* paruum, sed indifferēter per omnium terras discurrit &  
 volitat, & vt in Euangelio dicitur, pluit super iustū & ini-  
 iustum. Sic quippe cōcionator, rore suæ prædicationis,  
*Esai. 55.* omnes indifferēter inebriare debet. *Toque a quem vocare,*  
*y siēta se quiē se sintiere.* Esai. c. 55. de verbo Dei agēs, sic in-  
 quit. Sicut imber descēdit de cœlo, nec reuertitur ilūc,  
 sed inebriat terrā, & germinare eā facit: sic erit verbum  
 meū, quod procedit de ore meo, quod nō reuertetur ad  
 me vacuū. Pluuia enim quādo de cœlo descendit, non re-  
 uertitur sursum, eoquōd Rex aut Princeps per viam tran-  
 feat, sed absque vllō personarum selectu, nubes pluuiam  
 suam terræ communicant, sic verbum Dei absque vllō  
 metu & personarum acceptione prædicari debet. Pluuia  
 enim est de cœlo descendens, quæ retrorsum non debet  
 reuertī: *No ha de huyr el cuerpo a nadie.* Sicut sagitta Ionatæ  
 & gladius Saul, de quibus dicitur. 2. Reg. 1. Sagitta Iona-  
 tæ, nō est conuersa retrorsum, & gladius Saul non est re-  
 uersus inanis. Quod propterea dicitur, quia Saul & Iona-  
 tas, strenui erant & animosi duces, non enim in bello quē  
 quam timebant, neque alicūius incursum formidabant,  
 sed sine personarū acceptione inimicos trucidabāt. Vel-  
 lem ego, vt concionatores nostri temporis, quibus arma  
 verbi Dei commissa sunt, inuicti essent & animosi Cæsa-  
 res Saulē & Ionatam imitantes, omnes arguentes, nul-  
 lum potentem formidantes. *No hagan couardes las armas*  
*de l' palabra de Dios.* Quod si aliquis exasperatur, aut in-  
 iras contra eos exardescit, non ideo à prædicatione ver-  
 bi diuini manum retrahant. Memnerint sementem pug-  
 nosē mirari, & nil mirum si ex pugno aliquando deueni-  
 tur ad pugnam. *De los puñados de la siembra, se viene a vezes*  
*a las puñadas.* Acetum in nitro, inquit Salomon, qui can-  
 tat carmina cordis possimo. Elegans metaphora, inquit  
 Beda: nam si aliquis in nitro (quod Hispanè *nitro* appel-  
 latur) acetum infundat, statim nitrum crepat, & ebullit,  
 sic

*Proverbi.*  
 25.  
*Beda.*

sic peruersa mens, quando per increpationem corripi-  
 tur, & correptione fit deterior, & inde in murmuratio-  
 nis iniquitatem succēditur, vnde debuit ab iniquitate cō-  
 pesci. Et aliqui etiam sunt, quos propria consciencia ac-  
 cusat, qui de omni verbo, quod de ore prædicatoris egre-  
 ditur, offenduntur: sed eorum causa, non debet conciona-  
 tor à prædicatione sua cessare. Hi quidem similes sunt  
 mulis quibusdam conductioni expositis, quæ plenæ sunt  
 vulneribus & apostemis, sanie & vermibus scatentibus,  
 quæ visa quacumque sella, statim timent & calcitrant, &  
 eam sibi parari existimant. Mori tibi contingat mula con-  
 tumax, nonnè aliæ bestiæ sunt in stabulo, quibus sella pa-  
 rari potest? Si times propter vulnera, applicetur tibi me-  
 dicamenta, & noli calcibus, quotidie nobis minari mor-  
 tem. Tales sunt, proch dolor, quamplurimi peccatores,  
 quorum conscientia vulneribus & sanie peccatorum sca-  
 tet: quare quacumque reprehensione audita, statim fre-  
 munt, & contra prædicatorem suis murmurationibus &  
 iniuriosis verbis calcitrare non cessant. Sed non propte-  
 rea ab eorum minis est timendum, sed verbum Dei, qua-  
 si semen, qui iactatur in terra, absque vlla personarum ac-  
 ceptione est prædicandum.

*Simile.*

*Semen est verbum Dei.* Accommoda satis est metaphora  
 ad explicandam verbi Dei virtutē, & quid in anima pec-  
 catoris ( si tamen disposita sit & præparata ) operari va-  
 leat. In paucis sementis granis totius mundi remedium  
 consistit, sic in semine verbi Dei omnis nostra salus sita  
 est. Quia ( vt Esaias inquit ) Nisi Dominus exercituum re-  
 liquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset. Semen  
 magnæ virtutis & fortitudinis est. Habet enim ( vt Hel-  
 metius inquit ) virtutem quandam natiuam ad fructifican-  
 dum potentissimam, videbis enim in quocumque semi-  
 ne magnum naturæ miraculum latere. Quis nō miretur,  
 quod ex minima nuce, vel glande terræ mandata, arbor  
 procerissima nascatur, cuius cacumen nubes attingere  
 videatur? Ex sinapis grano, omnium seminum minimo,

*Efficacia*  
*verbi Dei.*

*Helmetius.*

*Matth. 13*

(vt per pulchrè Redēptor noster ponderauit) arbor nascitur omnibus oleis maior, in qua aues nidos suos construunt. Sic verbum Dei in terra humani cordis seminatū, magnam virtutem habet, ad copiosum gratiæ fructū germinatū. Est ad hoc propositū locus ille Ela. 55. quem paulo superius citauimus. Quomodo descēdit imber & nix de cælo, & non reuertetur, donec inebriet terram & generet, & germinet, sic erit verbum meū, &c. Vbi notanda est particula illa, quæ apud septuaginta viros habetur non reuertetur, donec inebriet terrā. Nunquid imber aut nix de cælo descendens, postquam inestrit terram, & germinare eam fecit, reuertitur iterum ad cælum? Reuertitur quidem, non propria, sed alia specie, in specie pomorum aut prorum, florum, aut rosarū. Sic verbum Dei ad eum reuerti dicitur, à quo fuerat egressum, non in propria specie, sed aliena. Reuertitur quidem in bonis operibus quæ producit, in ieiunijs & orationibus, in suspirijs & lacrimis, in contritione & amore. Habet etiam magnam fortitudinem, ita vt forissima quæq; solat deuincere & superare. Si enim in aliquo summissi fundamentis aut parietibus aliqua tritici grana seminaueris, profundas inter lapides ipsos radices mittit, & discursu temporis totū ædificiū cūuet & prosternet. O quanta est diuini verbi fortitudo, quam miræ eius virtus, quando in peccatoris corde radicitur: nulla est superbæ turris, nulla vanitatis fabrica, quam solo nō posternat, & vsq; ad fundamentū diruat. Est ad hoc propositum visio illa Evangelici Prophetæ Ioannis, Apocalypsis. 14. vbi refert se vidisse Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sēdentibus super terram. Qui cum celeri volatu pertransiret, granum vnum cælestis huius seminis ab ore eius decidit. Dixit enim magna voce. Timete Dominum, & date illi honorem. Contigit autem granum hoc super Babylonem cadere, quæ continuo (res quicquid miranda) cum omnibus suis ædificijs corrui, & alius

Angē.

*Esai. 55*

*Sic habet*

*70. et 11-*

*gio.*

*Nu. 4.*

*Fortitudo*

*verbi Dei.*

*Apoc. 14.*

Angelus, qui primum sequebatur, dixit. Cecidit, cecidit Babylon magna. O mirabilis verbi Dei fortitudo. Quis oro, superbam illam & opulētissimam ciuitatem tot muris circumdatam, tot turribus ornatam, tot ædificijs constantem, sic potuit solo prosternere? Equidem vnicum semen huius granum, vnicum Dei verbum, quod ex ore Angeli fuit egressum. Verum Angelus per medium cæli volabat & Euangelium æternum manu sua tenebat. O vtinam Ecclesiæ Angeli, concionatores, inquam, verbi Dei, per medium cæli iter facerent, non per terram repererit, vtinam cælestes essent, & cælestem vitam agerent. Vtinam Euangelium Dei, nō ore solum, sed manu sua tenerent, obseruando illud, & doctrinam eius adimplēdo, nō dubito, quin Babylō continuo caderet, & omni mūni machina corrueret, tanta est semētis huius virtus.

Quæ autem secus viam, hi sunt qui audiunt, cum de viam dicitur, &c. Prima pars huius seminis secus viam cecidit, cuius partem concukauerunt homines, partem verò volucres cæli comederunt. Quenam sit hæc terra, vel qui per illam significantur, explicat ipse Dominus, dicens, quod per hanc terram secus viam existentem, intelliguntur qui scilicet homines, qui audiunt quidem verbum Dei, sed statim venit diabolus, & tollit illud de corde eorū, nē credē ex salui fiāt. Primo loco deteriorem terram nobis proponit, illam videlicet, in qua semen iactum, non solum fructum non attulit, verum neque natum est, aut radices egit. Sicut in inquisitionis actu fieri solet, vbi supremi illi senatores, deterioribus hominibus, & qui igne comburendi sunt, primum & eminentiorem concedunt locum. Isti infelicissimi homines, qui semen verbi Dei non retinent, se ipse in flammis adiecti sunt, iuxta illud Diui Pauli ad Hebræos. 6. Terra sæpe venientem super se bibēs imbrē, & proferens tribulos & spinas, reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionē. Horū deploranda corda, quasi via regia sunt omnium vitiorum: quibus illud Iobianum congruè adaptari potest.

*Concionari*

*101 verbo*

*& opere*

*concionari*

*debet.*

*Semen se-*

*cus viam*

*Simile:*

*Heb. 6.*

*Iob. 19.*

potest. Venerunt latrones, & fecerunt viam per me. Latro insidijs omnis cogitatio prava est, cui si mens per cōsensum blanditur, omnes animæ diuitias & virtutes diripit. Et recte quidem istorum corda vijs comparantur, quia sicut via omni transeunti est exposita, & nullo vallo aut sepe circumsepta, sed omnibus late patet, & ab omnibus conculcatur & teritur: sic & non aliter corda istorum a demonibus conculcantur, & absque ulla contradictione teruntur. Non est seps diuini timoris, non legis maceria aut valum, quod viam demonibus impediatur, sed omnium vitiorum generi latissimè patet via. Sunt velut domus cauponarie, quæ omnibus patent, & nulli clauditur ianua, quæ frequenter immundæ sunt, stercore & immunditijs plenæ. *Animas mesoneras*, quæ omnes prauas cogitationes, cuiuscunque generis sine vlllo delectu hospicio suscipiunt. In his malum quasi in proprio domicilio commoratur, bonum nunquam quiescit, vitijs abundat, virtutibus omnino carent, demoni ianux patet, soli Deo clauduntur & denique cū nullum sit flagitij genus, quod in corde suo non admittant, vix granum diuini seminis, aut cogitationis sanctæ in eis cecidit, quando diabolus furatur illud & subripit. Refert Plutarchus, fuisse olim in ciuitatibus portas quasdã, quas mali ominis appellabant. *Pueritas desuaduas y de mal agero*, per quas nihil factum, nihil diuinum, aut fœlicitatis habens speciem ingredi, vel egredi licebat, sed solum ea, quæ infœlicia aut tristia prælagiebant. Per illas enim stercore, lutum, & immunditiæ foras adducebantur, per illas malefactores flagellandi, vel qui cruci erant damnati: Equidem ( vt verum fatear ) non absimiles deplorandi isti homines, quibus Regum curiæ, & populosæ ciuitates abundant, mihi videntur, quorum portæ, per quas ad cordis domicilium patet introitus, sensus scilicet corporales, cum omnibus vitijs pateant, soli Deo & virtuti, luto & latere ( quod aiunt ) sunt clausæ. Cum quibus ( vt Plutarchi verbis utar ) si de re honesta aut sancta, de sacrificio aut religione sermonem misceatis,

conferunt fastidiunt, oscitant, inquieti sunt: & vel negotium fingunt, vel alia miscent colloquia. Cæterum, si detraueritis ab eis, si turpiloquia misceatis, si de meretricibus, aleatoribus, scurris loquamini, arriunt ambas aures, nec vnquam satis fatiari huiusmodi oblocutionibus queunt. Consonat satis huic proposito, quod in libro 2. Esdræ, cap. 2. Neemias inquit. Ait enim, quod cū quadam die per portam stercoreariam, quæ erat in Hierusalem, transiret, & per fontem draconis, vidit omnem murum dissipatum & consumptum igne. Sed quid mirum, quod porta, per quam non nisi sterces egrediebatur, murum haberet dissipatum, & quod locus in quo erat draco esset igne succensus? Sunt aliquæ infœlicis anime, in quibus draco infernalis instar idoli est erectus, quarum ianux stercoreariæ sunt, quia per earum sensus, non nisi sterces vitiorum & voluptatum ingreditur, vel egreditur. De his enim quid aliud sperari potest, nisi quod murum habeant dissipatum & maceriam dirutam, & quod nulla sit in eis virtutis fabrica, quæ igne non sit combusta. Per huiusmodi animas non nisi cogitationes pessimæ, praua desideria, & detestabiles affectus ingrediuntur. D. pingit Esaias perpulchrè huiusmodi animas, sub velamine cuiusdam meretricis, cap. 51. dicens. Qui dixerunt animæ tuæ incuruae, vt transeamus, & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. Ita demonibus huiusmodi corda subiecta sunt, vt quasi per pontem, per ea transeant, & ipsa ad terrena faciunt inclinare, ac transeuntes, super ea perfundant, ac conculcât, ita vt nulli vsui feminis apta sint. Deus liberet nos a tan deplorando statu, qualis in hac terra designatur. Sed iam ad secundam deueniamus.

*Nã quod supra petram, sunt illi qui cū audierint cū gaudio verb. in Dei, &c.* Dixerat in parabola, quod secunda pars feminis cecidit suprapetras, & natum aruit, quia non habebat humorem: iam nunc explicat, quanam sit hæc terra petris abundans, vbi semen Dei non fructificauit, & inquit,

2. Esdræ  
2.  
Porta stercorearia.

Esai. 51.

Terra petris abundans, con durum fructificat nisi ar.

Plutarch.  
Portæ mali ominis.



Inquit, quod per hanc terram significantur quidam homines, qui audiunt quidem verbum Dei latenter, sed cum Dei semen radices ibi agere non possit propter terrę duritiem, & si fructificare incipiat, tamen continuo arefcit. Significantur his verbis (vt Anselmus interpretatur) durę mentes, & corda quædam adamantina, in quibus verbum Dei nihil fructificat. Indurauerunt, inquit Ieremias facie suã supra petra, & noluerunt reuerti. Quali diceret, ideó reuerti noluerunt, quia supra petram facies suas indurauerunt. & ideó verbum Dei in eis non fructificauit. Omni ergo studio curandum est, vt semen verbi Dei in terra cordis nostri radices agat, si enim non egerit, nullum feret fructum. Prophetę regius aiebat Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccet tibi. Nisi enim in sinu cordis abscondatur, vt calore spiritus sancti radicet, finis suum non consequetur. Quid enim prodest verbum Dei audire, & statim obliuioni mandare? Mirabile est quod de Pica narrat Plin. lib. 10. c. 33. Inquit, quod auicula hæc, cum diligentius visum ab homine nidu senserit, oua sua alio transmittit, ne prole & filijs fraudetur. Vtinã nos, vel huius auiculę prudẽtia imitemur. Quid namq; est verbu Dei in corde, nisi ouu in nido, semẽ in terra iactu. Quare ergo semen hoc non abscondimus, vt radicari possit & fructificare? Cum enim corda habeamus lapidea, & super saxa duriora, audimus quidem verbum Dei, & gratanter recipimus, sed superficie tenus, & non in interiori eordis recipitur, vt ibi radices agat, quare nullum fructum aut emolumentum eius suscipimus. Vulgõ enim hominẽ obliuiosum, & cui monita nostra & continua prædicatio nihil proficit, hoc nomine appellare solemus, *Alma de cantaro*. Quod prouerbiu mutilum est, & imperfectum, quia plus in eo contineri debet. Desumptu enim est ex Ecclesiastico cap. 21. vbi sic habetur. Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientia non tenebit. Quapropter iuxta hoc dicendum est. *Alma de cantaro quebrado*. Vas enim confractum nihil

in se

in se retinet. Sic in corde peccatoris stulti, verbum Dei non perseverat. Vas fractum si in fontem vel flumen emittas, per illud breue spatium plenum est aqua, at continuo ac illud abstraxeris, nihil in se aquæ retinet, sed solum paleas aut immunditias aquę, quas suscepit intus: sic videbis non per raros homines, qui dum prædicationi adsunt, & diuinum verbum eis proponitur, quod libenter suscipiunt, sunt deuotione pleni, compunguntur dolore peccatorum, & in lacrimas prorumpunt, sed cum non sint in charitate radicati & fundati, sed cor durum in sua duritie & obstinatione perseverat, vix ab Ecclesia egrediuntur, quando omnem doctrinam effundunt, & conceptum virtutis propositum, obliuioni mandant. Nihil in eis ex cõcione remanet, nisi fortẽ paleę & immunditię. Si concionator affectu minus aptu habuit, si extra re aliquid proposuit, si terminis non perpolit & curiosis in concionando vsus est, hoc solum corde retinent, & ore suo versant. Sed iam ad spinas accedamus.

Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus, &c. Quam recte Hieremias prædicabat. Nouate vobis nouale, & nolite ferere super spinas. Quasi diceret: Corda vestra præparata ad audiendum verbum Dei, & tribulos vitiorum radicatus euellite: alioquin semen verbi Dei, nullum fructum ferre poterit.

Sed spinarum metaphorã a celesti hoc concionatore traditam alta mente pensemus. Quis non miretur, quod diuitias cum spinis conferat? Quid enim spinæ cum diuitijs? Quis mihi vnquam crederet (Gregor. inquit) si spinas diuitias interpretari voluissem, maximẽ, cum ille pungant, istæ delectent? Hoc etiam & nos vsurpare possumus. Quis crederet diuitias esse spinas, nisi diuina veritas affirmaret? Nam prima facie, potius paupertas cum spinis conferenda est, quam diuitiæ. Pauper enim omnibus ridiculus est, omnibus indiget, nullis abudat, male indutus, incedit, parce comedit & bibit, supra nudã humu dormit. Nihil cõceptibilius paupere, nihil infelicius: quẽ

*Hier. 5.*

*Psal. 118.*

*Verbum Dei debet abscondi, vt radices agat.*

*Plin. l. 10. cap. 33.*

*Eccles. 21 Peccator audis verbum Dei, sed nõ resinet.*

*Hier. 4.*

*D. Greg. hom. 15. Diuitiæ quare spinæ dicantur.*

**Prou. 19.** amici defferunt, propinqui negant, respublica parui faciunt, & ab eo omnes, tanquam ab homine peste infecto, fugiunt. Prouerb. 19. Diuitia addunt amicos plurimos, a paupere autem, & hi quos habuit, separantur. I auperi non honos defertur, non munera impenduntur, non officia honoris committuntur ei, sed ab omnibus, tanquam inutiis reprobatur, illum videre aut audire dedignatur. *Todos le traton con desd. E. celestiali. 13.* sic dicitur. **Eccl. 13.** locutus est, & omnes tacuerunt, & verum illius usque ad nubes perducunt: pauper locutus est, & dicit omnes, quis est hic? & si offenderit subuertunt illum. *En b. bl. m. do. el p. bre, pobre dei, que todos son a rapalle la boca.* Tace barbare. Quare tacebo? quia ratione cares & iustitia. Quare iustitia & ratione careo? quia cares diuitijs. Modo enim scis, quod qui caret pecunijs, caret iustitia & ratione? Addit insuper. Si offenderit, subuertunt eum. Haec est alia pauperis miseria, quod si vel leuissimam culpam commiserit, omnes aduersus eum insurgunt, non decernunt ministri iustitiae, qui eum comprehendant. Quid faciant homines, ut paupertatem fugiant, & diuitias consequantur? Sed quid non facient?

**Horat.** *Impiger extremos curi & mercator ad Indo,  
Per mare pauperiem fugiens, et iuxta, et ignes.*

Si ergo tot aduersa patiuntur pauperes, eo solum ut diuites fiant, magis paupertas cum spinis, quam diuitiae erunt comparandae. Et quidem si prima facie & superficialiter inspicitur, sic videbitur: at si profundius consideretur, apparebit diuitias spinas esse & tribulos, conscientiae lacerantes & pungentes, diuitesque curis & sollicitudinibus nimis angit. Habet hoc peculiare spinarum, quod si extenta manu accipiuntur, non ledunt, si autem compressa, pungunt & cruentant. Sic diuitiae, in manu hominis liberalis, & qui pauperibus manum suam porrigit, non solum non ledunt, verum profunt maximè: at in manu avari positae, valde nocent. Et licet diuitiarum punctiones modo non sentiant diuites, sed potius in illis voluptatem

maximam reperiunt, sentient tamen in hora mortis, vel iudicij, quando illud Iobi adimplebitur. Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus, caput aspidum sugget, & occidet eum lingua viperarum. Si enim spinarum sunt diuitiae, & hami quibus miseram animam piscatur diabolus, iam nunc considerate mecum, quanto dolore afficietur diues, quando Deus de ventre illius tot spinas & hamos abstrahat. *Alli sera el basqueat.* Tunc enim quasi qui venenum aspidis suxit, vel lingua viperarum est infectus, furore & rabie agitabitur. Et non solum in morte pungentur diuitiae & dilacerant, verum etiam in vita. Licet enim pulchre videantur, tamen sunt sicut Absalonis capilli, de quibus dicitur. 2. Reg. 14. quod tanta erat eorum pulchritudo, quod pondere publico videbantur quotannis magno pretio. Sed de eisdem dicitur, quod grauabat eum cæsaries, & aliquantum inclinatus incedebat, quare dolore capitis afficiebatur. *Su desquento se tienan, y al cabo rineron a dar mal cabo del.* Si quidem ex illis, tanquam ex fune fuit suspensus. Pulchre videntur diuitiae, oculisque delectabiles, pulchra prosperitas, & bonorum temporalium affluentia, pulchrum dominari, & omnibus alijs praesse: sed credite mihi, dispendium suum haec habent. *Su desquento se tienan, y sus dolores de cabeza.* Nimis enim sollicitatur mens in harum rerum administratione, neque permittunt animam, liberè caput ad caelum attollere. Refert Diuus Ioannes, Apocalipsis. 8. se vidisse quandam aquilam per medium caelum volantem, quae magna voce clamabat. Vae vae vae, habitantibus in terra. Aquila per medium caelum volans, per quam viri spirituales intelliguntur, quorum conuersatio in caelis est, super habitantes in terra, diuites inquam & terrenos homines, qui affectu & voluntate super terram habitant, triplex vae, siue triplicem calamitatem denunciat. Quod quidem exponit glossa, dicens: Vae laboris in acquirendo, vae timoris in conseruando, vae doloris in amittendo. Dicuntur etiam diuitiae spinarum, quia diuitem spinosum, crudelem,

**Iob. 20.**  
*Auaritia  
dânatur.*

**2. Reg. 14**

*Diuitia  
suum dis-  
pendium ha-  
bent.*  
**Apo. 8.**

*Glossa.*

*D. Greg.*  
*Esaï. 34.*  
*Diues im-*  
*misericors*  
*& crudelis.*

*Mich. 7.*  
*Paliurus.*

*Simile.*

*Elemosi-*  
*na comen-*  
*datur.*

& immisericordem faciunt. Diuitiæ, cum metala sint, viscera diuitum in ipsius metali naturam & duritiem transformare videntur. Comparatur diues (vt D. Gregor. inquit) ericio. Sed & ibi habuit foueam ericius Esaïæ. 34. Ericius enim animal est, quod in se blandam & molem habet carnem, alijs autem asper est & durus, nam ex omni parte spinis est & aculeis circumdatus, quod si ad illum accesseris, statim in orbem agitur, carnem molem sub spinis abscondit, quas solum tibi tractandas offert. Ecce viuis coloribus diuitum ingenium depictum, cum enim sibi nimis blandatur, & in vitijs & voluptatibus vitam degant, tamen pauperibus nimis duri sunt & asperi, quos contumelios afficiunt, neque apud eos vllam misericordiam, sed verba super aculeos pungentia inueniunt. Quam rectè Micheas cecinit: Qui optimus ex eis, quasi paliurus, & qui rectus, quasi spina. *Dios me libre del mejor de los ricos.* Melior autem quasi paliurus. Paliurus herba est, quæ palio aut vesti inhære solet, & ideò paliurus dicitur, quasi palio hærens, *Genze que se os pega a la capa y a la hazienda.* Sic diues si pauperi hæret, est, vt illum expilet, sicut hædera, quæ arbori hæret, quam exicat, & omnem eius virtutem suggit, & quasi spina de sepe, inquit. Qui per sepem spinarum ascendit, partem palij spinis hærentem relinquit, si ovis accedat, ibi dimittit velera. Sic diuites, quasi sapes sunt, videntur enim ligamen manibus gestare. *Parere que traen liguen las manos.* Periculose sunt diuitiæ, & rarus est, qui inter illas, inuentus est sine macula. Sed dices: Quid ergo? Nunquid cæli ianua diuitibus est interclusa? Non omnino quidem, sed neque omnino patens, nam difficile diuites saluantur. Quid ergo erit faciendum? Iam documentum hoc accipite. Considerate, quod aliquis ea conditione ortum ingrediatur, quod de fructu illius saturari posset, sed nihil inde secum abstrahere, quia ad ianua exitum excurtabuntur eum. Equidem prudenter faceret, si dum est in horto per maceriam eius amicis &

socijs suis eum expectantibus, ex pomis & alijs fructibus liberaliter impertirèt, vt comederent ipsi, & illi etiam in posterum referuarent. Sumus in hoc mundo, quasi in alieno horto, ex cuius fructibus vesci ad satietatem licet, sed nihil inde extrahere. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dicebat quidam, qui quondam diues fuerat, sed iam in summa pauperie constitutus, quod si nudi egressi sumus, & nihil nobiscum ex hoc mundo educturi, prudenter quidem agemus, si dum vita superest, dum diuitijs & voluptatibus fruimur, dum bonis abundamus, & in horto præsentis vitæ deliciamur, aliquid foras per eleemosynam & pauperum miserationem, quasi furtiuè mittamus: sic fiet, vt diuitiarum spinæ nobis in bonum cedant. Nam & olitor solet ex spinis & sentibus, quæ in horto suo nascuntur, vallum construere, quo porticus reficit, & maceriam fortificat, nè latronibus pateat aditus: sic nos ex diuitiarum spinis per liberalitatem auulsis, vallum fabricare possumus, quod animæ nostræ sit defensio, contra diaboli tentationes & incurfus. Igitur terræ diuites, nolite auaritiæ studeere, diuitiæ si affluant, nolite eis cor apponere, nam qui auaritiæ student, & volunt diuites fieri, incidunt in varia desideria, & in laqueos diaboli, sed potius summa liberalitate & misericordia pauperum indigentie succurrite: cor vestrum, tanquam terram bonam & optimam, semini verbi Dei exhibete, vt postquam ibi radicatum fuerit, & virere cœperit, fructum centuplum reddat, in præsentem per gratiam, & in futuro per gloriam.

*Iob. 1.*

*Simile.*

*C 1*


*Do:*

# DOMINICA IN quinquagesima.

## CONCIO.

*Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quae scripta sunt per Prophetas de filio hominis.*

Lucæ 18.



**O**N sine cœlesti prouidentia & consilio factum esse existimo, quod in hac Dominica quinquagesimæ, quæ quasi præambula est ad ieiunium, & vniuersæ quadragesimæ præbet aditum, immaculati agni ab origine mundi occiû, passionem & sanguinem, sponsa eius Ec-

clesia, nobis ob mentis oculos proponat. Præsentit enim Christi sanguinem nostrorum operum decorem esse, à quo omnem, quem habent valorem & meritum, accipiunt. Nam omnes iustitiæ nostræ (vt Esaiæ verbis vtar) si ex se ipsis considerentur, & secundû quod à radice liberi arbitrij procedunt, tanquam panus menstruatae, tantum abest, vt supernaturale aliquid promereri possint. Quare D. Paul. omnia nostra merita verbo vno concludens, audacter inquit. Nô sunt cõdignæ passiones huius tēporis ad futurâ gloriâ, quæ reuelabitur in nobis. Neq; enim sanguis martyrum fusus, neque lacerata virginum pectora, neque capita impio gladio ex suis corporibus abscissa, neque innoxia carnes, per scintillas & scorpionibus ferreis dilaniatae, etiam si in vnum coeant, afficiunt

*Opera nostra ex Christi sanguine valorem accipiunt.*

*Rom. 8.*

momenti sunt ad tantam gloriam promerendam: quôd si illam promeremur, virtute sanguinis Christi & passionis eius, nobis contingit, in quo placuit cœlo, omnia terræ merita acceptare. Arbitror enim, ideo æternum patrem, super filium suum verba illa toties protulisse. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene compiacui, vt intelligeret mundus, nullum, nisi in filij sui meritis, fore sibi acceptum. Hûc spectat, quôd sponsa sancta Cantor. 5. de sponso suo celebrat. Speties eius vt lybani, Comparat lybano, rosas & floribus vernanti, sponsa sui decorem, non sine magna & mysterij intelligentia, & dicendi proprietate. Fuit enim Lybanus mōs, qui ligna omnia ad superbâ illam Salomonis fabricam erigendam, ministravit, & quasi eius expensis templum illud celebratû per sæcula, ædificatû est & constructum. Vt ergo sponsa ostendat, omnia nostra merita, quibus cœleste construitur ædificium, ab sponso suo desummi, cû monte lybano putauit esse comparandum. Eodem etiam attingit Oleastri metaphora, qua D. Paul. ad Romanos scribens, vsus est. Tu autem cum Oleaster esses, insertus es oliuæ, & focius radicis & pinguedinis factus es. Oleaster quidem in se amarus est, & nullum fructum suauem ferens, tamen si oliuæ inseratur, iam virtutis eius sit particeps, & fructum suauem germinat. Sic opera nostra, de se quidem amara sunt & inutilia, quia vel sunt peccata, vel nullius valoris: sed si Christo per fidem & charitatē inseramur, participes pinguedinis eius efficiamur, & gloriam de condigno, operibus nostris promeremur. Huius diuinæ philosophiæ non ignarus Propheta regius, in principio suæ penitentiae, quando post antiquam Dei obliuionem, ad se ipsum reuersus, peccata sua deplorabat, Psalmum quinquagesimum, in quo diuinam implorat opem, & pœnitentiæ satisfactionem repromittit, tali titulo insigniuit. Psalmus Dauid in finem. cum venit ad eum Natam Propheta. Vbi D. Hieron. in prologo super Danielem, inquit, quôd loco illius dictionis in finem

*Matth. 3.*

*Cant. 5.*

*Nota.*

*Christus lybano cõparatur.*

*Rom. 11.*

*Titulus*

*Psal. 59.*

*D. Hier.*

*Felix.*

verti potest, Pro victoria, & aliquid vertunt, Vincētī. Quia si dicerent, Psalmus hic vincenti Christo consecratur & inscribitur. *Felix* (quod magis ad rem pertinet) sic vertit: Danti æternitatem, vel effudenti sanguinem. Significās meo videri hoc titulo, quod si Christus nobis apud patrem æternitatem promeruit, non nisi per effusionem sanguinis hoc contigit. Sed Deus sancte, quod nā mysteriū latere credendum est, quod in ipso pænitentia suæ vestibulo, quando de conuersione sua agit, continuō Christi prætiosi sanguinis & passionis eius, mentionem fecerit? Nimirum, vt inueret, quod nulla pænitentia, nulla ad Deum conuersio, nulla lachrimæ aut gemitus, sine Christi sanguine alicuius sunt momenti, ad veniam impetrandam, & gratiam Dei consequendam. Nulli enim sine Christi meritis remissio aut salus unquā contigit. Præsupponit ergo Ecclesia, quod in hoc sancto quadragesimæ tempore, quod iam nobis instat, pænitentia, orationi, ieiunijs, & alijs bonis operibus instare debemus: quia tempus hoc (vt D. Chrysostom. inquit) non aliud nisi primauera virtutum est. Sicut enim vere appropinquante, & abscedente hieme, virescunt prata, virgulta florent, & arbores folijs, floribus, & fructu ornantur: non secus animæ nostræ, quæ per totum anni curriculum peccatorum frigore languebant, & erāt quasi marcidæ & mortuæ, nunc vere quadragesimæ aduentante, ad antiquum suum virorem, & fructus abundantiam reducendæ sunt. Verum hoc ex Christi passione & sanguine nobis prouenit: dictum est enim. Gloria Lybani data est ei, decor Carmeli, & Saron, quia omnis Ecclesiæ sanctitas, gloria, & pulchritudo, omnis bonorum meritum fructus, Christo & eius sanguini debetur. Hoc enim cum Ecclesiā sanctā non lateret, in principio, & in medio, & sine quadragesimæ, passionem sponsi sui nobis meditandam proponit. Iam Euangelij interpretationem videamus.

*Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto, & ait illis.*

*Ecce*

*perco ascendimus Hierosolimam, &c.* Mortis & passionis suæ, se consciū ostendit, & quidquid passurus est Hierosolymis, miro ordine discipulis suis aperit, vt se verum Deum ostendat, quia futura tormenta, quæ pro redemptione generis humani passurus erat, longè ante præuidit. Sponsa Cant. 2. de sponso suo agens, aiebat. En ille venit saliens in montibus, transiliens colles: similis est dilectus meus capræ, hinnuloquæ ceruorū, Venit quidem dilectus & sponsus meus, nō via recta & plana, sed saliens in montibus, & transiliens colles difficultatū & laborū: possit certè Deus per viā latam venire ad redimendum genus humanum, si heret homo impassibilis & immortalis, & suis meritis, de potentia demonis nos eripere, quæ absq; ulla difficultate & laborū percussione potuit præstitisse, tamen noluit hac via ad nos venire, sed per viā passionis, per itinera mortis, per asperitates crucis, per opprobria & flagella, quasi per quosdā asperim os non ætas, ad nos descendit, vt euidentis sui amoris a gumentum nobis præstaret. Hoc significat, hinnulo ceruorum illum comparare. Ceruus enim, montibus plusquā plantis delectatur, iuxta illud Dauidicum. Montes excelsi ceruis. Sed quare capræ dicitur esse similis? Duabus quidem de causis, & propter mortem, & propter præuisionem eius. Propter mortem quidem, quia capra animal erat in lege sacrificio mactatū, propter præuisionem verō quia acutissimi visus est: sic Christus præscientia sua, tā logè ante, quidquid passurus erat, & præuidit, & retulit. Ostendit etiam hoc, locus ille Abachuc, capite. 3. vbi de morte Christi agens, ait. Ante faciem eius iicit mors. egredietur diabolus ante pedes eius. Mors Christi ante faciem eius iuit, quam ipse à longè præuidebat, & voluntariè sequebatur. Nobis mors, quasi à tergo & ex insidijs aduenit, quia prius nos apprehendit, quam illam videamus. Et hoc significant verba illa Ecclesiast. cap. 9. Sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehendentur, sic homines in tempore malo. Pisces enim hamū

*Christus mortuus sine consensu.*

*Cant. 2.*

*Potuit Christus sine sanguine mundum redimere.*

*Psal. 103. Quare ea præsimilis dicitur.*

*Abach. 3. Christus mortuus sine præuisus.*

*Eccles. 9.*

non vident, qui sub esca latet, neque oues lacteum suspicantur, alioquin illum fugerent: sic homo in paradiso positus, mortem sub pomi esca latentem non vidit, nec agnouit, quin potius deceptus à serpente, verbis illis acquieuit. Nequaquam moriemini: in cuius pœnam & supplicium, omnibus eius posteris, mors etiam ex insidijs aduenit, & nulli ex lege datur, suæ mortis esse consciû. At Christus redemptor noster, cum Deus esset, ab instanti suæ conceptionis, mortis suæ præscientiam habuit, quam non inuitus, sed sua sponte est amplexus. Vt ergo discipulis indicaret se Deum esse, hodiè moriturus pergens, segregauit eos de turba, & secretum cordis sui illis aperit, & omnia, quæ Hierosolymis passurus erat, denunciat.

*Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur, &c.*  
 Vnum hic obseruatione dignum est, quòd Christus ad moriendum & patiendum properat, & tamen viam hanc ascensum vocat. Ascendit enim & descendit. Ascendit vsque ad cœlos, & descendit vsque ad abyssum. Prius ad abyssum dolorum & persecutionum descendit in morte, vt postea resurgendo, ad summam exaltaretur gloriam. In scala illa mylterijs plena, quam vidit Iacob dormiès, angeli ascendebant, & descendebant pariter: non enim qui ascendebant, à descendentibus præpediebantur, sed per eosdem gradus, quibus descendebant isti, ascendebant illi. Ex quo perspicuum est, scalam illam latam esse, quæ ascendentibus & descendentibus præbebat locum. Scalam istam, crucem saluatoris nostri significare, quidam affirmat, cuius tanta latitudo est, quòd in sine suo (vt Iustinianus inquit) omnium iustorum fouet animas, & ab exitio liberat damnationis æternæ. Per hanc scalam debemus descendere ad labores, ad lachrimas, ad opprobria, ad mundi contemptum, vt ascendere possimus ad Deum. In Psalterio Dauid, quindecim Psalmi sunt, qui dicuntur Canticum graduum, quos decantabant illi, qui ascendebant in templum, qui quidem per tribulationem inci-

incipiunt. Ad dominum cum tribulaber clamavi, & exaudivit me, & ferè nullus eorum est, in quo de laboribus non fiat memoria. Quid ita? Ad Deum ascendis, & ploras, eleuaris, & gemis? Ita sanè, quoniam hi gradus sunt, per quos ad cœlestem Hierusalem ascenditur, & ad Deum pergendum est. Forfitan ob hoc Ecclesia sancta, hortus nucum apud Câtica appellatur. Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conualium. Quare potius hortus nucum quàm pomorum nuncupatus est, siquidè pomis dulcissimis abundabat? Non enim existimadum est, casu factum fuisse. Existimo hoc ad labores & amaritudines Ecclesiæ militantis allusionem habere. Habet enim fidelis quisque Ecclesiæ sanctæ filius, nucum proprietatem in hoc, quòd sicut nux in cortice dura est & amara, tamen interius habet dulcedinem inclusam, sic iustus, exterius quidem in corpore amaritudinibus plenus est, laboribus, & sollicitudinibus, tamen interius dulcedinè diuinæ consolationis habet. Et sicut primò nux est amara, sed successu temporis amaritudo illa in dulcedinem & nucleum conuertitur: sic nos, vt ad dulcedinè gloriæ valeamus peruenire, prius oportet, vt per amaritudines laborum & tribulationum transeamus. Hinc fit, quòd passio & mors Christi, imò & passiones & tribulationes nostræ, quatenus ab eius sanguine valorem accipiunt, quoniam via sunt ad exaltationem & gloriam, à si ne denominantur, & exaltatio, siue ascensio dicuntur. Eo modo loquendi, quo potio amara, aut phlebotomia & cauterium sanitas nuncupantur, quia ad sanitatem diriguntur. Concitatur stomachus, dolet venter, amarefcit lingua, postquam potionem amaram hausisti, & dicit tibi medicus, bono animo esto, quoniam hæc omnia salus sunt. Torqueor ad mortem ais, & dicis mihi hæc esse salutem? Ita sanè, quoniam dolores isti via sunt ad salutem, & ideo sic eos appello. Si ab homine fodiente terram, & penè spiritum exalante quælieris, quidnam agat? Respondet tibi, se vitam labore quærere. Cui si dixeris:

*Per crucem & tribulationem, ad Deum ascenditur.*

*Cant. 6. Ecclesiæ hortus nucum.*

*Simile.*

*Simile.*

*Gen. 3.*

*Locus pro laborū peressione.*

*Laurētius iusti. Ser exat. facta. cruis. Canticum graduum.*

perdis vitam laborando, & dicis illam querere? **Confr-**  
 nuó dubium soluet, quód non nisi labore & sudore vitá  
 sustetare poterit, & parare victum. Sic iustus, ad requiē,  
 non nisi per laborem, ad gloriam, per crucem, ad hono-  
 rem, per ignominiam, peruenire potest. Euntē ibant,  
 & flebant (Dauid aiebat) mittentes semina sua, venien-  
 tes autem, venient cum exultatione, portantes manipu-  
 los suos. Agit ibi (vt In-cognitus inquit) de liberatione  
 filiorum Israel, & egressione ex Babylone, p. st longam  
 captiuitatem, quæ liberatio per Darium & Cyrum facta  
 est, & ait: Cū ferebantur in Babylonem captiui, flebāt,  
 mittentes semina sua, cum autem vertebantur liberi, se-  
 minum suorum fructus colligebant. Appellat lachrimas  
 & labores, lætitiæ semina, quia sicut in semine fructus  
 virtualiter continetur, sic in lacrimis lætitia, & in labo-  
 rib<sup>9</sup> requies. Quādo igitur regrediebātur ex Babylone,  
 in eisdē locis, in quibus sedentes amarē fleuerant, plau-  
 debant manibus, ducebant choreas, & alia lætitiæ signa  
 ostentabant. Hic, aiebat, à Babylonijs contumelijs affe-  
 ti sumus, in hoc loco cōpedibus aggrauati, hic miserā  
 nostrā captiuitatē deplorauimus, nunc in eisdē locis pro-  
 fusis gaudijs exultemus. Hōc est, euntē ibant, & flebāt,  
 mittentes semina sua, venientes autē, venient cū exulta-  
 tione, portantes manipulos suos. Ad eundē modū de la-  
 boribus iustorū loquendū est. Nā eorū tribulatio & per-  
 secutio, ignominia & dedecus, paupertas, & esuries, & si  
 quid aliud patiūtur in mūdo, quasi quædam semina sunt,  
 ex quibus manipulos gloriæ colligent: & sicut nō cōtin-  
 git sine semine fructus, ita neque sine laboribus gloria.  
 Deseruit huic proposito ferē totus psalmus. 43. vbi de  
 iustorum laboribus agitur. Inquit enim. Auertisti nos re-  
 trorsum post inimicos nostros, & qui oderunt nos, diri-  
 piebant sibi. Dediti nos, tanquā oues escarum, *Como gen-  
 te entregada al deguillo.* Et post pauca, Quoniā humiliasti  
 nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.  
 Ea tanā: Quoniam propter te mortificamur tota die,

*aktina-*

estimati sumus sicut oues occisionis. Huius Psalms titu-  
 lus sic habet. In finem pro filijs Chore. Quem titulum  
 sic explicat D. Aug. Id est, pro filijs Christi, quia Chore  
 idem significat quod caluus, & á Caluarie monte, in quo  
 crucifixus est & mortuus, caluus dici potest, Incognitus,  
 sic. Pro filijs Chore, id est, pro filijs passionis Christi. Psal-  
 mus igitur, in quo de laboribus, erumnis, & persecutioni-  
 bus agitur, pro filijs Iesu Christi, vel pro filijs passionis  
 eius inscribitur, quia filij Dei sunt, & in futuro æterna  
 hæreditate fruituri, multa hic ad Christi similitudinem  
 passari sunt. Sed cū ad huiusmodi mala patiendū, quasi  
 descendere videantur, gaudeant, & lætentur, quia ipsum  
 descendere, ascendere est, & ad supernam Hierosolē via  
 tutissima. Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam.

*Et consumuntur omnia que scripta sunt, &c.* Necessè  
 enim erat, vt omnia quæ de Christo vaticinati fuerant  
 prophetæ, in illo cōplerentur, vt efficax esset argumen-  
 tū, esse verū Deū, in quo omnia diuina oracula adimple-  
 rētur. Est enim efficacissimum argumentū veritatis no-  
 stræ fidei, vt copiosè satis, & non sine acumine inge-  
 nij, Doctōr subtilis in prologo sententiarum perfe-  
 quitur, & quód Christus sit verus Messias in lege pro-  
 missus, & q̄ in eo omnes prophetiæ, diuinæquæ prædi-  
 ctiones concurrerent. Ideo Euangelistæ sancti, tanta cu-  
 ra & sollicitudine nisi sunt probare in his, quæ Christus  
 patiebatur, oracula Prophetarū adimpleri. Cum aliquod  
 notabile occurrebat mysteriū, cōtinuó subiungebāt. Vt  
 adimpleretur quod dictū est per Prophetā, &c. Habuit  
 Christus in his quæ gessit, prophetarū exēplar ad oculo,  
 vt neq; vel in re minima, ab eo aliquid, vel deficeret,  
 vel redūderet. Dixerat enim per Prophetā Oseā: Ego in  
 manibus Prophetarū assimilatus sum. *Estoy retratado y sa-  
 calo de nincel en las manos de los Prophetas:* quapropter  
 Christus picturæ assimilari debuit, vt talis assimilatio &  
 proportio efficax esset, & suæ diuinitatis & nostræ fidei  
 argumentū. Hinc est, quod magno Ioanni interroganti,

*quisnam*

*Titulus  
 Psal. 43.*

*Scotus.*

*Prophecia  
 in Christo  
 adimple-  
 ta.*

*Osee. 12.  
 En manibus pro-  
 phetarum  
 assimila-  
 tus est.*

*Psal. 126.*

*Laborer,  
 semina sua  
 gloria.*

*Psal. 43.*

quisnam esset, & respondit. Cæci vident, claudi ambulat, leprosi mundantur, &c. Horum potius quam aliorum signorum mentionem fecit, quia hæc in exemplari Esaiæ continebantur. Deus noster veniet, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, &c. Fuit hæc responsio nil aliud, quam ad Esaiæ exemplar & imaginem, per manum eius traditam, se remittere. Adeo verum est hoc, quod in cruce pendens, & morti iam propinquus, cum ferè omnia prophetarum mysteria adimpleta essent, solum illud Citharædi defuisset: Derunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto, noluit exalare animam, donec prius illud adimpleret. Dixit enim: Sitio, & cum ei ad bibendum acetum obtulissent, cum gustasset, noluit bibere, *Gusto la bebida y bizco de la salina, por hazerla a sus Prophetas, y sacarlos verdaderos.* & statim dixit. Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum, quasi diceret, iam opus redemptionis consummaui, iam omnia Prophetarum vaticinia adimpleui, iam per conformitatem ad exemplar meæ veritatis, sufficiens testimonium dedi, iam omnia adimpleta & consummata sunt, non est cur amplius in hoc mundo morer. Sed aduerte quæso, quod cum imago aliqua depingitur, prius artifex carbone aut gipso quandam ipsius rudem formam constituit, relinquitque in ea spatia constituta, quæ postea coloribus impleturus est & perfecturus. Non secus Deus in lege veteri, imaginem passionis Christi per Prophetas suos rudi quadam delineatione depinxerat, perfecturus postea in lege gratiæ sanguinis filij sui purpureo colore. Aliqua huius imaginis spatia adimpleta erant; sed alia adhuc restabant adimplenda in morte sua, quando imagini ultimam manum daturus erat, & ideo videns, quod morti iam appropinquaret, inquit: Ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. *Propheta Esaias, Ezechia regi vaticinatus est, dicens. Rex dispone domui tuæ, quia*

*cras*

cras morieris, & non viues: tamen vaticinium illud adimpletum non est, non enim mortuus fuit Ezechias, iuxta Prophetæ verbum. Ionas, Niniuitis suæ urbis subuersionem prædicauit, dicens: Aduc quadraginta dies sunt, & Niniue subuertetur. Et tamen nec vna sola domus illius ciuitatis corruit, quia nimirum vaticinia illa comminatoria erant, & condicionata, nisi Ezechias & Niniuitæ resipiscerent & pæniterent. At discipuli mei amantissimi, quæ de me prophetæ prædixerunt, nõ condicionata sunt, sed absoluta, nam placuit cælo per meum sanguinem totius generis humani expiare scelera: quapropter consummabuntur omnia, & nec iota quidem omnium, quæ prædixerunt, deficiet. O Iesu bone, & nostri amantissime, quis est tam ferreus, qui hæc audiens, non totus in se commotus sit, & præ dolore cordis non resoluatur in lacrimas? Si omnia quæ prophetæ pronunciauerunt, in te sunt adimplenda, multa quidem patieris, magna tormenta te expectant. O quot ludibria, quot verbera, quam mortem passurus es. Quam rectè sponsa botro ex vineis Engadi, te similem esse dixit. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engadi. Botrus enim, etsi magna polet pulchritudine, quali polebant, qui ex vineis Engadi carpebantur: tamen dum in torculari exprimitur, ibi a vititoribus conculcatur & conteritur, donec omnem liquorem effundat, & decorem amittat. Qualis botrus fuisi, Domine, quali constans pulchritudine, quando ex terra illa benedicta, omni maledictione & peccato experte, sanctissima matre tua natus es? Verè omnem superbas decorem, & nulli humanæ pulchritudini eras conferendus, tamen in torculari passionis tuæ positus, ab omnibus conculcaberis, & contereris, magnis afficeris tormentis, donec liquorem illum effundas, & prætiouissimum sanguinem, quo animæ nostræ sunt laundæ. Iuste quidem per Dauidem, patrem tuum alloquens, caufaris, dicens. Abissus abissum inuocat, in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt. Tanta est dolo.

*Iona. 3.*

*S. Thom. 2. 2. q. 17. art. 6.*

*Prophetia cõditionata.*

*Cant. i. Cb istas botr fuit in passione.*

*Psal. 41.*



dolorum meorum magnitudo, quod absi iure optimo possint appellari: obruunt enim, & submergunt naturales vires, & nisi adesset diuinitas, non possent sustineri. Et quidem cum grauissimi & profundissimi sint, tot sunt numero, & ita se è vestigio consequuntur, vt videatur alius aliud, velut aduocare & adducere. Omnia namq; excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt. Non fuit aliquis dolorum aut laborum fluctus, aut laborum gurges, qui tanquam inundantes aquæ super me, non vi & imperu irrueret.

*Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur.*  
Mirabile dictu est, quam singulariter & distinctè, quidquid Dominus à carnificibus passurus erat, discipulis suis aperit: sed multo mirabilius est, quod sequitur, quod cum non metaphoris, aut parabolis, vt solebat, sed claro & aperto sermone illis loqueretur: tamen discipuli, quasi si mente alienati essent, nihil horum intellexerunt. Sic enim D. Lucas ait. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab oculis eorum. Hæc ignorantia (vt ego suspicor) ex fide Apostolorum ortum habuit: credebant illum esse Deum, & ideo non capiebat eorum intellectus, quod tradi posset flagellari, & illudi, & tot ludibria pati, quare, loquelam eius existimabant esse parabolicam, sicut & alia pleraque, quæ illis loquebatur. Pueri, cum prima adiscunt elementa, solent quidem literas cognoscere, sed illas ad inuicem coniungere nesciunt. Probè sciunt, quænam sit .A. quæ .B. quæ .C. & sic de alijs, tamen non ideo sciunt legere, quia adhuc modus coniungendi partes eos latet. Audiebant Apostoli de ore Christi, quod tradendus erat, quod flagellandus, & occidendus, sciebant, quid Deus, quid flagellari & occidi, verumtamen in hoc hallucinabantur, quomodo hæc starent simul, quod Deus esset illudendus, quod esset flagellandus, & crudeli morte afficiendus. Qui enim Deum esse negabant, facilius passionem & mortem eius percipiebant. Constat hoc ex D. Ioanne,

*Luca. 8.  
Apostoli  
Christi  
mortem  
non intel-  
ligebant.  
Simile.*

*Ioan. 4.*

capite suæ Euangelicæ historiæ. 4. cum enim verba illa amore plena protulisset: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum: quorum verborum sensus varius esse poterat, nam, vel de exaltatione in cœlum, per suam ascensionem, vel saltem de exaltatione super cathedram, ad verbum Dei prædicandum interpretari potuerunt: tamen quidam de turba, verba ad mortem retulerunt. Nos audiimus, inquit, ex lege, quod Christus manet in æternum, & tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Audiuit Phariseus, Christum exaltandum, & sub exaltationis nomine, humiliationem suæ passionis videt, & audit discipulus, cruci esse affigendum, & tamen adhuc passionis est ignarus? Sed quid mirum? quia iste mortem eius refugiebat, quæ ille vehementer affectabat, iste Deum esse fatebatur, ille verò, purum hominem credebatur.

Quomodo enim intelligeret Apostolus, Deum illudendum fore, & opprobrijs afficiendum? Solent stulti ab hominibus illudi, ludibrijs & iniurijs saturari: at Christus vera Dei sapientia, omnino humanam mentem refugit nihil ab eo extraneus esse potuit. Quam rectè Esaias ad hoc spectans, dixit. Vt faceret opus suum, alienum est opus eius ab eo, vt faceret opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Vt faceret Deus opus redemptionis, & hominem, quæ formauerat, de potestate demonis eriperet, multa quidem fecit à sua maiestate extranea & aliena. Dauid enim, cum mutato habitu coram Achis apparuit, nè agnosceretur, & intetum eius impedirent, quasi stultus esset, passus est ab omnibus illudi, & irrideri. Sic Christus, æterna Dei sapientia, coram Herode & Pilato illusus est in sua passione, veste alba & purpurea indutus, quod permittente cœlo factum est, nè diabolus, cum agnosceret, & passionem eius impediret. Adumbrata fuit hæc illusio Christi, Deu. 25. vbi præcipiebat Deus, quod si ex duobus fratribus, alter sine filijs moreretur, alter uxorem eius duceret, vt semen eius & familiam suscitaret.

*Esai. 24.*

*1. Reg. 21.*

*Figura.  
Deut. 25.*

Quod

capite

Quod si nollet eam ducere, illum ante iudices & seniores interpellaret, quem accersitum mulier in faciem eius spueret, & calceamenta de pedibus eius tolleret, quod magnum genus ludibrij & irrisionis censetur. Fuerat desponsata Moyfi Synagoga, qui tamen sine liberis vita functus est, non enim ex ea habuit filios cœli hæredes, quibus ex vi talis desponsationis cœlestia bona conuenirent, de quibus D. Ioannes dixit, quod non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, &c. Christus tamen, cui ex munere spirituale semen suscitare conueniebat, Ecclesiam adamauit & reprobauit Synagogam. Reprobauit inquam, propter eius superbiam, propter ingratitude, & auaritiam, & propter alia innumera peccata, quibus illum prouocauit. Eapropter Synagoga coram iudicibus & senibus iniurijs eum affecit, expuit in faciem, & illussit ei, & calceamentum humanitatis suæ per mortem & passionem, abstulit ab eo. Fuit illusio hæc non leuis, sed quæ passionis suæ dolorem supra modum auxit. Fuit gladius viscera eius diuina penetrans: & nescio, an magis ludibria quam mortem ipsam senserit. Ego autem, per Psalmistam, aiebat, sum vermis, & nõ homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, loquuti sunt labijs, & mouerunt caput. Vbi notandum est cum Titelm. nostro, quod pro Homine in Hebreo non habetur dictio Enos, quæ hominẽ vile significat, & miserijs subiectum, sed Ish, quæ significat virum egregium, præcipuum, & æstimatione dignum. Conqueritur ergo Christus, quod non quasi virum egregium & nobilem, non quasi Prophetam, & dignitate præcelsentem, sed quasi despectum terræ vermiculum eum occiderint, & opprobrijs affecerint. Agedum, Christum in Gethsemani horto orantem contemplare, & sudorem eius sanguineum profunda consideratione experire, & videbis, quod opprobriorum percussio, magis eum quam vicina mors terrebatur. Hoc nouus ille sudor per corpus suum diffusus euidenter indicabat, qui magis ex

*Ioan. 1.*

*Synagoga reprobata. 110.*

*Pal. 22.*

*Locus pro Christi opprobrijs. Titelm. in annota. ex Hebræo.*

Verecundia, quam timore procedebat. Porro inter timorem & verecundiam, familiares animi affectus, hoc discriminis versatur, quod timor fugat sanguinem, & intra cordis condit hospitium, verecundia verò illum vocat, & ad oris fores trahit. Si quis timore concutitur, statim sanguis corpus deserit, & cordis penetralia petit, quod si verecundiam patitur, facies suffunditur rubore, & sanguis foras nititur erumpere. Christus in ignominia positus, utrumque affectum passus est, & timorem, & ruborem, timorem quidem mortis, & ruborem illusionum: timor sanguinem arcebat, rubor verò conuocabat, at præualuit verecundia, & dolorem superauit, quare sanguis foras exiit, & per omne corpus est diffusus.

*Veracum est timor.*

*Nota.*

Et cum appropinquaret Hierico, cæcum quidam sedebat secus viam mendicans, &c. D. Matthæus narrat, quod egrediens Hierico, alios duos cæcos illuminauit: quapropter tres cæci illuminati sunt in hac via, vnus in ingressu ciuitatis, & duo in egressu. Pergit in Hierusalem moriturus, & multa passurus opprobria, & creat nouos oculos, hominesque illuminat, ut passionis eius possint videre. Quasi diceret, pauci sunt oculi in mundo, ad tantum mysterium spectandum, & idcirco opus erit, nouos creare oculos, qui me morientem intueri possint.

*Mat. 20.*

Duo hic obseruanda sunt, primum, quanto cæci isti tenebantur videndi desiderio. Nam (vt Aristoteles ait) tantus est in homine lucis huius videndæ amor, vt inter omnes corporis tenus, videndi facultas maximè diligatur: quia cum homines, susceptæ uatura scire desiderant, & hic sensus plurimas rerum differentias ostendat, maximè ab eis diligitur. Angelus, qui ingressus est ad Thobiam, saluauit eum, dicens. Gaudium sit tibi semper. Cui Thobias respondit. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Quasi diceret, tantus est videndi ardor, quod dum luminibus priuatus fuero, omne gaudium mihi interdicitur. Sed & *Barthimeus noster* (sic enim appellat eum

*Naturale videndi desiderium. Arist.*

*Thob. 2.*

D. Marcus) ostendit nobis huius desiderij vehemētiam, qui vbi turbæ prætereuntis vocem tumultuantem audiuit, & quæsiisset, quidnā hoc esset, & dictum esset ei, quia Iesus Nazareus pertrāsiret: lamentabili voce cepit clamare, Iesu fili David miserere mei, quem cum in crepassent, & comminarentur vt taceret, quasi clamoribus suis, voces canentium Osina. perturbaret, & cōfunderet, ipse verò multo magis clamabat, & misericordiā petebat. Tandē cum nuntiātū fuisset ei, quod Christus eum vocaret, statim quasi homo ebrius, proiectis vestibus suis, ne eum impedire possent, exiliens venit ad eū. O quantum, lūmē oculorum affectabat. Sed Deus sancte & omnipotens, quis non cecitatem nostram demiseretur, qui cum corporale lumen tanti faciamus, spirituale contemnimus? An oculi corporis præstantiores sunt, quam mentis? Si ergo tanto tenemur desiderio visus corporalis, in tot medijs inquirunt: quomodo dū cæcitas adest mentis, dum peccatorum caligine laboramus, non continuo ad medicum nostrum confugimus, & medelam ab eo postulamus? Cæcitas enim mentis tantō maior est, & periculosior, quanto spirituales oculi corporalibus præstant. Si enim potentia per obiecta distinguitur, à quibus suā specificationem, & perfectionem accipiunt (vt Philosophus docet) ergo quantō obiectum fuerit præstantius, tantō magis potentia præferenda est. Atqui oculorum obiecta creaturæ istę materiales sunt ex nihilo conditæ, mentis vero, Deus ipse, & omnium rerū creator, in cuius felici contemplatione beatitudo nostra cōsistit, quantō ergo magis lumen diuinæ gratiæ, cū defecerit, appetendum est. Antonius ille magnus (vt Palladius refert) cum Didimū luminibus priuatum uisitasset, eum quē de rebus diuinis mirabiliter differentem, non sine magna admiratione reperisset: quæsiisset quē obo, num orbitatem illam moleste ferret? Is quē tacēdo magis quæ loquendo, animi sui mærorem indicasset: Cur, ait sanctus vir, grauiter fers, quod his oculis cares, quos fer-

mice habent, cum eos habeas, qui tibi cū Angelis cōmunnes sunt. Ex quo nimirū patet, quanto diuinius & præstantius lumen spirituale sit, quā corporale. Si ergo corporale lūmē tantū desideratur, & tāta cum diligētia quæritur, ita vt nullum remediū sit, quod intactum relinquamus, quomodo ergo, cū cæcitate mētis laboramus, cū in peccatis sumus, & verū gratiæ lumen non habemus, non omni velocitate, & omni lignitie deposita, ad Deū accurrimus, vt mentes nostras illuminet, & caliginem peccatorū expellat? An qui huiusmodi cecitas leue malū est, & non tanti, quanti corporalis faciēda? Et quidē tanta est, quod non nisi in supplicium grauissimorum peccatorū, soleat Deus eam permittere. Quando Elaias Propheta, vidit dominū exercituum super solium excelsum & eleuatam sedentem, in illa mirifica visione, de qua, cap. sui vaticinij, 6. sit sermo, iudicans populum ilam rebellem, tanto conspectu esse indignum, petiuit à Deo, vt cor eius excæcetur, & oculos eius clauderet, ne eum posset videre & agnoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudere, ne forte videat oculis suis. Et inquit Tertulianus, Iudæos hoc supplicij genus meruisse, tabijs diligentes Deum, non corde. Prophetā Ieremias in frenis, cum peteret à Deo, vt Babylonijs omnium scelerum suorum vicem rependeret, sic ait, Reddes eis vicem, Domine, iuxta opera manuum suarum. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Vbi alij vertunt. Dabis eis operationem cordis, vel cæcitatē mentis. Quis ex hoc loco non intelligat, quam magnum malum sit huiusmodi cæcitas, quæ tantorum scelerum supplicium exequat? Quod si Barthimeus tanta celeritate ad externum lumen percipiendum, properabat, vt paliū properanti graue esset, qua nos auiditate ad internam mentis nostrę lucem percipiendam, currere debemus?

Secundū, quod turba præteruntiu impediēbat eū, ne clamaret, & salutem tam corporalem quam spiritualementem

*Lumē spirituale corporale esse præferendum.*

*Aristo.*

*Palladius*

*Executio mentis in supplicium grauissimorum peccatorū datur.*

*Tertulianus aduersus Marcionem. 3. Titulo. 3.*

acciperet. D. Marc. ultra hoc addit, quod cōminabuntur ei multi, vt taceat. Non solum cum clamantem increpabāt, verum sub interminatione, tāta ex eius vocibus offendebantur molestia. Dolendum quidem, & sanguineis lachrimis deplorandum, quod illi, a quibus in rmitas nostra esset adiuvanda, dum ad Christum properamus, & illuminari quærimus, hi magis ab eo nos separant, & iter nostrum impediunt. Sed quid miramur, quasi quid nouum & insolitum hoc esset, cum ab initio sæculi malum hoc frequentissimum fuerit? Præpedimur enim sæpep̄us a turba pretereunte, ne contēptis vitijs, ad Deū accedamus. Et, vt multa aia scripturæ loca silentio prætereā, huic proposito accommoda, ad Dauidem accedamus, qui cu zelo diuini boni, iherosolymam descēderet, vt blasphemā G. li. th propugnaret: tamē frater eius Elia, illū arguēbat, & maledictis verbis increpabat. Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas illas oues tuas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui. &c. Michol etiā filia Saul propriū sponsū, ante arcā Domini ludentem, illudebat & contemp̄t. Quā gloriosus, aiebat, fuit hodie Rex Israel, disce operiēs se, ante ancillas feruorū suorū. In 1. Esdr̄e describitur, quod populus terræ impediēbat populū Israel, cū ciuitatem Hierusalem, & Domini tēplum ædificabant: Hæc enim est consuetudo, & quidem satis antiqua populi terreni, quod semper spirituale ædificium Hierusalē cœlestis impediāt. Vix manum ad prima huius ædificij fundamenta admoūēti, quādo enī adfunt multi diaboli ministri, & mūdi huius accola, qui tibi offendicula parent, & opus ceptum præpediant. Et quidē ad denastādā Hierusalē, loq; eueraēdā. nō deerunt Idumei inuitastes & concla mantes simul. Exinanite, exinanite, vsq; ad fundamentū in easi tamē de eius reparatione agatur, paucissimi erūt, qui calcaria præstent, & adiuuēno sint, quin otius ferē totus mūdus te increpabit, tibi cōminabitur, & tādē

in te

in te insurget. Non frustra Dauid aiebat, Psal̄m 118. P̄ratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Qui enim animo suo decreto firmo statuit, mandata Dei seruare, intrepidus & animosus esse debet, & nihil eum perturbare, alioquin facile a veritate concepta discedet, nam multas persecutiones passurus est: Quia qui volunt piē viuere in Christo, proculdubio persecutionem patientur. Sed vā illis, qui petra scandali sunt, & offendicula fratribus suis ponūt, nē per viā mādatorū Dei incedant, ne vē accedant ad Christū. Puniētur enim iuxta grauitatem culpæ; & tanti sceleris meritis p̄cenas dabunt. Per Amos Prophetam comminatur Dominus Amonitas, dicens. Super tribus sceleribus filiorū Amon, & super quartum non conuertam eum, eo quod discederit prægnantes Galaad. Scio locum hunc, varias interpretationes habere, verū pro nunc cum D. Gregor. ad sensum mysticum illum explicemus. Inquit enim quod Galaad interpretatur acerbus testimonij, & quia Ecclesia per confessionem seruit testimonio veritatis, per Galaad intelligitur, quæ ore omnium fidelium, de Deo omnia, quæ vera sunt, testatur. Quare prægnantes Galaad vocantur animæ, quæ intellectum verbi diuini ex diuino amore concipiunt, & si ad perfectum tempus veniant, conceptam intelligentiam boni operis ostensione pariturae sunt. Sed proch dolor, quanta Idumeorum caterua est in mundo, prægnantes Galaad interficiens, & bonos mentis conceptus, quos a facie Domini conceperunt, per medium secans. Isti quidem sunt, qui iustos & sanctos, & eos qui aliquid boni cōceperunt, minis, persecutionibus, blanditijs, & vanis persuasionibus, aut quacunq; alia ratione possunt, conantur a via salutis deterrere. Statuit aliquis mundum deserrere, ad Deū conuerti, remittere offensam, restituere aliena, aut concubinam dimittere, tu verò animæ suæ insidians, contrarium illi suadens, inconuenientia & impossibilia obijcis: quibus perterritus, conceptam virtutem deserrit, & ad

*Psal. 118.*

*Amos. 2.*

*D. Greg.*

*3. part. ad mon.*

*Marc. 10.*

*Locus pro impediētib; virtutem.*

*1. Reg. 17.*

*2. Reg.*

*1. Esdr. 4.*

*Psal. 136.*


FERIA QVARTA

cinerum.

CONCIO.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypochrita tristes.

Matthæi cap. 6.



ODIE Ecclesia sancta supercelesti, vt semper, ducta spiritu, ad regni cœlorum expugnationem milites suos conuocat, omnes inuitat, & ad certamen contra vitia cohortatur, quia cœlorum regnum, non delicijs & carnis illecebris, non vitijs & voluptatibus, sed penitentia & ieiunio debet expugnari, iuxta illud Saluatoris, Mat. cap. 11. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vis, inquit Tullius, est impetus fortis, cõtinens id, quod vim patitur infra terminos alienos: quare violenti, iuxta hoc, illi dicentur, qui forti impetu se continet extra carnis confinia, qui vim inferunt sibi, qui semetipsos abnegant, tollunt crucem suam, & Christum sequuntur. *Los que no tees a cu: hillo sus proprias pasiones, que dizen vn si a su no, y vn no a su si.* Hi nimirum regnum cœlorum vi expugnant, & auferunt. Quo propter, ex hac die crudele bellum ad ignem & sanguinem contra vitia indicitur. Nollet Ecclesia, a quem esse, qui a tam pijs abesset castris, sed quod omnes penitentiam arma ad hoc munus obeundum necessaria, prouiperent. Hoc enim Ioelica illa tuba, quæ in nostris infundit auribus, significat Canite tuba in Sion, congregate caeterum, vocare senes, & paruulos suggestentes vbera. Egredietur sponsus de cubili, & sponsa de thalamo suo. Vtebatur populus tabis & buccinis, ex edito loco personatibus,

Regni cœlorum vi expugnandum. Mat. 11. Tullius Bealxa.

Job. 21. Quando populus vobis recubatur.

Præterita vitia regreditur: tunc quidem prægnantes Gilaad, quasi crudelis & seuis Idumeus discucult. Sed vobis tibi, quia iram & indignationem Dei incurres, & manus eius vltices non effugies. Impediebat Barthimeum turbam, ne salutem postularer, ipse verò ab incepto proposito non desistebar, sed multò magis clamabar. Iesu fili David, miserere mei, nec a clamorosis vocibus destitit, donec de manu Domini salutem anime & corporis, & optatum lumen recepit. Puerunt Domino eius voces non ingratae, sed iocundæ valdè, multò magis forsitam, quam aliorum in processione canentium, quam nobrem auditis eius clamoribus, non ultra progressus est, donec petitionibus acquieuit. Stans autem Iesus, inquit Evangelista sacer, iussit illum adduci ad se. Perpende hic, licet obiter & transcursum, quanta sit orationis vis, quæ Christum Dominum in suo itinere stare fecerit. Quid iam miramur, quod Iosue imperio vocis suæ, solens in medio cœli mora vnus diei detinuerit, obediente Domino voci hominis, siquidem cæcus hic virtute suæ orationis, & clamorosi gemitus, verum solem iustitiæ Christum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in medio itinere demoratus fuerit? Lux mundi, oriens ex alto, sanctitatis splendor, filius Dei, ad vocem vnus mendici cæci stat, quis non miretur? Discamus hinc, nos ad Deum accedere, & toto mentis conatu, salutem animæ ab eo poscere. Obstabit mundus, caro blanditijs obstitet, turba vitiorum & cupiditatum te exturbare & deterrere, conabitur, tamè constans esto, obturata aure pertransi, & à bono incepto non desistas, donec ad Deum accedas, a quo misericorditer illuminaberis per gratiam, & in posterum per gloriam, &c.

FE.

Iudic. 6.

1. Reg. 3.

Esai. 28.

quando conuocandus erat, vt rem audiret magni momenti. Iudic. 6. de Gedeone agens Scriptura sacra, inquit: Qui clangens buccina conuocauit domum Abiezer, vt sequeretur se. Et. 1. Reg. 13. Saul cecinit buccina in omni terra, dicens. Au liant Hebræi, &c. Esaias. 28. Clama, nè cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Clamare ergo tuba ad pænitentiam, est ostendere, quanti momenti pænitentia sit, & peccatorum detestatio ad bellum hoc, de quo agimus, ineundum. Igitur (inquit Prophe- ta) cuius verba Ecclesia vsurpat, Canite tuba in Sion, omnes ad pænitentiam conuocate, nullus sit, qui manum a gladio prohibeat. Inuitentur omnes, indicatur generale bellum, omnes comprehendat indictio, magnos & paruos, senes & iuuenes, viros & fœminas, non sit etas, non sexus, qui ab hac obligatione sit liber, etiam paruulos lactentes mandatum hoc comprehendat. Senex, qui iam vitijs incanuit, non desperet, & qui tanquam paruulus, sub mundi huius elementis degens, ab vberibus ipsius mundi pendens, lacte voluptatum nutriebatur, non diffidat victoriam adipisci, & misericordiam cõsequi, quia Deus noster benignus & misericors est, & præstabilis super malitia. Derelinquat sponsus lectum, & sponsa thalamum suum deserat. Omnes pro nunc a voluptatibus, & carnis desiderijs, etiam licitis abstineant, mundi vanitatibus renuncient, peccata à se procul abijciant, pænitentia & ieiunijs se muniant, & sub Iesu Christi ducis nostri, vexillo, in cœli milites, se ipsos ascribant.

Hæc est indictio, qua Ecclesia conuocat milites, hoc præconium, quod insonat: Arma quibus eos armat, sunt humilitas & ieiunium, que in Euangelio continentur, contraria quidem ijs, quibus diabolus vsus est in paradiso, ad hominem prostigandum: deicit enim eum superbia & gula. Staminata verò & nobilitatis insignia, quibus eos ornat, puluis & cinis est, capitibus nostris impositus, cum litera ex. 1. Genes. accepta. Memento homo, quia cinis es, & in puluerem reuerteris. A cinere,

sive

sive puluere initium dicendi faciamus, & deinde ad reuiniuum deueniamus.

Et quidem, quantum ad primũ attinet, quod est puluis aut cinis, inquit Ecclesia, Memento homo, &c. Quibus verbis videtur sentire, hominem obliuiosum esse, parumque memorẽ, quare quasi dormientem, & letargico somno laborantem, eum alloquitur. Eia homo, excute fomnum, & excitare, quis fomnus hic, aut quænam est ista tua obliuio? te ipsum intueri & considera, quis sis, ex quo principio compositus, & in quid in fine resol- uendus, quia ex terra formatus es, & in terram citissimè conuerteris. Tanta est hominis erga se obliuio, quod sui ipsius obliuiscitur. Non solum obliuiosus est, verum ipsa obliuio interdum appellatur. Iob cap 7. vbi secundum nostram vulgarem dicitur. Domine, quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? habetur in Hebræo, Domine, quid est Ennos? quod obliuionem significat. Quasi diceret: Domine, quid est obliuio, quia magnificas eum? Hominem magnificas, & beneficijs afficis, qui natura sua obliuiosus est, & beneficia accepta illico obliuioni tradet? Hoc est esse hominem, esse obliuiosum, siue obliuionem ipsam, & beneficijs acceptis non respondere. Causaris tu, quod alicui fauorem præbueris, quod dederis ei manũ, quod te adiutore, ad fastigium dignitatis ascenderit, & tamen, quod omnium oblitus, susceptis beneficijs non responderit: & inquis, quod feci eum hominem, & ipse ingratus euasit. Quare igitur fecisti eum hominem? Para que le baxia el hombre? Por esso salio ingrato y oluidio, porque le hizo hombre, Quia homo & obliuio idem sunt. Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua (inquit Prophe- ta) aut iustitia tua in terra obliuionis? Terram obliuio- nis, terram hanc vocat, quam homo habitat, quia ipse homo est obliuio. Nunquid, non obliuiosum dicemus hominem, qui tam cito creatoris sui oblitus est? Vix enim eum creauerat, & collocauerat in voluptatis para-

Homo ipse  
obliuio.  
Iob. 7.

Psal. 87.

diso, donis naturalibus, & supernaturalibus ornatum, iustitiaque originali insignitum, quando omnium beneficiorum que de manu Dei acceperat, & quod magis mirari debes, sui ipsius oblitus, contra beneficentem suum insurrexit, & cum illo quasi de diuinitate contendere nitus est. Voluit enim illi assimilari in scientia a quo sciebat, quidquid sciebat, accepisse.

Hinc factum esse arbitror, quod Deus informatione hominis tanquam qui spiritus arrogantiae eius optime nouerat, ex intentione voluerit eum humiliare, ex limo terrae illum formadq. Est enim terra grauis rudis, & inculta, & omnium elementorum dignitate inferior, quare formauit illum de terra, ut in se sufficiens motiuum humiliandi semetipsum haberet. Quod quidem insinuauit Salomō, sub illis verbis, que sapie. 9. habentur. Corpus, quod corrumpitur aggrauat animā, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Nihil enim est, quod superbas mentis nostrae cogitationes, quibus superbia aliquoties ascendit, magis cohibeat, quam consideratio huius terreni, & corruptibilis corporis, quod cito in cineres vertendum est. Nam quae obsecro, superbia non te primum? quae cogitationes non humiliantur? quae tam alta praesumptio, quae cogitatione hac una, omnino non extinguatur? Vbi secundum translationem vulgatam, David inquit. Non apponat ultra magnificare se homo super terram, D. Hieronymus ex Hebraeo vertit. Non apponat ultra magnificare se homo de terra. Ac si aperte diceret. Quorsum apponit magnificare se ipsum, & usque ad caelos efferre homo vilis, & contemptus ex terra factus omnium elementorum vilissima? Si homo esset ex caelo, si purus spiritus, si ex alia nobilitate materia: at ex terra, quid gloriatur? Contingit aliquem trasonem agere, & de nobilitate sui generis, & progenitorum suorum splendore iactanter loqui, & accedit aliquis dicens, de quo gloriaris? nonne omnes te ipsum tuosque parentes agnoscu? De

que se ex una, non de conuocemus, qui, & habemus quoniam fueron ius

padres

padres. Hoc est quod David inquit. De quo gloriatur iacobundus homo de terra? Nonne probè illum nouimus, eiusque generationem & profapiam? Est enim terrae filius, & nihili nepos, ita quod inter ipsum & nihil, nil aliud, quam terrae pugillus, mediat. Haec sunt sua nobilitatis stemata, haec antiquitatis insignia, haec eius genealogia, & profapia. Quare ergo supra se ipsum effertur? quare extento collo ambulat, & quasi Deus sit, super terram gloriatur? Nolebat persuaderi populus, vitulum illum, quem in deserto adorauerat, non esse Deum, non erat, qui stultitiam hanc ab eorum mentibus radicitus euelleret. Credebant enim, vitulum illum, quem manibus suis effinxerāt, esse Deum, *Quo quando vna accendit ex hec ha a manos, tarde se deserrapio.* Quapropter cogitauit Moyses, vitulum conterere, & in puluere redigere, ut vel sic persuaderetur, non esse Deum. Cōcidit in frustra idolum, contriuit illud & cōbulsit, usque ad puluere, quem sparuit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel, inquit sacer textus. Optima quidem potio, quali eius stultitia indigebat, ut purgari posset. Ac si diceret, ecce Deum quem colitis, videte qualem Deum adoratis, qui conteritur permittit, comburi, & in cineres redigi, & tam fetidum locum, qualis est humanus veter, non exhorret. Homo insane & stulte, inquit hodie Ecclesia, qui diuinitatem tibi promittis in terra, & sic viuis, ac si nullus Deus esset in caelo, sic operaris, ac si nulli esses debitor, nullumque formidares, vis stultitiam istam superare, & ab hac ignorantia exire? Vis manifestè intelligere istam tuam deceptionem, & clarè videre quod homo sis & non Deus? Finè intuere, quem habiturus es, cōtemplare, quod confringendus es per mortem, & in duas partes, corpus scilicet & animam diuidendus, quod in puluere & cinere redigendus, & sic dicere poteris, te hominem mortalem, non Deum esse. Eleganter satis Ppropheta Euangelicus Esai. c. 44. sui vaticinijs, stultitiam Gentilium carpit, qui lignum aridum, tanquam Deum adorabant, & inquit, Quis stultitiam hanc non mirabitur? Faber lignarius pergit ad montem, pinum,

Mortis  
memoria  
vna

Exod. 32

Isai. 44

pinum.

Deus formauit hunc mundum de terra, ut illum humiliaret. Sep. 9. Considera tuo sui humilitate.

Psal. 9.

simile.

pinum, aut ilicem, siue aliam arborem succindit, quam ad domum asportat, ex medietate eius quam succendit, excoxit panes, & calefactus est, ex alia verò medietate idolum constituit, & quasi Deum adorat illud, & subdit. Pars eius cinis est, & cor insipiens adorauit illud. Hoc quidē admiratiuē debet legi. O magna stultitia, quòd pars illius ligni in cinerem redacta sit, & quòd aliam eiusdem ligni partem, ex qua idolum factum est, adoret. Non immeritor, ac si dicat, in hoc, quòd idolum illud opus manuum eius fuerat, licet hoc solum sufficeret ad stultitiā eius conuincendam, non quòd vile & abiectum lignum lignum est, quod ipse forsitam opere suo plantauerat & excoluerat, securiq; succiderat: omnia hæc omitto, & solum hoc perpendi volo, quòd pars eius cinis est, & cor insipiens, adorauit illud. Vidit enim oculis suis, quòd cum idem lignum esset, medietas in igne coniecta exarsit, & in cinerem est conuersa, quòd proculdubio de alia medietate fieret, si in ignem coniecta esset, & nihilominus formauit ex ea idolum, quod in sublime erexit, & statim humi prostratus, adorauit illud. Optimum argumētū est hoc, ad homines superbos & arrogantes reuincendos, illos maxime, qui cum diuites sint & potentes, omniaq; prosperè sibi succedant, in hoc mundo Deos se esse existimant, de quibus illud Dauidicum non ingruè intelligere possumus. Quoniam Dij fortes terrę vehementer eleuati sunt, quod ironicè ab eo dictum esse existimo. Id est, mundi principes dignitate præstantes, qui quasi Dij essent terræ, vehementer eleuati sunt, & contra Deum efferuntur. His enim Esaiæ vox optimè conuenit. Nonnè omnes ex eadem radice & trunco nati sumus? Nonnè ex eadem stirpe & prædicamentali arbore naturæ humanæ descendentes? Omnes quidē huius arboris partes sumus. Quòd si pars illa, quæ tempore nos præcessit, in fauillam redacta est, & ab igne mortis consumpta, quid de alia parte, quæ modo superest, sciendum erit? Si ergo omnes mundi principes & potentes,

tes, qui ætate præcesserunt nos, sic consumpsit ignis, si omnes falce mortis sunt discissi, si omnes miserabiliter perierunt, & in cineres & vermes sunt redacti, quare tū homo insipiens; cum eiusdem ligni sis medietas, securitatē tibi promittis, fingis te esse Deum, & ab omnibus coli, & adorari cupis? Memento te esse hominem, eidem forti, cui illi subiectum, & eadem sententia damnandum. Hoc salutifero freno sapientissimus quidam Rex, superbiæ motus (si quos habebat) frenabat. Salomō enim, quādo similibus cogitationibus vexabatur, hoc vno verbo à se ipso illas pellebat. *Sum & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere illius terreni, qui primus formatus est.* Abite retrò cogitationes pessimæ, adulatione & fallacia plenæ, quæ sub amicitiæ specie, crudele bellum infertis, nolite prouire auribus, nolite me adulationibus decipere, non enim vobis cordis ianuam aperiam. Nolite suadere mihi Deum esse, aut alterius naturæ ab omnibus Adæ filijs: terra enim hæc, qua pressus, & quasi onere grauatus incedo, mihi protegitur, dicens, quòd neq; regni potentia, neq; sapientiæ fama, neque sanguinis claritas, neque diuitiarum gloria, me in alium commutarunt. *Todo es, yo me haze mas de los Godos que a los demas hombres del mundo:* sum quidem homo mortalis, & corruptioni obnoxius, sicut & alii, qui à primo omnium parente descendunt. Fertur de Philippo Rege Macedoniæ, magni Alexandri patre, quòd puerum habebat ob recordationis gratiam constitutum, *vaje de memoria,* qui quotidie ad eum ingressus dicebat. Memorare Rex, quòd homo sis. Dum enim Rex epulabatur splendidè, iudebat, deliciabatur, vel publicis spectaculis assisibat, hoc illi ad memoriam reuocabat. Rex verò dimisso puero, ad se ipsum conuersus ingemiscens, aiebat. Heu me, homo sum, & quidem homo mortalis, corruptioni subiectus, & in cineres resoluendus. Vellem fratres, vt vel Paganum & infidelem hunc, in hoc imitemur. Si enim homo Gentilis hoc agebat, quā gentilis esset stultitia, quòd

sap. 7.



quod homo Christianus cōsiderationem hanc obliuionē  
 mādaret, & nullā mortalitatis suæ rationē haberet. Heu  
 me Domine, homo sum, quod si homo, quomodo quasi  
 essem Deus, supra me ipsum efflor, & nulli subiectus vi  
 no? sum moriturus, quomodo ergo, in me vitia non mo  
 riuntur? Si cōuertendus sum in vermes, quomodo me ip  
 sum non cōuerto, & de malè actis pænitiā ago? Quātē  
 efficitur sit mortis memoria ad vitia reprimēda, optimè  
 significatū fuit nobis in illo notabili facto, Naamā Syri  
 principis militiæ Regis Syrorum, vt habetur. 4. Reg. c. 5.  
 Scitis eam, vt venerit ex Syria, vt curaretur à lepra, quæ  
 non solum corpore, sed etiam mēte, Heliseus curauit, il  
 luminauit enim eum, & notitiā veri Dei illi dedit. Cum  
 ergo ad patriā suā regrēderetur, petijt à Propheta, vt cō  
 cederet illi, secum onus duorū burdonum ex terra Israel  
 asportare, vt quando simul cū Rege templum Bēmon  
 ingrederetur, ad sacra faciēda, nō deciperetur cor eius,  
 sed solum Deum Israel adoraret. Sum Domine (ac si dice  
 ret) secundus à Rege in regno Syriæ, cū Rex oraturus,  
 aut sacrificia facturus templum pergit, nunquam ab eius  
 latere discedo, forsitam cū scera parantur, videns sacrifici  
 orum magnitudinem, ministrorum maiestatem, & mu  
 sicæ concentum audiens, cor meum decipietur, & genu  
 flexus idolum adorabo: quare peto à te, vt terræ Israeli  
 ticæ parum mihi concedas, vt ea inspecta, tentationem  
 hanc deuincere possim & superare. Sed percontari nunc  
 libet, quodnā remedium erat ad deuincendam idolatriæ  
 tentationem, terrā Israeliitam secū asportare? Ad quid  
 hanc ab Heliseo petiuit licentiā? Respondet dubitati  
 oni Lyran. quod intēlebat verū Deū Israel colere, & face  
 re ei altare in domo sua, iuxta id quod dicitur, Exod. 20.  
 Altare de terrā facies mihi, & quia reputabat terram il  
 iam Israel sanctam esse, in qua verus Deus colebatur,  
 idcō petiuit licentiā ad portandum terræ onera. Abu  
 lentis aliam rationem assignat, videlicet, quia Naamā vo  
 lebat deinceps colere verum Deum Israel, & nō idola,  
 idcō

4. Reg. 5.

Lyran.

Abulen.

In signum voluit accipere terram de regione illa, quæ  
 erat subiecta Deo Israel, & non de ea, quæ erat subiecta  
 idolis, & vitijs contaminata. Glossa ordinaria inquit, &  
 petiuit illam terram, vt poneret eam quasi stratum in tē  
 plo idolorum, & super eam confitens Dominum, cuius  
 erat terra, adoraret. Itaque, terra illa, erat illi in monime  
 tum & recordationem facti. Ea enim inspecta, statim re  
 cordabatur lepræ & curationis, & quanti salutem eme  
 rat, quam longitineris prætio, & sic à cultu idolorum  
 retraheretur. O vtinam & nos eodem vteremur reme  
 dio, & quotidie terram, quam non sub pedibus, sed su  
 pra pedes nostros portamus, ad memoriam reuocare  
 mus, non dubito, quin efficacissimum nobis esset  
 remedium ad coercendum nos à vitijs, præsertim ab  
 omni superbiæ & arrogantia fastu, quæ quasi ido  
 lum quoddam est humanæ mentis. Nam quid superbit  
 homo cito moriturus, & in terram conuertendus? Su  
 perbia nostra iam deuicta, soloquē prostrata, lectio  
 Euangelij optimè quadrat, in qua damnatur hypo  
 critis, & humilitas commendatur. Cum ieiunatis, in  
 quit, Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c. Præcipit  
 enim his verbis Dominus, vt in ieiunijs, orationibus,  
 & alijs bonis operibus, quæ gessimus, non gloriam &  
 laudem nostram, sed folius Dei queramus. Neque hypo  
 critas imitemur, qui, vt ieiunantes hominibus appa  
 reant, tristitiam simulant, facies suas macerant, & exter  
 minant, & extra proprios & naturales terminos, quasi  
 violenter constituunt, *Sacan de quicn sus rostos, y los ponan  
 en prensa, para que salgā los que ses a fuerā.*

Glossa.

Nō præcipit hęc Christus, quod ieiunemus, vt ex ipso  
 rû verborum tenore constat: sed tanquā primū principiū  
 & notissimum, videtur illud præsupponere. Est enim  
 necessarium ieiunium, ad domandam nostram car  
 nem, & victoriam de illa consequendam. Quod intelli  
 gens sancta mater Ecclesia, hoc quadragesimalie ieiun  
 ium instituit, vt simul à cibis & vitijs abstinentes,  
 dome.

Ieiunij ne  
cessitas.

Mat. 17.

domesticum nostrum inimicum facilius superare possumus. Arma namque, quibus monstrum hoc deuincitur, sunt abstinentia & ieiunium. Venerunt quidam die discipuli cōsuli & erubescētia pleni (vt apud Matthe. c. 17. dicitur) eoquod demonem quendam ē corpore cuiusdam hominis eijcere non potuerant, quem cum eiecisset Dominus, interrogauerūt eum. Quare nos non potuimus eijcere illū? Quibus ille respōdit. Propter incredulitatem vestram. Amē quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus demoniorum, non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium. Mira quidem exaggeratio est, ad necessitatem ieiunij ostendendam. Poterit fidelis per fidem, mentes de loco ad locum transferre, poterit illuminare cecos, poterit mortuos suscitare, & demones etiam profligare: sed quodam genus demonij est, caro scilicet, quę nisi in oratione & ieiunio superari non potest. Nemo existimet, quod verbis solum (quod aiunt) inimicus hic, est deuincendus, & quod ad primam Aue Mariam, iam de illo cōsequutus est victoriam: necesse est, pabulo & hordeo, bestiam hanc carnis nostrę priuare, vt rebeles motus, & peruerfas, quas habet inclinationes, deponat. Depingitur nobis hoc, sub dulci quadā historia (quod Scripturę sacrę ingenium est) Genes. cap. 21. Scitis enim, quęnā differentię fuerint inter Sarram Patriarchę Abrahamę legitimam vxorem, & Agaram eius ancillam, & quomodo non pacificę morabantur in domo: quarum duo filij, Isaac & Ismael, erant inter se contrarij, & ille qui secundū carnem natus erat, persequebatur eum, qui erat secundū spiritum, vt Apostolus inquit. Vidit igitur Sarra quadam die, quod inter se coludebant, sed ludus iste grauis erat, cum D. Paul. persecutionem eum appelleret, forsitam inter ludendum alapam ei dabat. vel pugno eum percutibat. Sed non desunt qui dicant, quod cum esset idolatra, idolatrare eum, & idola colere docebat. Cum

ergo

ergo Sarra domum rediens, quadam die hoc vidisset, scandalizata, & quasi Iena furiosa, ait. Liberet me Deus, quid est hoc quod cerno? in domo mea idola? potius moriar, quam hoc patiar. Accurrit ad Abraham, dicens. Eijce ancillam & filium eius, aut enim illa, aut ego domi manebimus. Eiecit Abraham illos de domo, & dedit illis panem & aquam, ad iter suum peragendum. Ecce in facto hoc, bellum domesticum & ciuile, quod inter carnem & spiritum incessanter geritur, delineatum est. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, quia vnum aduersus alterum, semper aliquid machinantur mali, *Semper audiam a las genit.* Habent quidem duos filios inter se valde contrarios, appetitum rationalem & sensituum, & hic secundus primum persequitur, & suppeditare conatur, filius ancillę contra legitimum heredem insurgit. Quod ergo remediū? Eijce ancillam & filiū eius, inquit scriptura. Domo pellenda est caro nostra, cum appetitu suo inordinato. Castigetur disciplina, mortificetur penitentia, maceretur ieiunio, ne rebellis contra rationem insugat. Fratres, aiebat D. Paul. ad Rom. loquens, si secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quando enim duo inter se equo Marte pugnant, ita quod diu anceps sit victoria, ille, cui auxilium dederis, proculdubio vincet: quapropter cum inter carnem & spiritum sit perpetua pugna, si quis carnem adiuerit, voluptatibus & vitijs indulgendo, caro ipsa praualebit, in quo mors animę consistit, si autem per spiritum, carnis delideria supplantare, & eius opera mortificare studuerit, absque dubio viuet,

*Cum ieiunatis, nolite fieri, & Multi, tum Prophetarum, tum etiam sanctorum, depingendi hypocrisis, curam suscipere, vt deformitate eius inspecta, illum summo studio caueremus. Iob. c. 8. sui vaticinij, sic illum depingit, Nunquid virere potest corpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? Cum adhuc sit in flore,*

Gene. 12.  
Caro ieiunio affligenda est.

Roma. 8.

Simile.

Hypocrisis depingitur

Iob. 8.

nec carpatur manu, ante omnes herbas arefcit: sic vie omnium qui obliuiscuntur Deum, & spes hypochritæ peribit. Sicut enim scyrpus, aut carectû, nisi sufficiens habeat aquæ humoré, non potest viroré vel acquirere vel conseruare, quia tã iuci quã carices in carectis, aquam in radicibus semper desiderant: sic hypocrita, licet oculis hominû quasi scyrpus foris virere videatur, & fructibus bonorum operum abundare: tamé cum ei humor gratiæ, & amicitia Dei deficiat, talis virtutis viror perpetuus & stabilis esse nequit. Rectè quidè sed ad methaphoras regrediamur, in quibus ingenium hypocritæ depingitur. Comparatur scyrpo, & carecto, non sine magna dicendi elegantiâ, quia sicut ista virorem solum ex terioré habent, sed unum fructum proferunt (sicut enim omnino infructifera) sic hypocrita, viret quidem exterius virtutis specie, sed nihil eo instructius aut inuitius. Sed specialiter scyrpus hoc habet, quod cum à radice vsque ad verticem folijs, & fructu careat, flosculum quem solum ex se germinat, in summitate sui, in modum coronæ producit, vt ab omnibus videatur. *Veala Dies y todo el mundo.* Ecce hypocritæ ingenium depictû. Non est aliquid eo instructuosius, quod si contingat aliquando aliquod opus bonum efficere, statim ex illo coronâ conficit. *La ego haze eila y coron: della.* capitique suo adaptat, vt ab omnibus videatur. Possè, & alios quâplurimos prophetas referre, sed né morosus videar ad Christû prophetatum dominum deueniamus, qui hypocritam depingens, sic ait. *Ve vobis scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus spetiosa, intus verò sunt plena ossibus.* Methaphora clarissima est (inquit Simon Calianus) & proposito valde accomoda: quia sicut sepulchrum à foris quidè spetiosam refert similitudinè, intus verò non nisi mortuorû ossa, & corpora facticia habet: sic hypocrita, licet hominum oculis pulcher appareat aspectu, sed intus factidus, & mortuus est. Sepulchrû alicuius præfalsis, aut mag-

nî principis aliquando iam vidistis, magno artificio elaboratû, marmoribus, porfidis inspide, & alijs prætiosis lapidibus constructû, auro, & varijs coloribus depictû, scultis, & stëmaribus ornatû, & quidè si rem atetè cõsideratis, inuenietis, quod omnia, quæ ibi reperiuntur, hypocritam referunt, & fictionè. Ibi leones, siue gigantes spectantur, qui humeris suis totâ illâ machinâ sustentare videntur, cû in rei veritate nihil sustentent. Alij manibus tenent libros, orare, siue recitare officium diuinum fingunt, cû verbû loquantur nullû. Supra ipsum edificium literæ deauratè leguntur, in quibus significatur ibi magnû regem cõtineri, cû tamé nihil nisi vermes & ossa putrida cõtineantur. Ecce mirificis coloribus ingenium hypocritarû depictû, sicut quidè sepulchris mortuorû, pro similes, pleni hypocritæ, & fallacia, fingunt enim, se totû rei publicæ pondus sustinere, cum potius illam suis moribus deturbent, & funditus evertant. Videntur quidè foris orare, ieiunare, & alia opera studiosa efficere, cum tamé opera hæc mortua sicut, & veræ vitæ expertia. Habent inscriptionè sanctitatis in fronte, sed tamé intus corda sunt spurcicia, hypocritæ, & corruptione plena.

Aduhc hypocritâ definiuimus, hypocrisim ipsam iam definiamus. Hypocrisis Græcè, idem est quod latine fictio aut deceptio: vnde hypocrita apud Græcos (vt Erasmus tradidit in suis annotationibus) hystriõnè significat, hoc est, qui ficta persona fabulâ agit apud populû, qui actor etiâ appellatur. Vnde est, quod D. Isidorus libro Ethimolog. inquit, scilicet, quod hypocrita est fictor vel simulator alterius personæ, fingit enim esse quod nõ est, nam cum intus malus sit, bonum se palam ostendit. Hystrio enim, cum homo vilis sit, & infamis, purpura aliquando, & deauratis vestibus induitur, sceptrû regale manu tenet, & coronâ aureâ capi in suo adaptat, vt regis personâ representet: sic pariformiter hypocrita, cû vilissimus sit & infamis corâ Dei cõspectu, tamè personâ sanctitatis induit, pietatè simulat, & quâ maxime virtutis sit, corâ omnibus se cõstitit. D. Petrus

Hypocrita  
ingenium.

Mat. 23.

Cassianus.  
Hypocrita  
sepulchri  
dealbatis  
comparatur.

Hypocritæ  
definitur.

Erasmus.  
D. Isidorus.  
Hypocrita  
fictor alterius  
personæ.

*Petrus  
Grifolo.*

Grifologus hypocrisim sic definit, Hypocrisis est subtile malum, venenum latens, secretum vitium, tinea virtutum, fucus sanctitatis. Habet verba hæc non solum in dicendo elegantiam, verum in significatione proprietatem. Primo dicit, quod est subtile malum, nam habet in occidendo subtilitatem maximam, sicut enim fulmen gladium conterit, & in carbonem conuertit, cum tamen vagina exteriori intacta appareat, sic hypocrisis multoties opera exteriora, ieiunium, orationem, elemosinam, & alia misericordiarum opera non ledit, cum tamen intus nullius sint momenti & valoris. Est etiam venenum latens, & secretum vitium, quia multoties hypocrite, falsa quadam religionis specie, populum decipiunt, ut veneno erroris & falsitatis occidant. Dicitur tertio fucus virtutum, quia sicut mulier, cum deformis sit, fuccis & colore rubro, pulchritudinem & venustatem, qua carere simulat, sic hypocrita, cum nulla sit virtutum pulchritudine præditus, quin potius Dei oculis abominabilis, valdeque deformis, tamen fingit se falsis quibusdam apparentijs omnibus virtutibus abundare, & quandam sanctitatis pulchritudinem oculis intuentium referre videtur. Sunt enim huiusmodi homines, quasi imagines antiquæ, quæ in aliquibus templis reponuntur, habent quidem exterius apparentiam, sunt auro, argento, & alijs picturis exornatæ, intus tamen plene carie, & a tinea consumptæ. De quibus illud Davidicum potest non incongrue intelligi. Filia eorum compositæ, circumornatæ, ut similitudo templi. Per filias enim operationes intellige, quæ quasi filia sunt nostris viceribus prodeuntes, & quæ non sine magno labore procreantur. Istæ quidem, in hypocritis compositæ sunt exterius & exornatæ, ad similitudinem templi, vel imaginum in ipso existentiam. Contigit enim, templi parietes dealbatos esse, & in superficie varijs coloribus depictos, intus autem nullam firmitatem habentes, neque ad debitam rectitudinem constructos & erectos, quare repente totum ædificium corruit &

*Simile.*

*Simile.*

*Psal. 143.*

*dissi-*

Asipatur, & ad solum prosternitur. Tale est hypocritarum ædificium, habet quidem exteriorem apparentiam, & varijs virtutum coloribus exornari videntur, tamen, quia non in intentionis rectitudine fundatur, diuturnum aut firmum, nequaquam esse poterit. Tandem est hypocrisis tinea sanctitatis: non enim erit tam firma & solida virtus, quam non corrodat & euisceret. Vnde est, quod Abulensis inquit, quod hypocrisis, esse non semper est peccatum mortale, tamen semper deludit meritum, quia opera hypocritæ, nullius valoris & meriti coram Dei oculis reputantur, quapropter inquit summa veritas. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Ac si patenter dicat. Gloriam humanam affectabant, & popularem applausum quaerebant, iam invenerunt quod tanto pereceptabant: tantum abest, ut ego aliquam mercedem eis tribuam, quia licet, coram oculis hominum, qui ea quaerunt patant, solum intuentur, opera eorum magnifica videantur tamen coram oculis meis, qui corda ipsa intueor, & pravam intentionem considero, pro nihilo reputantur: sunt enim opera futilia, fallacia & deceptione plena. Auctor thesauri novi (quisquis ille est) comparat horum opera arboribus, quæ circa mare mortuum ultra nascuntur, quæ quidem, cum maximam viriditatem & apparentiam habeant, & poma pulcherrima ex se producant, tamen si diuidantur, & de eis fiat experientia, plene vermibus, & intus putridæ reperiuntur. Talia sunt hypocritarum opera, ieiunia, orationes, elemosinæ, hospitalitates, & alia (si quæ habent) misericordiarum opera, videntur quidem exterius pulcherrima, & omnium oculos ad se conuertunt, ab omnibus magnificuntur, & nullus ea non laudat: tamen si eorum periculum facias, non aliud, nisi putredinem & vermes reperies. Quid aliud hypocritam ipsum, nisi pulcherrimam arborem, iuxta mortificationis mare plantatam, plenam suavissimis meritorum fructibus, prima facie iudicabis: at quidem longè aiter res se habet, quia eorum opera

*03. 110*

*03. 112*

*Abulen.*

*Autor thesauri novi.*

*Poma, quæ circa mare mortuum nascuntur.*

Osea. 10.

Synagoga  
vitis frons  
desa.Ezech. 1.  
c. 10.

Prou. 30.

Mutilia sunt omnino hypocrisis, fallacia, & deceptione plena. Non abhorret ad hoc proposito, quod de Israele dicitur per Oseam. c. 10. (laborabat enim hic populus pro magna parte, hac hypocrisis peste.) Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Appellatur vitis frons illa, quæ bonos ac perpulchros palmites habet, folijsq; ac pampinijs siluescit, tamen intus est vacua, & nullis fructibus constans. Talis erat Israel. Optimam quidem apparentiam foris habebat, & folijs ceremoniarum abudabat, tamen veræ virtutis fructa carebat. Quis namque Pharisæorum verba, publicas eorum orationes, elemosinas in medio platearum factis spectaret, qui non crederet, maximum in his meritorum contineri fructum: tamen ex his omnibus fructum nullum percipiebant, quia non ad Dei gloriam, sed ad auram popularem & humanam laudem captandam, omnia hæc ordinabant: quare fructus adæquatus datus est eis, id est, nullus fructus, fructus inquam qui tali deberetur viti. Huiusmodi enim vites in palmites luxuriantes, aut raram, aut nullum fructum proferunt. Chaldeus vertit loco illius frondosa, vitis vastata siue spoliata. Nam huiusmodi hypocritæ, si quem aliquando honorum operum fructum producant, diabolo solum deseruit, non Deo, qui quidquid boni meriti erat futurum, furatur & prorripit. Quis debeat esse nostra iustitia, & quod non solum in nitore exterarum rerum, sed potius in interiori cordis affectu consistat, sancta illa Ezechielis animalia, de quibus. c. 1. & c. 10. agit, manifestè indicant. Dicitur enim de illis, quod similitudo eorum erit quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Carbo in se sunt succensi, lampas alijs succenditur. Prius vnusquisque debet in se per ignis charitatem ardere, & deinde alijs per bonum exemplum lucere, iuxta illud Saluatoris: Sic luceat lux vestra, &c. De femina illa sancta, de qua Prouer. 30. agitur, dicitur inter alia. Quæsiuit linum & lanam, & operata est consilio manuum suarum, Ex lino fit subula,

lana, siue vestis interior, ex lana pallium, siue exterior vestis. Ecce animæ ornatum & decorem, debet enim interius ornari iustitia, & sanctitate, exterius verò, per opera studiosa coram alijs exhibita.

Tu autem cum iunaris, surge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Loquitur secundum Palestinorum morem, quibus consuetudo erat frequens (vt D. Hieronymus & Abulensis adnotarunt) vngendi capita, & ornandi se diebus festiuis, in lætitiæ signum: vt ergo hypocritarum tristitiam & effictam sanctitatem fugiamus, præcipit, vt potius ieiunij tempore, hilaritatis & gaudij indicia demus, tantum aberit, vt ex ieiunij tristitia gloriam aliquam mundanâ captemus. Si enim ex nostris ieiunijs, & alijs bonis operibus, mercedem aliquam venari cupimus, illi soli studeamus placere, à quo mercedem ipsam licet expectare: sicut illi (inquit Chrysostomus, qui Olympico agone decertabat, qui tanto populo confidente, tantisque principibus, vni dumtaxat placere festinabant, victoriam scilicet eorum bruijs splendētibus honorati: ita & electi Dei, nō turbæ hominū spectantiū fallaci sūdere debent, sed soli Deo, quoniam solus ipse est iustus iudex, qui reddet unicuique iuxta opera sua, quique potest bruiuo æternæ gloriæ suos athletas honorare. Gloria namq; nostrorū operum soli Deo deberur, cuius fauore & expensis fiūt. quare nō est, cur homo qui Dei est institumētū, propriā in eis querat gloriā. In omni opere bono duo reperitūtur, alterū meritū, alter i gloria seu honor: priamū exhibet Deus homini bono operanti, secundū si iū meruit. Quare per Esai. dicit. Gloriā meā alteri nō habeo. Cui sententiæ adisipulan tur Angeli, qui nascente Domino, publicè concinebāt. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus. Quare, qui Dei gloriā vsurpat, meretur quidē, quod & gloriā & meritū pariter deperdat. Dicitur mihi obieci, q; si architectus domum regī, vel forte templum aliquod

D. Hier.  
Abulens.Chrysost.  
hom. 20.  
in Mat.Glorianof  
trorū ope  
rum, soli  
Deo debe  
tur.Esai. 43.  
In. 2.  
simile.

ædificans, postquam iam ædificium consummatum est, suis stematibus & insignijs, non Regis, insigniret: non nē hic stultus, valdequē superbus, iure optimo esset iudicandus? planē quidem, quia licet in eo opere cōstruendo insudauerit, tamē non suis, sed regijs expensis ædificatum est, quapropter, non sua sed regia insignia debet apponere. Ex hoc simili manifestē probari potest, quanta sit hypocrite stultitia, quanta eius superbia & arrogantia, qui ex operibus virtutum, quas tanquam Dei minister & instrumentum exercet, suam propriam gloriam, non Dei quærit. Cum scriptum sit, Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Frustra enim quis ædificium virtutum erigere conatur, nisi ipse Dominus manum operi admoneat, ille enim est, cuius ope & expensis, cœleste ædificium fabricatur, & in quo omnis ædificatio constructa crescit, & si ne eius fauore & gratia, omnes nostri conatus erunt inuiles: quapropter virtutum ædificium, ad eius gloriam, non nostram, est erigendum. Refer enim Plutarchus de Frine meretrice, quod cum Alexander Magnus obsidisset ciuitatem Thebarum, & muros eius subuertisset, corā senatu apparuit, & promissit, proprijs expēsis eosdem muros iam dirutos reparaturum, ea cōditione, quod in parietibus & portarum fastigio arma sua ponerentur. Et cum in senatu causa versaretur, conditio sibi dura visa est. Et inquit Plutarchus, quasi cupiditatem glorię, in muliere admirans. Tanta cupido famę, in tam infami femina. Hoc insum certē in hypocrita admirari debemus. Tanta cupido glorię in obscuro & vili homine. Libenter enim se offert ad virtutum opera præstanda, ieiunat, orat, elemosinas largitur, missas deuotē audit, & prædicationi verbi Dei assistit, tamen in his omnibus, glorię suę arma spectari cupit, quod Deus nō patitur, neq; permittit cœlum: soli enim Deo, nostrarum operationū gloria deferenda est, cuius auxilio præstantur, & á cuius gratia, quidquid meriti aut valoris habent, accipiunt. Sic

Hypocritę  
suam, non  
Dei glori-  
am quæ-  
rit.  
Psal. 126

Frine me-  
retrix.

Plutarch.

Mat. 5.

luceat

lucent lux vestra coram hominibus (inquit Christus redemptor noster) vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Non prohibet Dominus, quod opera nostra nō videantur, aut quod per bonum exemplum fori, non splendeamus, sed præcipit, quod ex his, non nostram, sed Dei quæramus gloriam. In bello quidem, dū cōtra inimicos debellatur, victoria, non singulis militibus, sed duci & regi ascribitur, sub cuius ducatu aut vexillo decertatur. Vnde est, quod Iudic. 7. memorię est proditum. Dicitur enim ibi, quod Gedeon cum tercentis militibus exercitum Madian sunt aggressi, arma vero, quibus eos ad certamen præmu- niuit, fuerunt tubę, quas manibus gestare iussit, & lagenas vacuas, lampades seu faces accensas intus habentes, quas lagenas in primo belli cōgressu fregerunt, apparētibus luminibus, & sic de inimicis victoriā cōsequuti sunt. Sed in medio victorię & occisionis, vna omnium vox audiebatur. Gletus Domini & Gedeonis, gladius Domini & Gedeonis. Hac historia, vltimum vole demus nostrę concioni, vt finem cum principio coniungamus. Inuitamur hodiē ad præliū & ad arma, contra salutis nostrę hostes, præcipuē autem contra carnem, quę tantō periculosior est, quantō minus hostis esse creditur: fiducia victorię, non in nostris viribus, sed in Dei fauore & auxilio collocanda est. Non enim in arcu meo sperabo, aiebat Psaltes, & gladius meus, non saluabit me, sed dextera tua & brachium tuum. Corporum nostrorum lagenas, per penitentiam & mortificationem confringamus, vt lux boni exempli coram omnibus splendeat, & videntes opera nostra bona, glorificent patrē nostrum, qui in cœlis est. Et tunc quidem, cum victoria nobis cœlitus fuerit concessa, non gladium nostrum, sed gladium Dei & ducis nostri Christi conclamemus, ipsi soli gloriam tribuendo. Quo fiet, vt debitam operum nostrorū mercedem, hic accipiamus per gratiā, & in futurum per gloriam.

Iudic. 7.  
Figur.

Psal. 43.

E 5

FE

# FERIA SEXTA post cineres.

## CONCIO.

*Diligite inimicos vestros, & benefacite his  
qui oderunt vos.*

Matthæi. 6.

**A N T A** est amoris dignitas & excellentia, quod nullus, nisi diuino, supercœlestiq; lumine fuerit illustratus, de eius materia & facultate, dignè & congruè, prout decet, disputare poterit. Quapropter diuinus Plato in suo comuiuiio, vbi elegantissimè & penè diuinitus de



amore disputat, & Socratem magistrum suum amoris leges conferentem introducit: primò fatetur, à Diotima fatidica scœmina eas' ascepisse, quasi significans, solum cœlestibus & diuinis hominibus datum esse, de amoris facultate pollè rectè loqui, hoc posito fundamento, diuino inuocato numine, ad amoris perfectissimi disputationem, quæ in diligendo inimico consistit, accedamus. Et primo sciamus, quod multi Philosophorù, pulchritudinem & perfectionem, nò solum vnici, si, verum & omnium rerum singulariter, in amore collocauerunt: assertes, amore & còcordia omnia perpetuari & crescere, discordia verò, & discidijs interire, & dilabi. Quare cecinit antiquissimus Orpheus. Habet enim amor, clauis omnium rerum. Namq; elementa, etiamsi naturali inimicitia inter se dissideant, tamen ad omnium mixtorum productionem, amore inter se coniunguntur. Salus, in amore & concordia quatuor humorum, qui alias inter se con-

trariantur, consistit: & tandem musica consonantia, ex diuersarum vocum pace & conformitate resultat. Veritatem hanc multis in rebus natura ipsa nobis significare voluit. Sed alijs prætermittis, solum lapidem Tyrium referamus, cuius ea proprietas & natura esse dicitur, quòd integer, adnatet super aquas, inque ab eis potest deuinci, at diuisus in partes, quasi victus fertur ad ima. Quantè obsecro, extiterunt ciuitates, quanta opulentissima regna, quæ tempore pacis floruerunt, summaque prosperitate sunt gmissa: at cum ciuilibus bellis, discidijs, & dissensionibus dedere locum, funditus sunt euerfa, & ab illa sua antiqua prosperitate cecidere? Hoc inuit filijs suis egregio quodà facto Scilurus Scitha (referente Erasmo in suis apotegeyibus.) Is enim cum octoginta filios haberet, mortij iam propinquus, fasticulum iaculorum rumpendum singulis porrexit, quod cum iussi recussissent, eo quòd videretur eis impossibile, tot iacula simul rumpere, tunc ipse singulas sagittas exemit, atque ita confregit omnes, filiosque suos his verbis hortatus est. Si concordēs fueritis & vnanimēs, validi, inuictique permanebitis, at còtra, si discidijs & seditionibus separamini, imbeciles eritis, & facillè superabimini. Còcordia quidè animorum, ab antiquis appellata est insuperabilis, & hinc ortù habuit Gerionis fabula, quòd esset monstrum triforme & insuperabile, hoc enim falsum est & inane: sed veritas huius fictionis in hoc fundata est, quòd regnauerunt in Hispania tres fratres, Geriones dicti, qui tanta animorù concordia inter se coniugèbatur, vt vno animo & voluntate omnes regi viderètur, quare inuicti & insuperabiles extiterunt. Hoc idè significauit nobis Pitagoras, etiamsi sub numerorù velamine, quod mos eius est. Inquit enim, quòd vnitas est omnium rerum vita & perpetuitas, & dualitas earundè destructio, & interitus. Neq; ab hoc proposito abhorret id, quòd Philo Iudæus, circa Genes. adnotauit. Aduertit enim, qd Deus statim ac creauit lucè, eà approbavit. Vidit enim Deus lucè, quòd esset

Lapis Tyrius

Scilurus Scitha  
Erasmus lib. 9.

animorum concordia

Iustinus histori. lib. vlt.

Hesiodus in Theogonia.

Pitag.

Vnitas perfectio omnium rerum.

Dignitas, & excellentia

Plato.

Rerum perfectio in amore eò fitur. Orpheus.

esset bona. Secunda die creauit firmamentum, cœlum scilicet cœlum, tot sideribus ornatum, tot laboribus depictum, opus quidem mirabile oculis intuentium, & manibus tanti creatoris dignum: & tamen illud non approbavit, nihil de bonitate illius egit. Deinde tertia die, creauit terram virgultis ornata, plantis & arboribus plenam, quam etiam statim approbavit, & bonam esse censuit. Inquit rationem Philo, quare cum Deus lucem approbauerit, quæ prima die creata fuit, terram etiã, quæ tertia die fuit producta, firmamentum, quod secunda die formauit, non approbauerit? Nunquid aliquid mysterij in hoc latere est existimandum? Est quidem, inquit ille: nam non casu hoc accidisse credendum est. Si enim cœlum non approbavit, non quia opus illud bonum non esset, cum summo sit artificio & ingenio elaboratum, sed quia secunda die creatum est: fuit enim secundæ diei opus, in qua primò veritas confecta est & discisa. Binaris enim numerus primus est, qui frangit unitatem, in qua tota rerum perfectio consistit: quare iure optimo numerus hic dissensionis & discordiæ seminator appellari potest, & quia cœlum hac secunda die creatum est, idcirco illud non approbat: tantum Deus inimicitiam & dissensionem execratur.

Hoc supposito fundamento, quod pulchritudo omnium rerum, earumque perfectio, fortitudo, & stabilitas, in concordia & animorum unitate consistit, sciendum, quod Christus redemptor noster, ad hoc, inter alia, venit in mundum, ut Ecclesiam, tum perfectam & pulchram, tum etiam stabilem & firmissimam fundaret, aduersus quam inferni portæ, & omnium demonum potestas, preualere non posset: quamobrem, in concordia & unitate animorum eam fundauit. Nequè solum amicorum dilectione (qualis in synagoga fuit) est contentus, sed ultra hoc, addit etiam inimicorum amicitiam, & malefactorum beneficentiã, ut tantò esset præstantior, tantò fortior, & superaditu difficilior, quanto arctiori charitatis

vine

& amoris vinculo stabilita & fundata.

Audistis inquit, quia dictum est antiquè, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: & ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros &c. Ecce quod prædictum fuerat per Oseam Prophetam adimpletum cernis. In funiculis Adam traham eos, & in vinculis charitatis. Trahebat Deus Synagogam antiquitus per legem, tamen in funiculis timoris, quia lex illa, lex timoris erat, terribilis, & formidanda: at nunc trahit Ecclesiam in funiculis Adam, & in vinculis charitatis. Sed quinam sunt funiculi isti Adam, quibus trahendi sumus? Certè non alij nisi amor, nam & Hebræi habent, In funiculis hominum: & nuius funiculus, ad comprehendendum hominem, aprior amore potest inueniri, namquè generosum hominis cor, non nisi amore comprehenditur & aligatur. Hoc funiculo comprehensus fuit Adamus primus noster parens, qui amore coniugis (ut Ang. inquit) diuinum mandatum est transgressus. Quare idem est dicere, quod funiculis Adam, & quod amore trahendi sumus. Ezech. 10. adumbratum fuit hoc, mirificisque coloribus depictum, vbi dicitur, quod ille qui presidebat in curru quatuor rotarum in throno saphiri no per quem Deum Patrem intelligunt expositores, dixit ad eum, qui indutus erat lineis, per quem Christum intellige, Verbum scilicet diuinum, stolla nostræ humanitatis indutum. Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubin, & imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubin, & effunde super ciuitatem. Ipse vero ingressus, & currum ascendens prunas ardentis super ciuitatem effudit, quibus tota accensa est & combusta. Vir iste, ut diximus, Christus seruatur noster est, qui super Euangelium suum ascendens (quod triumphalis currus non immerito appellari potest, cum ex eo tot victorias & magnificos triumphos de mundo & diabolo fuerit consequutus) prunas ardentis charitatis super totam Ecclesiam effudit, ut omnes hoc cœlesti igne inflamma-

inflammata

Philo.

Cœlum quare Deus non approbauerit.

Binaris numerus dissensionem significat.

Ecclesia in unitate amoris fundata.

Osea. 11.

Lex euangelica, lex amoris.

Aug. 13. de Ciuit. Ezech. 10.

Christus ex euangelio ignem charitatis misit in terram.



inflammati, se se diligenter & prosequerentur charitate  
iuxta illud, quod per Lucam confessus est: Ignem  
veni mittere terram, & quid volo, nisi ut accenda-  
tur? Erat enim terra tepida, nullum in se charitatis fer-  
uorem habens: dilectionis ignis tam remissus erat, quod  
solum ad amicos & benefactores se extenderet. Qua-  
propter, cupiens totam terram divina hac ignis flamma  
conflagrari, & tam amicos quam inimicos comprehen-  
dere, legem illam veterem reformans, inquit. Ego au-  
tem dico vobis, diligite inimicos vestros.

*Luc. 12.*

*Ad He-  
br. 12.  
licet  
sine in-  
munitate  
Eug. de  
sermone  
domini  
in monte.  
Euseb.  
Alvert.*

*Paulus  
Fagius.*

*Error scri-  
barum in  
pugnatur.  
Exo. 23.*

*Auditis, quia dictum est antiquis.* Hic sistamus gradum  
& parum percommoremur. Vbi in tota Scriptura facia  
continetur, quod inimicus odio sit habendus? D. Aug.  
asserit, fuisse permissionem. Vox inquit, est, non præci-  
pientis iusto, sed permittentis infirmo. Eusebius Emi-  
tenus dixit fuisse præceptum, verum non de præceptis in  
lege contentis intelligendum censeo, sed alijs præceptis à  
scribis & legis doctoribus introductis. Nam (ut habet Al-  
bert. Mag. super Mat.) in suis traditionibus hoc possue-  
runt esse diuinum præceptum. Dicebant enim, Rabi Ioseph,  
& Rabi Ioanna, & alij scribæ, quod Deus dedit de præ-  
ceptis legem, vnam scriptam in lapidibus, & alteram in cordibus  
sapientum, & quod odium inimici in cordibus sapientum  
scriptum erat. Quare Ben Syra, qui à Iudæis nepos Hierem-  
iæ fuisse creditur, in sententijs moralibus, quas nobis  
Paulus Fagius in lucæ emisit sent. 73. sic habet. Qui ho-  
norat inimicum suum, similis est asino. Cuius sententiæ ex-  
emplum habet Cōmentarius sequens, de Acab, qui Benadab  
impiū Regē occisurus erat, si Prophetæ monitis paruif-  
set, ei tamen pepercit, eumque in amicitiam recepit. Propo-  
nit etiam factum Saul, qui Agag regi pepercit, propter  
quod à Deo abiectus est, se de quæ d. positus. Verum hæc  
somnia sunt Hæbræorum, & ficta eorum commenta,  
quia non solum non præcipitur in lege, inimicum odio  
habere, sed omnino contrarium ex sacra scriptura col-  
ligitur. Nam exodi. 23. Si occurreris boui inimici tui,

*aut*

aut asino erranti, reduc eum. Si videris asinum odien-  
tis te iacere sub onere, non pertransibis, sed suble-  
uabis eum. Quod & legisse, & transcripisse videtur  
Phocylides antiquissimus poeta, in Noutheticis, sic  
habens.

*Phocyl-  
des.*

*Si inimici tui iumentum cecidit in via, collent,  
Errantemque hominem, mari ve voluntatem, ve tenuites,  
Prostat pro hoste amicum nauicisci beneuolam.*

Clemens etiā Alex. lib. 2. Stromatū inquit. Lex aperta  
dicit. Non abominaberis Aegyptium, quoniam aduena  
fuisi in terra Aegypti, vel Gentilem, vel quemuis etiam  
mundanum vocans Aegyptium. Et hostes etiam, si mu-  
ris immineant, conantes urbem capere, non prius vult,  
hostes existimari, quam missis ad eos legatis, ad pacem  
prouocauerint. Idem argumentum prosequitur Philo  
dilectissimus, libro de charitate, ubi inquit. Et ut vi-  
deas extremam æquitatis lineam, vult aboleri memo-  
rium iniuriarum illatarum à veteribus hospitibus: ut ma-  
gis nomen ad charitatem faciens, valeat, quam respe-  
ctus malæ tractationis. Quod cum ita sit, quomodo fini-  
gunt scribæ, aliam legem huic contrariam, in cordibus  
sapientum à Deo accepit? Præsertim cum lex ipsa pro-  
clamat, Diliges proximum tuum: at qui sub nomine  
proximi, omnis homo, siue amicus, siue inimicus, com-  
prehenditur, iuxta Diuorum Hieronymi, Aug. & Theo-  
phylacti sententiam. Omnis quippe homo proximus ap-  
pellandus est, eo quod ex eodem parente nati sumus, &  
quia ad imaginem & similitudinem Dei creati: & tan-  
dem quia a te eandem hereditatem cœlestem, id est, su-  
premam beatitudinem vocati. Cum ergo tot extant rati-  
ones ad inimicum diligendum, manifestè constat, nul-  
lam habuisse antiquos scribas, ad illum ab obligatione  
huius præcepti secludendum.

*Clemens  
Alex.*

*Philo*

Ex quo manifestè constat, quam magnum malum sit,  
eos, qui passione exæcantur, vel aliquid humanum pa-  
tiantur, ea quæ ad legis interpretationem, & Sacre

*scrip-*

*In torpore  
scriptura  
sua de-  
bet esse a  
pulsus  
liber.  
Simile.  
Simile.  
Voluntas  
male incli-  
nata, in-  
terdum sa-  
lute etiam  
ad errorem  
trahit.  
Simile.*

Scripturę intelligentiam spectant, tractare. Non sicut primum mouile velocissimo suo cursu, omnes alios orbes, etiam reluctantes, & contra propriam inclinatione, ab oriente in occidentem secum trahit: sic voluntas, cui imperium summum tribuitur, quando in aliquam partem inclinatur, secum multoties intellectum rapit, & verum eius iudicium peruertit. Certę sicut frequenter accidit, vt noxius humor, qui stomachum vexat, facile caput (propter coniunctissimam horum membrorum vicinitatem atque responsum) inuadat; ita cum intellectus & voluntas, arctissimo naturalis amicitie vinculo copulatur, in procliu est, vt cum voluntas alicuius desiderio & cupiditate flagrat, intellectum, non modo ad consentendum, sed etiam ad approbandum quod cupit, inducat. Est enim intellectus noster sicut iurisperitus, qui pecunia corruptus & donis, legem iuxta consulentis votum conatur interpretari. Isti legis scribę crudeles erāt, irę & vindictę audaci, & ad sanguinem effundendum procliu, quare facillē potuerunt in hunc errorem prohi. Contigit enim illis, quod alicui literas in antiquo lapide aut ære sculptas legenti: cum enim diuturnitate temporis, literę penē deletę sint & deformatę, plene puluere & musco, magna cum difficultate leguntur. Quapropter aliquas illarum legit, alias verō, omnino legere non potest. Lex quidē hęc diligendi proximum, non solum in tabulis illis Mosaicis, verum in tabulis cordis nostri, naturaliter insculpta est, nam gentes, quę legem non habent, naturaliter eam obseruauerunt, vt multis Gentilium exemplis facilliter comprobari posset. At corda horum Scribarum & phariseorum, saxi ipsis duriora, tanta affectionum sarruginę, irę & vindictę desiderio, quasi luto & puluere scatebant, quod licet dilectionem amici referrent, non tamen inimici. Legebatur quidem præceptum dilectionis, quantum ad amicum attinet, sed quantum ad inimicum spectat, omnino legere nesciebant. Genes. 26. memorię proditum est, quod Abraham vita

functo

filii patris sui desideria implere voluit. Quamobrem puteos quos fecerat, & Palestini, inuidia & iuore obstruxerant, mundare & aperire iussit, & super hac re, inter pastores Isaac & pastores Palestinarum, quotidie iurgia & dissensiones oriebantur, alius percuciebatur funda alius baculo, alius verō pugno. Quod quidem, iuxta Originem nihil aliud adumbrabat, nisi bella, & contentiones, quę inter verum Isaac, & Christum leuato rem nostrum, & Hebręorum pastores, Phariseos scilicet, circa puteos scripturę sacrę, quos malitiosę obstruxerant, erant futurę. Accedit Christus in hoc capite ad matrimonij puteum, quem obstruxerant, veram intelligentię quam perturbando, dicentes, quod ex quacumque leui causa licebat vxores dimittere, & puteum hunc, ceno affectionis plenum, aperit, dicens: Videte, quod puteum hęc obstrctum habeatis, non enim quacumque ex causa, nisi propter fornicationem, licet vxorem dimittere, quia, quos Deus coniunxit, homo separare non potest. Deinde ad puteum iuramentorum accedit. Dicebant enim Pharisei, zelo avaritię ducti, quod licebat iurare per templum, non autem per ea, quę in templo offerebantur, quibus obuiam factus Christus, videte. inquit, quod puteum istum dissipatis. Propter quod vnumquodque tale & illud magis, victimę sunt sacrę, quia in templo offeruntur, ergo magis sanctum est templum, quare, neque per templum, neque per Hierosolimam, neque per cælum, neque per terram iurare licet, siue necessitate & causa. Tandem ad puteum dilectionis accedens, vidit omnino destructum & dissipatum esse, & plenum terrarum affectionum ceno, nam docebant Pharisei, solum amicum diligendum esse, inimicum verō odio prosequendum, illi benefaciendum esse, huic verō, nullum beneficium conferendum: quare puteum hunc purificans & mundans, inquit. Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges

*Orige. ho-  
ni. 23. in  
Genesim.  
Christus  
veram iu-  
ra scriptu-  
ra int el-  
ligentiam  
docuit.*

F

proxi-

Gen. 26.

proximum tuum & odio habebis inimicum tuum, ego autem dico vobis, &c.

*Dei praceptum, quæ vim habet.* Ego autem dico vobis. Non vulgarem emphasim habet illud ego, quin potius vim maximam ad permouendum Christianum pectus. Ego qui verus Deus sum verusque Ecclesiæ legislator vester creator & dominus, qui omnia ex nihilo fabricaui. Ego qui cælis desuper, & terris deorsum legem posui, cui mare & elementa omnia, etiam cõtra proprias inclinationes, ad nutum obediunt, cedunt namque iuri suo, vt verbo & præcepto meo cedant. Quis dubitat cælum inclinationem naturalem, ad circularem motum habere, ex quo prouenit, quod in orbem semper agitur. *anda siempre como vn ligerissimo torno, que nos va hilando la vida*: tamen audita Iosue voce quam nomine Dei protulit, dicens. Sol, ne mouearis contra Gabaon, stetit illico, ac si in medio cursu rotam ei impedissent. *Detruose como si le huieran calçado la rueda*. Terra in se ipsa compressa est, & aded condensata, quod agricola ad procindendam eam, ligone & aratro indigeat, quam non sine sudore vultus, & improbo labore fodit: tamen, voluntate domini perfecta & voce eius audita, magno hyatu patet, & seipsam dirumpit, vt familias illas rebelles Datan & Abiron absorberet, sicut in Numeris legitur. Mare licet in decupla proportione terram excedat, quare, si reliqueretur suæ naturæ, forsitan illam inundaret & cooperiret: tamen audita Dei voce: vsque huc peruenies, & non procedes amplius sed hic confringes fluctus tuos, etiam si fluctibus suis cælum aliquando minari videatur: cum primis terram attingit, & terminum diuinitus sibi positum intuetur, tanquam creatura obediens suo creatori vim ponit & fluctus suos confringit, nec audet ultra terminos sibi constitutos, breui interualo progredi. Petra ferro percussa, naturaliter ignem, & scintillas profert: at petra virga Moisi percussa, non ignem, sed clarissimam aquam ad præceptum Domini protu

*Dei praceptum, quæ vim habet.* Ego autem dico vobis. Non vulgarem emphasim habet illud ego, quin potius vim maximam ad permouendum Christianum pectus. Ego qui verus Deus sum verusque Ecclesiæ legislator vester creator & dominus, qui omnia ex nihilo fabricaui. Ego qui cælis desuper, & terris deorsum legem posui, cui mare & elementa omnia, etiam cõtra proprias inclinationes, ad nutum obediunt, cedunt namque iuri suo, vt verbo & præcepto meo cedant. Quis dubitat cælum inclinationem naturalem, ad circularem motum habere, ex quo prouenit, quod in orbem semper agitur. *anda siempre como vn ligerissimo torno, que nos va hilando la vida*: tamen audita Iosue voce quam nomine Dei protulit, dicens. Sol, ne mouearis contra Gabaon, stetit illico, ac si in medio cursu rotam ei impedissent. *Detruose como si le huieran calçado la rueda*. Terra in se ipsa compressa est, & aded condensata, quod agricola ad procindendam eam, ligone & aratro indigeat, quam non sine sudore vultus, & improbo labore fodit: tamen, voluntate domini perfecta & voce eius audita, magno hyatu patet, & seipsam dirumpit, vt familias illas rebelles Datan & Abiron absorberet, sicut in Numeris legitur. Mare licet in decupla proportione terram excedat, quare, si reliqueretur suæ naturæ, forsitan illam inundaret & cooperiret: tamen audita Dei voce: vsque huc peruenies, & non procedes amplius sed hic confringes fluctus tuos, etiam si fluctibus suis cælum aliquando minari videatur: cum primis terram attingit, & terminum diuinitus sibi positum intuetur, tanquam creatura obediens suo creatori vim ponit & fluctus suos confringit, nec audet ultra terminos sibi constitutos, breui interualo progredi. Petra ferro percussa, naturaliter ignem, & scintillas profert: at petra virga Moisi percussa, non ignem, sed clarissimam aquam ad præceptum Domini protu

*Dei praceptum, quæ vim habet.* Ego autem dico vobis. Non vulgarem emphasim habet illud ego, quin potius vim maximam ad permouendum Christianum pectus. Ego qui verus Deus sum verusque Ecclesiæ legislator vester creator & dominus, qui omnia ex nihilo fabricaui. Ego qui cælis desuper, & terris deorsum legem posui, cui mare & elementa omnia, etiam cõtra proprias inclinationes, ad nutum obediunt, cedunt namque iuri suo, vt verbo & præcepto meo cedant. Quis dubitat cælum inclinationem naturalem, ad circularem motum habere, ex quo prouenit, quod in orbem semper agitur. *anda siempre como vn ligerissimo torno, que nos va hilando la vida*: tamen audita Iosue voce quam nomine Dei protulit, dicens. Sol, ne mouearis contra Gabaon, stetit illico, ac si in medio cursu rotam ei impedissent. *Detruose como si le huieran calçado la rueda*. Terra in se ipsa compressa est, & aded condensata, quod agricola ad procindendam eam, ligone & aratro indigeat, quam non sine sudore vultus, & improbo labore fodit: tamen, voluntate domini perfecta & voce eius audita, magno hyatu patet, & seipsam dirumpit, vt familias illas rebelles Datan & Abiron absorberet, sicut in Numeris legitur. Mare licet in decupla proportione terram excedat, quare, si reliqueretur suæ naturæ, forsitan illam inundaret & cooperiret: tamen audita Dei voce: vsque huc peruenies, & non procedes amplius sed hic confringes fluctus tuos, etiam si fluctibus suis cælum aliquando minari videatur: cum primis terram attingit, & terminum diuinitus sibi positum intuetur, tanquam creatura obediens suo creatori vim ponit & fluctus suos confringit, nec audet ultra terminos sibi constitutos, breui interualo progredi. Petra ferro percussa, naturaliter ignem, & scintillas profert: at petra virga Moisi percussa, non ignem, sed clarissimam aquam ad præceptum Domini protu

*Dei praceptum, quæ vim habet.* Ego autem dico vobis. Non vulgarem emphasim habet illud ego, quin potius vim maximam ad permouendum Christianum pectus. Ego qui verus Deus sum verusque Ecclesiæ legislator vester creator & dominus, qui omnia ex nihilo fabricaui. Ego qui cælis desuper, & terris deorsum legem posui, cui mare & elementa omnia, etiam cõtra proprias inclinationes, ad nutum obediunt, cedunt namque iuri suo, vt verbo & præcepto meo cedant. Quis dubitat cælum inclinationem naturalem, ad circularem motum habere, ex quo prouenit, quod in orbem semper agitur. *anda siempre como vn ligerissimo torno, que nos va hilando la vida*: tamen audita Iosue voce quam nomine Dei protulit, dicens. Sol, ne mouearis contra Gabaon, stetit illico, ac si in medio cursu rotam ei impedissent. *Detruose como si le huieran calçado la rueda*. Terra in se ipsa compressa est, & aded condensata, quod agricola ad procindendam eam, ligone & aratro indigeat, quam non sine sudore vultus, & improbo labore fodit: tamen, voluntate domini perfecta & voce eius audita, magno hyatu patet, & seipsam dirumpit, vt familias illas rebelles Datan & Abiron absorberet, sicut in Numeris legitur. Mare licet in decupla proportione terram excedat, quare, si reliqueretur suæ naturæ, forsitan illam inundaret & cooperiret: tamen audita Dei voce: vsque huc peruenies, & non procedes amplius sed hic confringes fluctus tuos, etiam si fluctibus suis cælum aliquando minari videatur: cum primis terram attingit, & terminum diuinitus sibi positum intuetur, tanquam creatura obediens suo creatori vim ponit & fluctus suos confringit, nec audet ultra terminos sibi constitutos, breui interualo progredi. Petra ferro percussa, naturaliter ignem, & scintillas profert: at petra virga Moisi percussa, non ignem, sed clarissimam aquam ad præceptum Domini protu

*Dei praceptum, quæ vim habet.* Ego autem dico vobis. Non vulgarem emphasim habet illud ego, quin potius vim maximam ad permouendum Christianum pectus. Ego qui verus Deus sum verusque Ecclesiæ legislator vester creator & dominus, qui omnia ex nihilo fabricaui. Ego qui cælis desuper, & terris deorsum legem posui, cui mare & elementa omnia, etiam cõtra proprias inclinationes, ad nutum obediunt, cedunt namque iuri suo, vt verbo & præcepto meo cedant. Quis dubitat cælum inclinationem naturalem, ad circularem motum habere, ex quo prouenit, quod in orbem semper agitur. *anda siempre como vn ligerissimo torno, que nos va hilando la vida*: tamen audita Iosue voce quam nomine Dei protulit, dicens. Sol, ne mouearis contra Gabaon, stetit illico, ac si in medio cursu rotam ei impedissent. *Detruose como si le huieran calçado la rueda*. Terra in se ipsa compressa est, & aded condensata, quod agricola ad procindendam eam, ligone & aratro indigeat, quam non sine sudore vultus, & improbo labore fodit: tamen, voluntate domini perfecta & voce eius audita, magno hyatu patet, & seipsam dirumpit, vt familias illas rebelles Datan & Abiron absorberet, sicut in Numeris legitur. Mare licet in decupla proportione terram excedat, quare, si reliqueretur suæ naturæ, forsitan illam inundaret & cooperiret: tamen audita Dei voce: vsque huc peruenies, & non procedes amplius sed hic confringes fluctus tuos, etiam si fluctibus suis cælum aliquando minari videatur: cum primis terram attingit, & terminum diuinitus sibi positum intuetur, tanquam creatura obediens suo creatori vim ponit & fluctus suos confringit, nec audet ultra terminos sibi constitutos, breui interualo progredi. Petra ferro percussa, naturaliter ignem, & scintillas profert: at petra virga Moisi percussa, non ignem, sed clarissimam aquam ad præceptum Domini protu

*Dei praceptum, quæ vim habet.* Ego autem dico vobis. Non vulgarem emphasim habet illud ego, quin potius vim maximam ad permouendum Christianum pectus. Ego qui verus Deus sum verusque Ecclesiæ legislator vester creator & dominus, qui omnia ex nihilo fabricaui. Ego qui cælis desuper, & terris deorsum legem posui, cui mare & elementa omnia, etiam cõtra proprias inclinationes, ad nutum obediunt, cedunt namque iuri suo, vt verbo & præcepto meo cedant. Quis dubitat cælum inclinationem naturalem, ad circularem motum habere, ex quo prouenit, quod in orbem semper agitur. *anda siempre como vn ligerissimo torno, que nos va hilando la vida*: tamen audita Iosue voce quam nomine Dei protulit, dicens. Sol, ne mouearis contra Gabaon, stetit illico, ac si in medio cursu rotam ei impedissent. *Detruose como si le huieran calçado la rueda*. Terra in se ipsa compressa est, & aded condensata, quod agricola ad procindendam eam, ligone & aratro indigeat, quam non sine sudore vultus, & improbo labore fodit: tamen, voluntate domini perfecta & voce eius audita, magno hyatu patet, & seipsam dirumpit, vt familias illas rebelles Datan & Abiron absorberet, sicut in Numeris legitur. Mare licet in decupla proportione terram excedat, quare, si reliqueretur suæ naturæ, forsitan illam inundaret & cooperiret: tamen audita Dei voce: vsque huc peruenies, & non procedes amplius sed hic confringes fluctus tuos, etiam si fluctibus suis cælum aliquando minari videatur: cum primis terram attingit, & terminum diuinitus sibi positum intuetur, tanquam creatura obediens suo creatori vim ponit & fluctus suos confringit, nec audet ultra terminos sibi constitutos, breui interualo progredi. Petra ferro percussa, naturaliter ignem, & scintillas profert: at petra virga Moisi percussa, non ignem, sed clarissimam aquam ad præceptum Domini protu

*Dei praceptum, quæ vim habet.* Ego autem dico vobis. Non vulgarem emphasim habet illud ego, quin potius vim maximam ad permouendum Christianum pectus. Ego qui verus Deus sum verusque Ecclesiæ legislator vester creator & dominus, qui omnia ex nihilo fabricaui. Ego qui cælis desuper, & terris deorsum legem posui, cui mare & elementa omnia, etiam cõtra proprias inclinationes, ad nutum obediunt, cedunt namque iuri suo, vt verbo & præcepto meo cedant. Quis dubitat cælum inclinationem naturalem, ad circularem motum habere, ex quo prouenit, quod in orbem semper agitur. *anda siempre como vn ligerissimo torno, que nos va hilando la vida*: tamen audita Iosue voce quam nomine Dei protulit, dicens. Sol, ne mouearis contra Gabaon, stetit illico, ac si in medio cursu rotam ei impedissent. *Detruose como si le huieran calçado la rueda*. Terra in se ipsa compressa est, & aded condensata, quod agricola ad procindendam eam, ligone & aratro indigeat, quam non sine sudore vultus, & improbo labore fodit: tamen, voluntate domini perfecta & voce eius audita, magno hyatu patet, & seipsam dirumpit, vt familias illas rebelles Datan & Abiron absorberet, sicut in Numeris legitur. Mare licet in decupla proportione terram excedat, quare, si reliqueretur suæ naturæ, forsitan illam inundaret & cooperiret: tamen audita Dei voce: vsque huc peruenies, & non procedes amplius sed hic confringes fluctus tuos, etiam si fluctibus suis cælum aliquando minari videatur: cum primis terram attingit, & terminum diuinitus sibi positum intuetur, tanquam creatura obediens suo creatori vim ponit & fluctus suos confringit, nec audet ultra terminos sibi constitutos, breui interualo progredi. Petra ferro percussa, naturaliter ignem, & scintillas profert: at petra virga Moisi percussa, non ignem, sed clarissimam aquam ad præceptum Domini protu

*Dei praceptum, quæ vim habet.* Ego autem dico vobis. Non vulgarem emphasim habet illud ego, quin potius vim maximam ad permouendum Christianum pectus. Ego qui verus Deus sum verusque Ecclesiæ legislator vester creator & dominus, qui omnia ex nihilo fabricaui. Ego qui cælis desuper, & terris deorsum legem posui, cui mare & elementa omnia, etiam cõtra proprias inclinationes, ad nutum obediunt, cedunt namque iuri suo, vt verbo & præcepto meo cedant. Quis dubitat cælum inclinationem naturalem, ad circularem motum habere, ex quo prouenit, quod in orbem semper agitur. *anda siempre como vn ligerissimo torno, que nos va hilando la vida*: tamen audita Iosue voce quam nomine Dei protulit, dicens. Sol, ne mouearis contra Gabaon, stetit illico, ac si in medio cursu rotam ei impedissent. *Detruose como si le huieran calçado la rueda*. Terra in se ipsa compressa est, & aded condensata, quod agricola ad procindendam eam, ligone & aratro indigeat, quam non sine sudore vultus, & improbo labore fodit: tamen, voluntate domini perfecta & voce eius audita, magno hyatu patet, & seipsam dirumpit, vt familias illas rebelles Datan & Abiron absorberet, sicut in Numeris legitur. Mare licet in decupla proportione terram excedat, quare, si reliqueretur suæ naturæ, forsitan illam inundaret & cooperiret: tamen audita Dei voce: vsque huc peruenies, & non procedes amplius sed hic confringes fluctus tuos, etiam si fluctibus suis cælum aliquando minari videatur: cum primis terram attingit, & terminum diuinitus sibi positum intuetur, tanquam creatura obediens suo creatori vim ponit & fluctus suos confringit, nec audet ultra terminos sibi constitutos, breui interualo progredi. Petra ferro percussa, naturaliter ignem, & scintillas profert: at petra virga Moisi percussa, non ignem, sed clarissimam aquam ad præceptum Domini protu

*Dei praceptum, quæ vim habet.* Ego autem dico vobis. Non vulgarem emphasim habet illud ego, quin potius vim maximam ad permouendum Christianum pectus. Ego qui verus Deus sum verusque Ecclesiæ legislator vester creator & dominus, qui omnia ex nihilo fabricaui. Ego qui cælis desuper, & terris deorsum legem posui, cui mare & elementa omnia, etiam cõtra proprias inclinationes, ad nutum obediunt, cedunt namque iuri suo, vt verbo & præcepto meo cedant. Quis dubitat cælum inclinationem naturalem, ad circularem motum habere, ex quo prouenit, quod in orbem semper agitur. *anda siempre como vn ligerissimo torno, que nos va hilando la vida*: tamen audita Iosue voce quam nomine Dei protulit, dicens. Sol, ne mouearis contra Gabaon, stetit illico, ac si in medio cursu rotam ei impedissent. *Detruose como si le huieran calçado la rueda*. Terra in se ipsa compressa est, & aded condensata, quod agricola ad procindendam eam, ligone & aratro indigeat, quam non sine sudore vultus, & improbo labore fodit: tamen, voluntate domini perfecta & voce eius audita, magno hyatu patet, & seipsam dirumpit, vt familias illas rebelles Datan & Abiron absorberet, sicut in Numeris legitur. Mare licet in decupla proportione terram excedat, quare, si reliqueretur suæ naturæ, forsitan illam inundaret & cooperiret: tamen audita Dei voce: vsque huc peruenies, & non procedes amplius sed hic confringes fluctus tuos, etiam si fluctibus suis cælum aliquando minari videatur: cum primis terram attingit, & terminum diuinitus sibi positum intuetur, tanquam creatura obediens suo creatori vim ponit & fluctus suos confringit, nec audet ultra terminos sibi constitutos, breui interualo progredi. Petra ferro percussa, naturaliter ignem, & scintillas profert: at petra virga Moisi percussa, non ignem, sed clarissimam aquam ad præceptum Domini protu

protulit, vt populus cunctus siti suæ succurreret. Itaque, tanta est diuini verbi efficacia, tanta diuini præcepti vis, quod omnes creaturæ etiam reluctantes & contra naturales suas inclinationes, ei obediunt. Si igitur præceptum meum tantæ virtutis & efficacitæ esse solet, inquit Christus, quod creaturæ omnes, voluntati meæ subduntur: dic mihi homo rebellis, & pertinax, & in hoc brutis animantibus, & creaturis insensibilibus deterior, quomodo præceptum meum contemnis? Quomodo verbis meis debitam obedientiam non præstas? Nonne sat est me præcipere, vt voluntati tuæ, voluntas mea sit præferenda, & inimicum tuum, etiam contra carnis inclinationem diligas? Heu domine (aiebat David) quanta mala passus sum, quanta conuitia & opprobria sustinui, eò solum quod à te fuisse, aut iussa, aut permissa intelligerem. Propter verba laborum tuorum, ego custodiui vias duras. *Porque vos lo mandastes Señor, he pasado por caminos asperisimos, por brauos barrancos y atoladero: o quantas befas y afrentas he sufrido*. Videtur in hoc aluisse, ad illud quod refert scriptura sacra. 2. Reg. cap. 16. quod cum David fugisset à facie filij sui Absalon, Semai, qui erat de cognatione regis Saul ei obuiam factus, maledicebat illum & lapidabat, & maledixit non quacunque & simplici maledictione, sed maledictione pessima (vt scriptura inquit.) Vbi adnotauit Diuus Hieronymus, quod in Hebræo est quædam dictio, quæ quinque habet literas, quarum qualibet singulare conuitium significat. Prima adulterum, secunda Moabitam, tertia impium, quarta leprosum, quinta abominabilem. Itaque, fait maledictio quincuplex. Quod cum miles quidam eorum qui regem committabantur egrè ferret, petijt ab eo licentiam, vt caput illius amputaret. Quare, inquit, maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadam & amputabo caput eius. Cui rex respondit: Dimitte eum, vt maledicat, Dominus enim præce-

Psal. 16

2. Reg. 16

D. Hieron. Nota.

precepit ei ut malediceret mihi. Os illud sacrilegum meum est purgatorium, in quo peccata mea purgantur. Si ergo Rex hic sanctus, propter verba labiorum Dei, tam dura itinera sustinebat, si propter illius preceptum tam libenti animo dimittebat iniurias, quare nos, qui ratione legis Evangelicæ, ad altiore perfectionis gradum tene mur, vel leuem contumeliam remittere nolumus? quare inimico non parcimus? quare illum non ex corde diligimus?

Inimicum diligere, vtile & expeditius.

Ego autem dico vobis. Ego, inquam, qui vos summè diligo, & visceribus charitatis prosequor, & nō nisi bona & vtilia, & expedientia vobis cupio & exopto, ego, qui probè noui, quantum vobis expediat diligere inimicum, & iniurias dimittere. Etenim, quando aliæ defuissent rationes, hæc vna, ad diligendum inimicum, deberet esse sufficiens, videlicet, propter nostrum lucrū & commodum, & propter animi nostri tranquillitatē. Qui enim vindictā ab inimico quærit, maximam mentis perturbationem patitur, perpetuis agitatur curis, torquetur ira, & vindicibus cogitationibus, quasi succentis flammis, exurit. Non enim potest tantum gladio nocere inimico, quantum sibi ipsi, ira & perturbatione nocet. Hinc spectant verba illa Dauidica, Psal. 117. prolata. Circundauerunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Loquitur de persecutionibus, quas ab inimicis suis patiebatur, & inquit; quod circundauerunt eam, primo sicut apes, cum fremitu magno & stridore, præ iracundia, velut stridentes apes solent, circa aliquem volitare: deinde sicut ignis, cum magno stridore atque crepitu, quomodo solet stridere ignis, spinas adurens. In Hebræo habetur. Exinctæ sunt sicut ignis in spinis, ita, ut ad ipsas apes referatur. Ignis enim, mox ut in spinis accenditur, extinguitur. Nam, licet multo stridore in spinas ignis seuire videatur, quantotius tamen desinit, quia spinæ, cum sint plenæ succo & humore, nimium obsistunt igni. Sic nimirum contingit

Psal. 117  
Sibi nocet qui inimicum nō diligit.

inimicum suum persequenti, quod dum de illo vindictam sumere studet, se ipsum cura, sollicitudine & anxietate consummit. Sed ad apes reuertatur. Apis vindictæ cupida, se ipsam occidit & euiscerat: pungit aculeo, e d statim euiscerata, moritur. Euiscerat se homo iracundus, ut inimicum suum occidat & perdat: tamen dum hæc cogitat, sibi ipsi damnum parat, dum hæc mente voluit, sibi spirituales morte machinatur, & non infert corpori inimici vulnus, quod non maius propriæ inferat animæ. Perpulchrè quidem, & non sine magna dicendi elegantia, Philo. Iudæus hoc significauit, dicens. Cogitationes irati, partus sunt viperarum. Fertur de vipera (ut apud Valerianū intuebere, lib. 14.) quod a proprijs filijs tempore partus occiditur: quod enim cum voluptate concipit, cum maximo dolore & vitæ detrimento parit. Sic quippe sunt cogitationes irati, sunt quidem non aliud, nisi partus viperarum. Nam sicut catus viperæ matris suæ viscera exedunt, sic cogitationes vindictæ, quas homo iracundus in suo corde fouet, cum ad optatum finem peruenerint, viscera fouentis dirumpent, & mortem sibi æternam conciscent. Fuit apud antiquos Athenienses Trasibulus, æterna laude dignus, eo quod, post recuperatam patriam, & ad pristinum statum restitutam, legem illam, quam obliuionis vocarunt, instituit. Postquam enim Athenas, è potestate triginta Tyrannorum, qui eam gubernabāt, eripuit, & commisso cum eis prælio, victor euasit, nè qua dissensio ex ante actis nasceretur, omnes iureiurando astrinxit, nè qua rerum præteritarum mentio fieret, quam constitutionem, legem obliuionis Athenienses nuncuparunt. Quod si Trasibulus apud Athenienses tantam laudem est adeptus, propter obliuionis legem quam instituit, quanto maiori laude dignus erit Christus, mundi saluator, quia non solum è demonum potestate nos eripuit, & eorū fregit tyrannidem, verum & legem obliuionis instituit. Diligite, ait, inimicos vestros. Ecce legem

Philo.]

Pierius lib. 14.

Iustinus histo.

Valerius

lib. 4. 1. 1.

Obliuionis lex.

obliuionis, nam inimicorum dilectio, iniuriarum obliuionem parit. Cum enim inter nos tot quotidie suboriantur contentiones, tot iurgia & lites, tot dissendendi occasiones, quæ vix prudentia humana vitare poterit, sunt enim quasi mala necessaria in mundo, si de omnibus illis futura esset memoria, si ferro & igne vindicta esset sumenda, proculdubio, & animis curam; & corporibus non modicam molestiam essent alatura. Quapropter, pijsimus Deus noster, tranquillitatis prouidus, iniurias obliuioni tradere præcepit, & inimicos amore prosequi, diligite inquit, inimicos vestros.

*Benefacite his qui oderunt vos*, Non solum diligendi sunt à nobis inimici, verum & beneficijs afficiendi, vt in hoc patri nostro cælesti assimilermur, qui omnibus benefacit, & solem suum quotidie, super bonos & malos oriri iubet, & pluit super iustum & iniustum: & ita fiet, inquit Eusebius Emisenus, quod sicut estis filij eius per creationem, sitis etiam per imitationem. Sed quis hic, ad huc loquendi modum non aduertat. Non dixit, benefacite his qui vobis malefaciunt, sicut dixerat, diligite inimicos vestros. Sed quid ait? Benefacite ijs, qui oderunt vos, vt sciamus hinc, inimicum non nobis malefacere, licet persequatur, & persequatur odio. Poterit quidem inimicus nos persequi, poterit inimicicij suis insectari, iniurijs lacescere, & maledictis verbis honori nostro detrahere, verum non poterit nobis nolentibus malefacere, quia si inimicitiam eius æquo animo & patienter toleramus, potius in bonum nostrum, & magnum meritotum cumulum, eius malitia conuertitur. Et ad hunc sensum Doctor innominatus explicat versum illum Psalmi. 118. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo. Inquit enim, quod præuidebat Psalmista mandatum Christi præcipientis Matthæi. 5. Diligite inimicos vestros, &c. Et ex hoc mandato fatetur, factum fuisse prudentem super inimicos. Quia magna prudentia

est inimicis parcere & illos diligere, cum illorum inimicitia & persecutio, non solum non inferat nobis malum, verumetiam materiam tribuat merendi. Inimicum crucem nostram appellare solemus, quem cruciatam potius possumus appellare, cum illius causa, peccatorum nostrorum indulgentiæ concedantur, & sicut aliquis reliquiam alicuius sancti summa deuotione exosculatur, cuius gratia indulgentia sibi conceditur, sic debet terram, quam inimicus pedibus suis calcat, exosculari, cum sit illi causa indulgentiæ & remissionis. Ad hunc sensum possumus verba illa Psalmi. 117. superius citata, interpretari. Circumdedereunt me sicut apes, & exarserunt, sicut ignis in spinis. Aparius enim parcat api, licet illum molestat, insectetur, & aculeo pungat, propter utilitatem, quam ab illa accipere, spectat. Pungit quidem, sed est valde utilis & proficua, nam ceram & mel operatur, & ideo illam non interficit. Sic inimicus, licet persequatur odio, & vitæ infidetur nostræ tamen parcendus est, propter utilitatem spiritualem, quam animæ nostræ adducit. Ignis etiam, etsi sit epar, & in spinas desuere videatur: tamen id non sine fructu facit, quia terram idoneam & aptam reddit, vt tempore suo, vberiore referat fructum. Non secus inimicus persecutiombus animam nostram disponit & fræcundat, vt per patientiam & tolerantiam, vberiore gratiæ fructum possit referre. Est insignis locus ad hoc comprobandum, qui habetur Genes. 25. Cum enim Rebeca ex Isaac concepisset, & duos filios in utero suo portaret, dicit Scriptura sacra, quod paruuli in utero collidebantur, & se se ad inuicem conculcabant. Rebeca verò admirans & stupefacta, cum super hoc factum consulisset Dominum, respondit ei diuinum oraculum. Duæ gentes sunt in utero tuo, & duò populi ex ventre tuo diuidentur, & maior seruiet minori. Quasi diceret, Nè mireris Rebeca,

Euseb.  
Emisen.

Inimicus  
potius prodest,  
quàm  
noceat.

Doctor in  
nominatus.  
Psalm. 118.

Psalm. 117.  
Inimicus  
api & ig-  
ni comparat.  
v. 17.

Gen. 25.  
Nota.

quod paruuli in utero tuo sic dissideant, & ad inuicem se conculcēt, quia ex eis duo populi & duæ gentes moribus & legibus distinctæ prædient: & licet inter hos duos filios, quos in ventre tuo habes, maxima futura est contentio, tamē maior seruiet minori. Dubitat hęc. D. Aug. circa huiusmodi verba, quomodo hoc cœli oraculum adimpletum est, quomodo maior seruiuit minori, siquidem Esau, qui maior natus fuit, non solum non seruiuit Iacob, verum vsq; ad mortem persecutus est? Quam dubitationem resoluit, dicens. Maior seruiet minori non obediendo, sed vexando, quemadmodum ignis deseruit auro. Ecce qualiter inimicus nobis deseruiat, ad modum, quo ignis deseruit auro. Ignis enim, licet aurum comburere & consumere videatur, tamen deseruit ei, quia purificat illud, & ab omni contagio purgat. Sic nimirum inimicus persecutionibus suis (si tamen eas patienter sustinemus) purificat nos, & a contagijs exculpa contractis, liberat: quare potius bona quam mala recipere dicendi sumus.

D. Aug.

Inimicus  
sicut ignis  
purificat.Benefacere  
inimico  
insigne  
filijs est.  
D. Chri-  
stus.

Acto. 17.

Dauid,  
quare vir  
iuxta cor  
Dei dicatur.

*Ut seruis illi patris vestri, &c.* Nullum efficacius signū ad cognoscendum filios Dei esse potest, quam inimicorum dilectio, & erga eos beneficentia. Ideo Chrysost. hom. 1. in epistolam ad Philip. ait. Non adeo filios diuinitum agnosci intorque, quem semper in collo circumferunt, quam Dei filios, charitate. Caritas enim insigne est, quo filij Dei à filijs diaboli distinguuntur. Filius debet esse similitudo patris, quare Hispanicè dicimus, *Bien ay que un a los suyos parecidos* Si ergo Deus omnes diligit, & omnes beneficijs prosequitur, nāq; solē suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: ergo qui gloriamur illum habere patrē, debemus utiq; illum, imitari. Hęc est ratio, ni fallor, quare Dauid iuxta cor Dei dicitur fuisse. Inueni virum, inquit, iuxta cor meum. Cor Dei benignum est, mansuetum est, misericordia plenū est, & ad parcendū facile: & quia Dauid in parcēdis iniurijs fuit insignis, ideo cordi Dei, similis perhibetur.

tur. Venit quadam die Amalechita post cladem illam in montibus Gelboe habitam, veste conscissa, & puluere caput conspersus, & presentauit se tristis coram Dauid, cui Rex, unde venis? Et ipse. De castris Israel ego fugi. Quodnam, inquit Rex, est verbum quod factum est, quod nuncium nobis affers? Tam malū est, inquit, quod nequit esse peris, nam fugit populus ex prælio, & multi corruentes ē populo, mortui sunt, sed & Saul & Ionatas filius eius interierunt. Ad quem Dauid ait. Est nē certū nuncium hoc quod nobis refers? Unde scis, quod Saul & Ionatas mortui sunt? Respondit nuncius. Casu veni in montem Geiboe, & Saul incumbebat super hastam suā, qui cum me vidisset & vocasset, iussit ut illum interficerem, nam cum esset grauitur vulneratus, non poterat superuiuere, quare stans super eum, occidi illum, & in huius rei fidem, tuli diadema de capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum. Cum audisset Dauid triste nunciū, scidit vestimenta sua, & omnes principes qui cum eo erant, & planxerunt, & fleuerunt, iniunaueruntq; vsq; ad vesperam, super Saul & Ionatam. O vera inimicorum dilectio, o verē regius animus, & ad parcendū paratissimus. Quis non Dauidis mansuetudinē & misericordiam miretur? Audita enim Saulis inimici sui morte, qui mortem eius summo studio quærebat, nō solum ad ruinam eius non est gauisus, verum vestimenta sua scidit, amarē fleuit, & manifesta doloris dedit indicia, & Amalechitam, qui fœlicia sibi nunciare putabat, præpropere & crudeli morte est prosequutus? Nō mirā videri debet, quod tantam gloriam fuerit adeptus, quod vir secundum cor Dei fuerit appellatus, qui tam facile inimicis suis iniurias condonabat. Hoc namque est Dei ingenium, hęc eius liberalis conditio, quod ad parcendum est facillimus, pronus ad misericordiam, tardus ad iram. Mittit Deus Moysen in Aegyptum, ut populum suum de dura illa seruitute educat, & ait illi. Ecce ego constituo te Deum Pharaonis, id est, in tua potestate

1. Reg. 17.  
Dauid & Saul  
lem inimi-  
cum suum  
dilexit.Deus ad  
parcendum  
facilis.  
Exod. 7.

*Moyſes* teſtate ſitum erit, facere omnia, quæ Deus illi facere potest. *Deus Pharaonis cõſtituitur.* teſt. Committo tibi plenariam poteſtatem flagellandi & puniendi, & ſimiliter parcendi & auferendi plagas. Poteris quidem miracula facere, euertere regnum, culices producere, & aquam in ſanguinem conuertere. Pergit Moyſes cum hac plenaria authoritate in Aegyptum. Quis non ſuſpicaretur, quod in Regem illam tyrannum acriter eſſet animaduſurus? Quis non crederet, quod gentem illam rebellẽ, ſtatim eſſet euerſurus? Et tamen longẽ aliter euenit, nam ſumma manſuetudine & lenitate erat præditus, & licet Pharo in ſua duritie perſeuerans, populum nolet dimittere: tamen facile eius præces ſuſcipiebat. Promittit hodie populum dimittere, & ſtatim Moyſes auferre plagam, & cum iterũ in uirtutibus ſua perſeueraret, aliam de nouo plagam inducerat: accurrebat rurfus Pharo, & continuò plagam auferrebat. Quod ſi aliquis illi diceret, quare ò Moyſes ab homine tyranno & iriſore illud pateris? quare hominem proteruum & obſtinatum, non vnà occidis? Quare toties in caſum veniam illi & miſericordiam concedis? Quid putas huic interrogationi eſſet reſponſurus? Vtiq; nil aliud, quàm quod Deus Pharaonis erat: Sum, diceret, Deus Pharaonis, & hoc eſt eſſe Deũ, eſſe miſericordẽ & benignum, eſſe pium & clementem, & ad condonandum iniurias facilem. Si enim apud Deum propiciatio & miſericordia non eſſet, quid eſſet de nobis? quis eum ſuſtinere poſſet. Gerebat Moſes vices Dei, & idẽ tanta miſericordia erat præditus, quod non ſtatim occiderit eum, ſed patienter tulerit, & admonuerit. Vis noſe quanta Dei ſit patientia, quanta in pariendo liberalitas? mentis greſſibus ad Caluarie locum perge, illum in cruce pendentem intue-re, vulneribus plenum, flagellis illuſſum, clavis tranſfixum, ſpinis coronatum, & ſanguine peruſſum, & vocem illam lamentabilem, & meſe dulciorem audi, qua inimicis & crucifixoribus ſuis veniam poſtulat. Pater, inquit ille verus inimico-

rum dilector, dimitte illis, nõ enim ſciunt quid faciunt. Quod Centurio audiens, ſtatim pectus ſuum percuffit, dicens. Verè filius Dei erat iſte. *Que me matrem ſi eſte nõ era hjo de Dios.* In quo, o Centurio cognouiſti, quod moriens filius Dei fuerat? An, quia moritur, cum potius mori Deo repugnet? An quia terra tremuit, ſol eſt obſcuratus, velum templi ſciſſum, & omnes creaturæ mortem ſui creatoris deplorant. Equidem, affirmo illum filium Dei eſſe, quia illum pro ſuis inimicis exorantem audio. Filius patris ſui mores teſert, cum ſit eius ſimilitudo & imago. Deus ad miſerendum pronus eſt, & ad parcendum inimicis ſuis facilis: cum ergo hęc moriens, pro inimicis ſuis præces fuderit, & veniam peccati ſui poſtulet, quis illum filium Dei eſſe dubitabit? Hęc dilectiſſimi fratres, filiorum Dei eſt probatio, in hoc veritas adoptionis agnoſcitur: ſi quis pro inimicis ſuis oret, ſi quis illis benefaciat, ſi quis ex viſceribus charitatis eos diligat. Diligamus igitur inimicos noſtros, propter eum qui nos dilexit, & cum inimici eius eſſemus, ſecundum tempus pro nobis mortuus eſt, & pro

nobis in cruce ſanguinem ſuum fudit: vt patrem noſtrum imitantes, mereamur filij eius appellari, per gratiam, &c.

( 3. )

DO:

Mat. 27.

Nota.

Deus miſericors, & ad parcendum pronus.

# DOMINICA PRIMA in quadragesima.

## CONCIO.

*Tunc ductus est Iesus in desertum à spiritu, & tentaretur à diabolo*

Matthæi 4.

*D. Ioan.  
Damaſc.  
Chriſtus  
quare ten-  
tati vo-  
luit.*



**D**IVINVS ille Ioannes Damaſce-  
nus, lib. 4. fidei orthodoxe, ratio-  
nem assignas, quare dux noſter  
Chriſtus, voluerit hodie, cum ge-  
neris humani communi hoſte in  
arenam descendere, sic ait. Chri-  
ſtus tentatus eſt, & vicit, vt nobis  
victoriam pararet, & daret naturæ

vires vincendi aduerſarium. Et quidem ( vt verum fa-  
tear) indigebat homo non minori auxilio & patrocinio,  
ad tantum hoſtem proſligandum. Nam tanto timore fuit  
perterritus, tanta affectus diffidentia, poſt miſeram il-  
lam paradifi cladem, & miſerabilioſam caſum, quando à  
ſummo illo ſaſtigio iuſtitie originalis, in qua fuit con-  
ditus, ad ſummum miſeriarum baratrum culpæ fuit de-  
iectus, quod arma gerere, caput attollere, aut priſtinam  
libertatem pretendere, amplius non eſt auſus. Sciebat  
enim inimicum longe fortioſum eſſe, neq; poteſtatem  
aliquam eſſe ſuper terram, quæ poſſet ei comparari: qua-  
propter de humanis viribus diffidens, ad diuinas appel-  
labat. Obteſtabatur ſummum Deum, vt filium ſuum vni-  
genitum, brachium potentie ſue mitteret de cœlis, qui  
vires

*Homo poſt  
paradiſi  
cladē de-  
monē time-  
bat, & Dei  
auxiliū im-  
plorabat.*

vires huius tyranni confringeret, ac ſuperaret. Eo tendit  
voces illæ affectuoſe, ab Eſaia euangelico propheta pro-  
lata. Coſurge, induere fortitudinem brachium domini,  
Conſurge ſicut in diebus antiquis. Nunquid, non tu vul-  
neraſti ſuperbum, percuſiſti draconem? Ac ſi diceret, qua-  
re Domine obliuiſceris calamitatis noſtræ, & tribulatio-  
nis noſtræ? Nonne vides quanta mala ab hoc tyranno pa-  
timur? quantam crudelitatem exercent eos qui tuum  
nomen inuocant? Quomodo omnia ditioni ſue habeat  
ſubiecta? Quam magna ſpolia de nobis quotidie re-  
portet, nullumq; in terris reperiri, quantumuis ſanctum,  
quantumuis iuſtum, qui eius tyrannidem & potentiam  
poſſit comprimere? Conſurge ergo, ſicut in diebus anti-  
quis, quando initio ſæculi eius confreſtiſti audaciam, &  
in profundum baratrum detruſiſti. Induere fortitudi-  
nem, per aſſumptionem humanæ carnis, vt in natura aſ-  
ſumpta, cum illo in campum deſcendas, illum expugnes,  
illum deuincas. Nec excuſare te poteris, dicēs, vires tuas  
ad hoſtem hunc deuincendum eſſe impares: Nam queſo,  
nonne tu dux es ille fortiſſimus, qui vulneraſti hunc ſu-  
perbum, & percuſiſti hunc draconem, quando in cœlo  
impireo cum illo certamen habuiſti? *¿ Tu vis nule conoceys  
yel os conoce? ¿ Tu no ſibe a que ſaben vueſtras manos? ¿ Tu no  
aueys venido ſera vez a los brazos con el, y le vencieſtes?* Pro-  
pheta Regius hoc ipſum enixe à Deo poſtulabat, dicēs:  
Domine præueni eum, & ſupplanta eum, eripe animam  
meam ab impio, frangam tuam ab inimicis manus tuæ.  
Intuebatur mentis oculis Dæmonis crudelitatem & feui-  
tiam, quam in miſerum hominem exercebat, quanto ſtu-  
dio, & ſolicitudine, vbique loci eum perſequebatur: quo-  
modo perturbaret omnia, & mundi regnum violenter  
ſibi uſurparet, & quod nullus eſſet, quem ſue tyrannidis  
expertem faceret, quare, non ſine magna lachrimarum  
profuſione, oculis ac manibus in cœlum intendens, dice-  
bat. Domine præueni eum, &c. Tu ſolus domine, qui ho-  
ſtis huius verſutiam noſtri: qui artes eius ſupera re con-  
ſucuiſti,

*Iſai. 51.*

*Pſal. 16.*



fueuisti: qui potentiam suam confringere soles, cum superare poteris, supplantare, & deuincere. Eripe obsecro animam meam ab hoc impio, nisi enim eam eripueris, in magno versatur discrimine: animam, inquam, frameam tuam, quam ad imaginem & similitudinem tuam creasti, & diuinis characteribus insignisti. Non enim condecens est, aut rationi consonum, quod animam, quæ gladius tuus est, inimicus possideat. Appellatur in scriptura sacra anima nostra gladius, & quidem non incongruè: Nam sicut gladius vagina concluditur, sic anima continetur in corpore. Gen. 6. ubi dicitur: Non permanebit spiritus meus in homine quia caro est, Pagninus vertit. Non erit in vagina spiritus meus in homine, & quod sit etiam caro non permansura. Ex quo, rationis Dauidicæ efficaciam intelligere possumus. Eripe, inquit, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Dedecori enim & infamie Regi aut duci ascriberetur, si gladium, aut aliud preciosam pignus, sub inimicorum potestate captiuum haberet. Si ergo anima, framea tua est, quomodo sub Dæmonis potestate, oppressam & captiuam esse pateris? His mundi petitionibus & iustis Prophetarum quærelis, per eundem Dauidem toto Psal. 10 respodet, ubi inter alia dicit. In Idumeam extendam calceamentum meum. Licet enim mundi princeps, pro maiori parte, vniuersam terram ditioni suæ subiecerit: tamē veniet tempus, quando calceamentum meum vsq; ad Idumeam extendam, & proprijs pedibus Gentilitatem, quasi mihi subiectam perambulabo. Calceamentum Christi fuit humanitas quia sicut calceamentum ex mortuorum animalium pellibus confectum, pedem continet & occultat, sic natura illa mortalis, diuinitatem in seipsa continebat: & ad hoc propositum verba illa per magnam Baptistam prolata, aliqui expositorum explicant. Non sum dignus, vt solam corrigiam calceamenti eius, quia vniorem illam hypostaticam, quæ diuinitas & humanitas, quasi strictissimo vinculo connectebantur, nemo mortalium, soluere erat sufficiens. Dicere ergo, quod in Idumeam calceamentum erat proiecturum,

nihil

nihil aliud est, quam quod humanitatem eius diuinitati unitam, Gentilitas prius a Dæmone possessa, per fidem esset receptura. Pagninus, loco illius verbi extendam calceamentum meum, sic vertit. In Idumeam proieciam chirotecam meam. Fuit consuetudo antiqua (vt quidam Hebræorum tradit, laudatque Pagninus in tabernaculo linguæ sanctæ) quotiescunque Rex, aut dux ciuitatem aliquam obsideret, chirotecam, pugionem, aut aliud pignus intra menia ciuitatis proiecere: vt eo facto inueret, ab incepta obsidione non recessurum, quousque vi armorum ipsam capiat ciuitatem. Et huius consuetudinis fundamentum erat, quia indecens esset regi valdeq; indecorum, maucam, aut quodcunque aliud pignus, in potestatem inimicorum relinquere, quod cum non posset redimere, nisi capta prius ciuitate: inde est, quod chirotecam proiecere intra ciuitatem, continuum & importunum bellum, miseramq; ciuitatis euerfionem significaret. Ex hoc manifestè constat, quid Deus hac metaphorica locutione intendat, cum inquit, in Idumeam chirotecam siue manucam proiecturam, id est, ac si patenter dicat. Ego ipse mundi desideria compleam, votis prophetarum meorum respondebo, & armis potentie mee indutus, in natura humana cum Sathana disceptabo, & mundi regnum quod tyrannice nunc possidet, ab eo auferam, & ad pristinam libertatem restituum. Quod qui deus sicut promiserat adimpleuit, hodie cum Sathana confliens, & in arenam descendens:

Voluit etiam tentari Dominus, & ad certamen cum hoste deuenire, vt eum superaret & vinceret, & vt eius arma in quibus confidebat confringeret, imminueret & infirmaret: & sic vniuersusque nostrum nullo negotio, victoriam de illo posset reportare. Inquit enim D. Gregorius, homil. 16. cui etiam subscribit Doctor sanctus, quod sicut Deus moriendo nostram mortem deuicit: sic tentationibus suis, nostras tentationes superauit. Quia Diaboli potestas in tentatione Christi, extenuata est & diminuta, non enim eandem virtutem, quam prius,

*Gentilitas primo per fidem Christum recepit. Pagnini ver. suo. Nota. Chirotecam proiecere consuetudo antiqua*

*Secundaria tentio, quare voluit Christus tentari, vt inimici arma confingeret. Grego. Thom.*

*Anima ag' a deus Dei appellatur. Gene. 6. Pagninus.*

*Psal. 10.*

*Christi humanitas calceamentum dicitur. Luca. 3. Ioannis. 1*

*Abacuc. 3.*

*Apo. 6.*

*Nuper abbas.*

*Psal. 103.*

prius, habet ad tentandum. Nam, cum iam semel per  
ducem nostrum Christum deuctus sit, facilis est supe-  
ratur. Hoc est, quod cecinit Abacuc propheta in suo  
cantico pro ignorantibus, dicens: Percussisti caput de domo  
impij, denudasti fundamentum eius usque ad collum. Ca-  
put de domo impij Sathanas est, Lucifer appellatus, qui  
de primo nostro parente victoriam in paradiso reporta-  
uit, qui creditur cum duce nostro Christo hodie ad cer-  
tamen devenisse, cuius caput percussit, quia potentiam  
eius fregit & vires decilitavit, ut nos pariter, illum supe-  
rare possimus. Denudavit enim fundamentum eius, id est,  
arma usque ad collum, ut in erme caput unusquisque no-  
strum posset strangulare. Huc spectat visio illa D. Ioannis  
Apocalyp. 6. ubi inquit, quod cum agnus ille sanguineus,  
primum signum aperuisset, exiit equus albus, super quem  
ascendit quidam dux, arcum militarem manu sua tenens,  
quasi ad praelium paratus, cui tanquam victori impo-  
sita fuit corona, de quo denique dicitur, quod lexitur vincens  
ut vinceret. Per equum illum album, humanitatem Chri-  
sti Rupertus intelligit, quae candida fuit in conceptione  
sua, quia ab omni peccati macula fuit aliena: Super quam  
Verbum diuinum ascendit, illam terminando, & in voi-  
tatem suppositi sibi vntendo. Habebat arcum, quia Dei  
potentia, illi collata fuit, ad Sathanam debellandum: cui im-  
posita fuit corona ante certamen, quod nulli duci contin-  
git, quia certam, non dubiam, habuit victoriam. De quo  
tandem inquit Ioannes, quod exiit vincens ut vinceret:  
nam statim ut exiit per carnis assumptionem, Daemonem,  
viacere cepit, paupertate, humilitate poenitentia, & la-  
chrimis, ut nos etiam eisdem armis, illum deuincere pos-  
semus. Qui enim semel victus est, facile ab alijs potest de-  
vinci, *Immo merito gran lancea.* Non omitam referre  
verba quaedam a Davide prolata, quae forsitan ad hanc  
victoriam aspiciens Psal. 103. memorie mandauit. Inquit  
enim, sub appellatione draconis, aut ceti, de Sathana a-  
gens. Draco ille quem formasti ad illudendum ei, &c.

Videa-

Videamus primò, in quo Deus draconi illudit, ut hinc  
constare possit in quo etiam illudat Demoni qui sub dra-  
cone intelligitur. Dicunt expositores aliqui, quod illusio  
aut deceptio marini draconis qui est cetus, in hoc confi-  
sit, quod cum tanta sit eius magnitudo, quod in sulam par-  
uam, iuxta D. Ambrosium, referre videatur, magnam pati-  
tur famem, quare semper inferiores alios pisces insequi-  
tur, ut deuoret, & fami suae prouideat. Pisciculi vero, ad-  
litus proximum, quasi ad locum sacrum confugiunt,  
scientes cetum propter eius magnitudinem, ad illum  
locum accedere non posse. Cetus autem, dum praedam  
sequitur, loci periculum non aduertit, & ibi ingressus, &  
loci angustia preoccupatus, ad profundum regredi, aut  
adnatate non potest. Mox pisciculi deuictum cetum  
circumstant, eum contemnunt, & quasi illudentes ei, vi-  
ctoriam celebrant & magna signa letitiae ostendunt. Sub  
hoc naturali exemplo, voluit diuinus spiritus, victoriam  
nobis depingere, quam Christus redemptor mundi, de Sa-  
thana superbissimo dracone, hodie consequutus est. Quis  
referre vobis poterit, quanta sit huius voracissimi draco-  
nis fames? Quanta cura & solitudine, per huius mundi ma-  
re discurrat ad praedam inquirendam? Circuit enim qua-  
rens quem deuoret, & nullum non mouet lapidem, ut ani-  
mas decipiat & capiat. O insatiabilis fames, cui tot ho-  
minum, tot animarum numerus, non sufficit. Omnibus  
insidiatur, omnes persequitur, & molestat, & nullus est,  
qui ab eius faucibus sit securus. Cum ergo omnes insequeretur,  
& omnes quereretur ad deuorandum, etiam ip-  
sum Deum sub humana specie latentem, hodie in deserto,  
per tentationem est adoratus, fiduciam habens, quod ad  
eius fauces perueniret: tamen sefellit eum sua opinio,  
frustratus est a sua spe, quia a terra illa sanctissimae huma-  
nitatis fuit prepeditus. *uncallo en aqueile sacrosanta tierra  
de la humanidad de christo, sin poder rebullirse* Vbi supera-  
tus fuit, & deuictus, ut & nos pariter, illum superare  
possimus & vincere.

*Ceti illu-  
sio.  
Nota.  
Ceti mag-  
nitude.  
D. Ambrosius.*

*Diaboli  
fames, ad  
persequen-  
dum homi-  
nem,*

Refert hoc certamen Euangelista facer, dicens. *Tunc ductus est Iesus in desertum à Spiritu, ut tentaretur à Diabolo.* Vbi silentio prætereundum nõ est, quo tempore hoc cõtigerit, siquidem Euangelista ex intentione, illud referre videtur. Tunc, inquit, postquam Dominus de manu magi præcurforis, in Iordane fuerat baptizatus, postquam cœli fuerant ei aperti ad insinuandum, non solum terræ, verùm & cœli esse Dominum omnia quæ sub eius ditione, & potestate contineri, postquam cœlestis pater, tanquam vnigenitum filium sibi charissimum, de nube illum est complexus, postquam voce de cœlo de lapsa, filius eius naturalis, declaratus est: postquam Spiritus Sanctus, in columbæ spetie, super eum descendit, tunc quidem post tot de cœlo beneficia recepta, post tot fauores, ductus est ad tentationem: vt intelligamus hinc, quod tētationes pati, laboribus exerceri, & affigi, non semper est signum iræ, & vindictæ, sed interdum benevolentie, & amoris, namquæ quos Deus diligit, quos beneficijs prosequitur, solet tentare, & affigere. Quem enim maioribus beneficijs, quàm Abrahami cumulauit? Fecit enim illum in gentem magnam, dedit illi terrâ Chanaam, in hæreditatem, auxit eum duobus filijs, vnum de libera, alium de ancilla, semé quæ illius, qua si stellas cœli futurû esse promissit, quæ præ multitudine numerari non possunt. Post tot auté suscepta beneficia, quid sequitur? Quæ postquam gesta sunt, inquit textus: Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum, tolle filiû tuum quem diligis Isaac, &c. Magna quidẽ tentatio fuit inbere illi, quod filium quæ in senectute genuerat, & tan to opere diligebat, proprio gladio verberaret. Talis namque solet esse Dei consuetudo, vt eos quos charos habet, & in magno prætio, tentationibus examinet, & probet. Domine aiebat Iob, quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum.

Tunc etiam ductus est ad tentationem, & diabolus eum est.

*Qua occasio fuit? fuerit Christus tentatus.*

*Matth. 3.*

*Deus quos diligit, etia.*

*Genes. 22.*

*Iob. 7.*

est aggressus, quando de cœlo, filius Dei declaratus est. Vix enim de nube vox illa insonuerat: Ecce filius meus dilectus, quãdo en adest tentator, ad bellû cû eo ineundû. Diabolus semper filios Dei persequitur, *ad d. à mon. terra de los hijos de Dios.* Vidit Ioannes Apocal. c. 12. mulierẽ quandã grauidã, & quasi parturientẽ, quæ lunã sub pedibus habebat, & in capite, coronã duodecim stellarû per quã, Ecclesiã Rupertus intelligit: ad cuius pedes dra co ille, qui de cœlo fuerat eiectus, Diabolus scilicet, assistebat, quasi paratus, ad filiû, quæ paritura erat, deuorandû. Diabolus nãque, filios Ecclesiæ, novos, videlicet paratus, quos quotidie per pænitentia, Deo generat, summo studio & diligentia, intēdit deuorare. Vix enim satû ali quæ in lucẽ edit, quando veterinosus hic serpens fauces suas ad illû deglutendum parat. Refert Holofernes populi Dei hostis, in scriptura sacra, Diaboli imaginem: qui cû sancta illa fãmina Iudihc verba agens, sic eam alloquutus est. Ego nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabucodonosor regi, populus tuus si non cõtēpississet me, non eleuasset lanceam meã contra eum. Hoc est Dæmonis ingeniû, quod illis minus nocet, qui suę seruituti, vltro se submitunt, quos quasi pacificè, & absq; vllarebellione possidet: contra illos verò eleuat lanceam suæ tentationis, & omnes nocendi artes parat, quos videt sibi rebellare, & ab eius seruitio discedere. Quare per Ecclesiasticum dicitur. Fili, accedens, ad seruitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

Tunc demû ductus est à Spiritu in desertû, Quãdo testimoniu accepit de cœlo, quod sit filius Dei, vt intelligamus hinc, tunc penitentia nobis fore vtilẽ, & meritotriã, quãdo testimoniu spiritus habuerimus, quod sumus filij Dei. Vt enim desertû, pænitentia, tentatio, & ieiuniû sint alicuius meriti, super filiationẽ Dei adoptiuã debet fundari. Nã si quis inimicus Dei fuerit & in peccatis, maneat, quid omnia hæc ei proderunt? Certè parû aut nihil. Perpendit D. Bonau. circa illud Genes. 4. Respexit Dñs

*Diabolus filios Dei persequitur. Apoc. 12. Ruper.*

*Iudib. 11. figura.*

*Eccles. 2. Merita, & opera, super filiationẽ Dei fundari debent.*

*D. Bonau. Genes. 4.*

ad Abel, & ad munera eius, quod prius acceptauit Deus personam, deinde munera & opera: quia nunquam Deus acceptat opera alicuius, nisi prius personam acceptauerit. Vnde, optarem fratres, quod in principio huius quadragesimæ absque, vlla mora peccati vestra confiteremini, vel saltem contritione, cum firmissimo proposito deinceps nunquam peccandi, de illis haberetis, ne pœnitentiæ & satisfactionis opera, quæ facturi estis, infructuosa & inutilia apud Deum reputentur. Opera enim existentium in peccatis, nullius meriti sunt apud Deum. Non enim qui operatur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt, ait Psaltes. Non inquit, quod peccatores nõ ambulat in vijs Dei, sed quod nunquam ambulauerunt, quia si quæ fecerunt bona opera, dum erant in gratia, iam per peccatum amiserunt. Sed nunquid peccator, tam auersus a Deo per peccatũ manet, quod liberum eius arbitriũ non possit in aliquibus studiosis operibus exerceri? Non potest ieiunare, honorare parètes, proximũ diligere, pauperi & egeno elemosinã elargiri? Potest quidẽ, cum per peccatum liberum arbitriũ omnino non sit extinctũ, verũm ea opera,gressus in via celi, nõ existimãtur, quia nõ sunt gloriæ meritoria. Præcipiebat Deus lege veteri, quod si qua mulier captiua, & in seruitutem redacta, durãte tempore seruitutis, filios aut filias peperisset, etiã serui reputarentur. Peccator, diaboli captiuus est, & in miserã seruitutem redactus, quia qui facit peccatũ, seruusest peccatis: quare, omnia eius opera rationem quandã seruitutis habent, nõ quod peccata sint (si aliã fuerint studiosa) sed, quia meritoria & accepta nõ sunt apud Deum. Quare ieiunauimus & non aspexisti (apud Isaiam, quidã peccatores aiebãt) humiliuimus animas nostras, & nescisti? Ac si dicerent, quare nulla remuneratio, pro nostris confertur ieiunijs, quare nostris operibus, debita nõ respõdet merces? Quibus Deus ẽ diuerso ait. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & debitores vestros repetitis. Habetis enira voluntatẽ peccatis corruptã, & depauperatã

Ps. 118.

Exod. 21.  
Figura.

Opera in  
peccato facta,  
meritoria non  
sunt.  
Esai. 58

in eis.

in eisdem quibus prius perieueratis sceleribus, & id quidem in causa est, quod opera vestra non sint meritoria, aut aliqua mercede digna. Peccatum, non meriti destruit & deludit, est tinea sanctitatis, & virtutum erugo. Necesse enim est, ante omnia quæpiam iustificari, & filium Dei per gratiam constitui, vt pœnitentia eius, ieiunium, & desertum, Deo sint accepta.

Et cum ieiunasset quadragesima diebus, & quadragesima noctibus, postea esuriit. Ieiunauit quadragesima diebus quasi Deus, & esuriit quasi homo, vt & Deus & homo esse ostenderetur: & tunc quidem huius esuriij occasione arrepta, accessit ad eum tentator, dicens: Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant. Crediderim (vt & D. August. creditum est) Diabolum sub forma alicuius viri religiosi, in æremo illa pœnitentiam agentis sibi apparuisse, vt calidius eum posset tentare. Domine, diceret, etsi me non cognoscis, ego autem probè te agnoui, scio enim quam signam & fama tua per omnium ora diuagatur. Miracula quidem, quæ in tua natiuitate contigerunt, omnibus sunt manifesta. Nemo est, qui nesciat, quemodo in Chana Galilee aquam in vinum, iussu verbi tui commutaueris. Ex quibus omnibus, te filium Dei esse, Messiam quẽ in lege promissũ, haud difficile est colligere. Quod si ita est (vt ego credo) aptiori tempore non potuisti peruenire: periclitatur enim mundus, & magno subditur calamitatum discrimini. Sed video te longa extenuatum pœnitentia, ieiunio & abstinentia afflictum: Non est in hoc deserto humana consolatio, aut cibus aliquis, quo fami tuæ prouideas: tamen Deo nihil reputatur impossibile, nam & ex lapidibus panes reproducere, facile erit illi quapropter si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant. Vbi vides quomodo sub specie pietatis, malitiam suam diabolus abscondat. Solet interdum Sathanas, cum princeps tenebrarum sit, in angelum lucis se transferre, vt animam deludat & deipiari. Quis recedat ab inuoluntate eius, inquit Iob) & medium oris eius qui intrabit?

Tentator  
in hunc  
noctis.  
D. Aug. 51

Sathanas  
in angelũ  
lucis se  
transfigurat.  
Iob 41

portas oris eius quis aperiet? Difficile quidem est faciem Demonis reuelare. *Negarle a quia la mascara.* Sæpè enim mutare faciem solet, vt decipiat, & cum plenus sit omni fallacia & malitia, sub specie pietatis aut alicuius virtutis se abscondere. Non enim reuelata facie, & aperta manu suadet vitium, sed sub alicuius boni finis pretextu. Suadet vindictam, sed sub colore iustitiæ suadet auaritiã, sed sub ratione virtutis, dicit enim vitium prodigalitatís esse fugiendum, ad honestam mulierum conuersationem allicit, & nihil minus quam honestatem intendit. Quis huius virulenti hostis reuelabit faciem? Quis omnes eius nocendi noscet artes? Rectè in scriptura sacra draconi & serpenti comparatur: quia sicut serpens, dum in aliquem inuehitur, vt occidat, non recta incedit via, sed tortuose & oblique: sic diabolus circuit quærens quæ deuoret, quia fucatis persuasionibus, quasi circulationibus quibusdam, quos occisurus est, adoritur.

*Theodor. ser. 10. de prouidentia tentationis. D. Cypri. homi. de ieiunio & tatiere Christi.*

*Dic vt lapides isti, panes fiant.* Cupiebat diabolus de diuinitate Christi certificari, quia circa hoc valde fuit perplexus: excecabatur namque a perscrutatione diuinitatis Christi, ne mundi redemptionem impediret, quare, ex modo miracula faciendi, & conuertendi lapides in panes, voluit hoc explorare. Miracula enim facere, dicendo & imperando, proprium Dei est, nullus enim sanctorum, aut Prophetarum hoc potuit facere: quia imperare, propriam auctoritatem & virtutem arguit. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.

*Dona diaboli qua-*

Sed quis hic non aduertat, quod lapides Christo offerat ad famem eius succurrendam. Non illi altitia, perdicem, aut pauonem, aut aliquid huiusmodi, sed duros lapides offert. O quam dura sunt omnia hostis nostri dona, quam parua & contemptibilia. Verè non aliud nisi vilissimi sunt lapides. Voluptates, diuitiæ, carnis illecebriæ si benè inspiciantur, nil aliud nisi lapides quibus anima percutitur reperientur esse. Sed proch dolor (non

*eum*

enim sine gemitu proferre queo) cum voluptates quas nobis diabolus offert vilissimi lapides sint, tamè pro illis animas nostras illi commutamus. Vilissima quidem sunt humana omnia, si cum cœlestibus illis bonis comparentur, & tamen pro illis assequendis, non dubitamus cœlestia omnia contemnere. Quæ proculdubio amittemus, si tanquã pueri insipientes, ea pro terrenis commutamus. Elegit nobis, inquit Dauid, hæreditatem suam, speciem Iacob quem dilexit Elegit quidem nos ante mundi constitutionem, vt hæreditas eius essemus, & vt hæredes bonorum cœlestium efficeremur: tamen preor dinauit, vt essemus, quasi quædam Iacob similitudo & species. Qui vult regnum cœlestis, & desiderabilem illam benedictionem adipisci, Iacob assimilari debet, qui pro ea assequenda, tot persecutiones passus est, non Esau, qui hæreditatem & benedictionem paternam contemnens, pro vili lenticularum edulio illam commutauit. Hinc enim prouenit quot tot committimus vitia, tot patramus scelera, tantum indulgentiæ in peccando nobis concedimus, quia nimirum, mendaces sumus in stateris, & cœlestia bona non equa vilanci ponderamus. De Lisimaco Rege Plutarcus refert, quod cum ab inimico circumdatus, ipse cum omni sua ciuitate, pre nimia siti periret, clauis ciuitatis tradidit inimico, qui ei vas aquæ frigidæ contulit, quam cum adhuc bibisset, tactus dolore cordis, hæc protulit verba. Heu quam breuis voluptas, me ex domino fecit seruum, & ex rege captiuum. Vtinam peccator, quãdo diabolo per consensum cordis sui clauis tradit eo solum quod vili fruatur voluptate, hoc ipsum mente volueret & cogitaret. Vtinam eadem verba proferret. O quam breuis voluptas me ex libero facit captiuum, ex regni cœlestis hærede, seruum & perpetuis cruciatibus mancipatum.

*psal. 46. Nota.*

*Plutarcus*

*si filius Dei es, nate te deorsum.* Victus diabolus primæ tentatione, rursus bella mouet, & alijs armis, superbia scilicet ad congressum se præparat. Assumpsit: eum

*Quibus  
verbis dia-  
bolus est  
adoratus.*

Supra pinaculum templi, & dixit ei. Si filius dei es, mitte te deorsum. Non est credendum diabolus adeo esse insipientem, quod his solis & nudis verbis, sicut in textu referuntur, dominum fuerit aggressus. Non enim ei deficerent fucata & apparentia verba, ad mentem suam proponendam & illi suadendam, sed Euangelistæ magna verborum præcisione utuntur, intimationibus his referendis. Crediderim enim, quamplurima alia verba præcessisse, quibus ad tentationes viam aperiret. Domine, persuasum mihi habeo, te filium Dei esse: Nam & pœnitentia tua, & immaculata viuendi ratio quam in deserto expertus sum, planè hoc testantur, verba etiam tua sapientia & sanctitate plena, nil aliud quam diuinitatem redolent. Tèpus Messie iam aduenit, prophetia Iacob, de sceptro Iuda auferendo, iam est adimpleta, in te prophetie omnes concurrere videntur: quòd si filius Dei es, & Messias ille in lege promissus quem expectamus, necesse erit te ipsum mundo notum facere, & aliqua operari miracula, ex quibus homines id possint intelligere. En adsunt ferè omnes Hierosolymorum ciues in hac platea cõgregati, qui si te, viderint per aera volantem, & ab hoc summo templi fastigio ad terram demittentem, proculdubio mirabuntur, & te Deum esse certò credent, maximè cum per Dauidem, de te memorie proditum fuerit, quòd angelis suis madauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis, ne sortè offendas ad lapidem pedè tuum. Quapropter, si filius Dei es, mitte te deorsum.

*Psal. 90.*

*Diabolus  
tentationem  
non nudam,  
sed fucata  
offert.*

Discamus hinc, quam magnus artifex tentandi sit diabolus, vt sciat tentationes parare: non enim nudam tentationem nobis obijcit: sed eam rationibus ornat, vt magis excitet, & suadeat. *Afeyra la tentation, y la sube de punto,* vt oculis nostris pulchrior appareat. Nemini dubium est, arborem illam sapientie in medio paradisi plantatam, pulchram fuisse nimis: tamen diabolus ad tentandam eam pulchriorè apparere fecit: Tanta enim pulchritudo ibi apparebat, quòd oculos mulieris, quasi vi & tyrannide rapi-

piebat. Sicut colligitur ex alia lectione, vbi dicitur, quòd adeo erat arbor visu delectabilis, quòd oculos intuetium detineret. Nam quid aliud est dicere, quòd vidit mulier lignum, quod esset bonum aduescendum, & pulchrum oculis, aspectuquè delectabile? Nunquid aliquando mulier, de fructu illius ligni gustauerat? nunquid ab alicuius ore de eius suauitate & dulcedine, aliquid audierat? Quo modo ergo sciebat, quòd lignum illud tantam in se dulcedinem continebat? Proculdubio, sciebat hoc suggerente Dæmone, & intus suadente, vt de fructu illo gustaret. Tanta est illius caliditas & versutia, quòd tentaturus aliquem, non ad viuam tentationem depingit, neque secundum veri exemplaris formam, sed insuper de sua malitia quosdam fucatos colores addit, quibus tentationem ipsam reddat pulchriorem. Et hoc est, quod per Esaiam, cap. 54, de illo dicitur: Ego creavi fabrum super terram sufflantem in igne prunas: & per Iob. c. 41. Halitus eius, prunas ardere facit: Halitus & exufflatio Dæmonis, nil aliud est nisi suggestio & persuasio, quibus tentationis ignem excitat, & viuificat, vt illis consensum præbeamus. Quis non miretur populi Israelitici stultitiam, quem cù Deus de dura Aegyptiorum seruitute liberasset, & per mare rubrum transfuissset, post tot ab eo accepta beneficia, vitulum aureum adorauerint, & illum verum esse Deum non fuerint veriti confiteri? Quæ enim diuinitatis indicia, in illo vitulo repererunt? Hoc videtur colligi (sicut volunt aliqui) ex illo quod habetur Ps. 105. Et mutauerunt gloriam suam, in similitudinem vituli comedentis fœnum. Quæ verba expendens doctor innominatus, inquit, quod vitulus ille, astutia & arte diaboli fabricatus est, qui quasi viuus, & comedens fœnum apparebat: mouebatur enim, & videbatur comedere & ambulare, quare, cum populus ille ad idolatriam esset procliuus, illum adorauit & Deum esse credidit. Scit enim diabolus mortuas tentationes viuificare, exufflare prunas, & voluptates propositas falsis coloribus depingere, vt voluntatem

*Oleasti.*

*Esai. 54.  
Iob. 41.*

*Quam ob  
causam po-  
pulus vitu-  
lum adora-  
uerit.  
Psal. 105  
Doctor in-  
cognitus.*

*G. ; nostram.*

nostram, ad sua vota alliciat, & attrahat, sicut in his tentationibus cum Christo seruatore nostro, fecisse existimandum est.

Secundo aduerte, quod ad templi pinaculum gradatim per scalam eum duxit, & postquam in summo erat fastigium, repente eum precipitare voluit. Hoc est Demonis ingenium, neminem enim exultat, nisi ad precipitandum. Quamplurimi sunt in Ecclesia, qui ad dignitatis ecclesiasticæ fastigium fauore & industria diaboli, quasi per gradus quosdam ascenderunt, de statu sæculari ad sacerdotium, de sacerdotio ad canonicatum, de canonicatu ad episcopalem dignitatem: qui tamen, à summo illo fastigio, miserabiliter ab ipso diabolo deiectioni sunt, & in errorem prolapsi. Imitatur, in hoc Sathanas aduersarius noster tortorem, qui latronem suspendio interficiendum, manu apprehendit, & ad fastigium scalæ per gradus subleuat: tamē vt inde validius deiciat & precipitet. Eleuati sunt ad modicum (inquit Iob, de peccatoribus agens) sed non subsistent, quasi summitates spicarum conterentur. Spicæ enim quæ alijs supereminent, & quasi in altiori loco & eminentiori constitutæ sunt, maiori periculo sunt expositæ, nam primæ leduntur grandine, refecantur falce, & teruntur plaustro. Eleuantur quidem interdum peccatores, honoribus afficiuntur, in dignitatis altitudine collocantur, verum ad tempus & ad modicum hoc illis contingit, nō enim diuturno tempore acquisita prosperitate gaudebunt, quin potius conterentur, quasi infructuosæ spicæ, & ab statu quem in dignè possident, deiciuntur. Inimici verò Domini, mox vt honorificati fuerint, deficientes quemadmodum fumus deficient. Notat Innominatus, quod benè sicut fumus exaltari dicuntur, quia fumus quanto altius exaltatur, tanto plus euanescit, ita euenit malis, quibus, quanto gradus est altior, tanto grauior est casus. D. Grego. super illo verbo: Iob. 38. Eleuasti me quasi super ventum ponēs elisisti me, sic inquit, Quia præsentis vitæ gloria, quasi in alto

ce in

cernitur, sed nulla stabilitate solidatur, velut cleuatus super ventum ponitur, qui de prosperitate transitoria lætatur, solum hunc fugitiuæ felicitatis aura subleuat, vt repente deterius in infimis sternat. Suggestit diabolus Christo, quem ad templi fastigium ascendere fecerat, vt inde se demitteret, tamen vicit hanc tentationem armis scripturæ sacræ se muniens. Est enim scriptura sacra firmissimum scutum, in quo nequissimi hostis tella recepta confringatur. Quare protexit se illis verbis ex Deutero. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum. Vbi D. Hiero. ait, falsas de scripturis diaboli sagittas, veris scripturarum frangit clypeis.

Videns diabolus, quod hac tentatione superare illum non poterat, & quod iam secundo fuerat victus, tertiam arripit auaritiæ lanceam. Duxit enim illum in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna mundi & gloriam eius, dixitque illi. *Hec omnia tibi dabo, si cadens in terram, me adoraueris.* Quis hic non miretur fratres Demonis audaciam? Qui eum, quem verum esse Deum, & creatorem suum suspicabatur, tali tentatione fuerit aggressus. Hortatur enim, & postulat ab eo, vt genuflexus eum adoret. O ambitiosum animum, o superbum & execrandum Sathanæ ingenium, non vereris nequissimè hoc ipsum cogitare, talia verba proferre? Verè enim de te & tuis sequacibus scriptum est. Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper. Sed observa, quod in his tentationibus, quædam quasi gradatio & malitiæ intensio reperitur. Prins ab eo petijt, vt lapides in panes transmuraret, deinde, quod se daret precipitem, & tandem, quod illum adoraret. Vide Demonis in tentando astutiam, initio quidem leuia suadet, sed in fine grauiora: vt de peccato leui, in magna flagitia prolabaris. Suadet tibi, vt cum virgine, vel aliena vxore, conuersationem habeas, quod illam visites, deinde quod manum eius apprehendas, & tandem quod stuprum, vel adulteriū cum ea cōmittas. De radice colubri

egre

*Diabolus exultat ad dejectionem.*

*Simile.*

*Iob. 24.*

*Laus impiorum breuis.*

*Psal. 36.*

*Deuter. 6*

*Demonis superbia.*

*Psal. 73.*

*Diabolus à minoribus ad maiora procedit.*

*Esai. 14.* egredietur regulus: & semen eius absorbens volucrem. Septuaginta sic habent. Ex semine serpentum egredientur gemina aspidum, & gemina eorum egredientur serpentes pennati. Itaque, ex simplici serpente aspis nascetur, & ex aspide, Ceraustes siue serpens pennatus. Est enim serpens is de quo loquitur, tam pernitiosus apud Aegyptios, quod solo afflatu, omnia obuia necat. Per quem loquendi modum, extremum exitij genus intelligit. Sic quippe saepe numero contingit, quod ex minori inconuenienti & malo, ad maiora procedamus, & qui leuiores culpas contemnit, in maxima flagitia prolabatur. Malis enim in suis principijs obuiare debemus, ne cum ad summum malitiae deuenerint, illis mederi non possimus. In Cantate bat sponsus. Capite nobis vulpes paruulas quae demoliuntur vineas. Non quod vulpeculae illae adhuc tenerent aliquid nocumenti vineis afferre possent, sed ne postquam ad incrementum venerint, vineas demoliantur. Sic malis in suis principijs occurrendum est, ne postea de eorum remedio oporteat desperare.

*Luc. 4.* Non est hic silentio praetereundum, quod Euangelista Lucas hanc historiam referens, aduertit. Inquit enim, quod ostendit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis. Super quibus verbis inquit. D. Ambrosius. Et bene in momento temporis saecularia & terrena demonstrantur: non enim tam conspectus celeritas indicatur, quam caducae fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa praetereunt, & saepe honor saeculi abiit antequam uenerit. O quam transitoria & breuis est omnis mundana profperitas: omnia enim quae uidentur, corruptioni & interitui sunt obnoxia, & temporalia cum sint, transiunt cum ipso tempore. Praeterit figura huius mundi inquit D. Paulus. Sunt figurae, quae habent esse permanentes, & per aliquod temporis spatium duratione perseverant, sicut sunt quae in pariete, uel tabulis sunt depictae: uerum sunt aliae, quae esse permanentes non habent, sed successiuum & instabile, sicut sunt figurae & imagines quae in speculis representantur.

Videbis in crystalino speculo urbem quandam representatam, muris circumdatam, turribus ornatam, & supremis permagnificisque edificijs constantem. Apparent ibi homines, belluae, & plantae: & tamen in ictu oculi, si tantisper ammoueas speculum, & in alteram uertas partem, omnis illa imaginum pulchritudo deletur. Talis est mundana gloria, est quidem non permanens & diuturna, sed transitoria, quae quamcitissime disparet & finitur. Vbi est nunc oppulentissimum illud Babyloniorum regnum, quod in Nembroth habens initium, in Balthazare finitum est? Vbi Persarum inclita fortitudo, quae in Dario Alexandri hoste fuit prostrata? Vbi magni Alexandri & Graecorum imperium, quod per decem continuos annos, non sine magna humani sanguinis effusione continuatum est? Vbi Romanorum monarchia quae felicissimis omnibus, & auspicijs in Romulo cepta, tandem a Gentibus ad Ecclesiam est translata? Equidem omnia haec eternitatem uidebantur promittere, nec habitura finem, apparens eorum gloria: tamen, non esse permanentes habebant, sed successiuum, non firmum sed instabile & temporali subiectum. Perbelli Theophrastus pulchritudinem mundi, fraudem mutam appellauit, & Socrates hanc pulchritudinem, breuissimam tyrannidem dixit. Quanti enim seducti, mundi tyrannidem sequuntur, & fallacem eius pulchritudinem quaerunt. Propheta regius hortatur nos ad contemnendas mundi fallacias, dicens: Beatus uir qui non respexit in uanitates & insanias falsas. D. Hiero. sic uertit ex Hebraeo. Et non est auersus ad superbias, pompasque mendacij. Non est auersus, inquit, quia saeculi uanitates nos separant a Deo, & a uia uirtutis auertunt. Et dicitur mendax mundi pompa & fallax, quia fallit nos & seducit, non enim praestat quod promittit. Promittit requiem, & dat laborem, promittit gaudium, & dat curam, promittit diuturnitatem, & durationem, & nihil est instabilius & fugatius. Fuit tempore Octauiani Augusti quidam insignis pictor, qui tabulam manu sua depictam & lingu-

*Theophrastus.*

*Psal. 39. D. Hiero.*

*Mundus mendax. Refert. Philipp. in suis commentibus.*



singulari arte elaboratam ei obtulit, in qua erant depi-  
cti omnes illi principes, qui mundi celebres nomem suū  
immortalitati cōmendauerunt. Inter hos in loco eminē  
tiori erat idem Octavianus, tanquam eorum princeps.  
In parte verō inferiori tabulæ erāt omnes tyranni imma-  
nitate, & sceleribus notati, quorum princeps erat Phala-  
ris rex Siciliæ. Cum Augustus oculos in tabulam conie-  
cisset, picturam miris laudibus extulit, sed inuentionem  
damnauit. Duo emin in ea reprehendit, alterum, quod  
Phalaris tanquam tyrannorū Princeps collocaretur, cū sa-  
pientes viros amore, & honore profecutus fuisset, alterū  
quod ipsum Octavianū adhuc viuentem, Principem cō-  
stituerit mortuorum, qui ob res præclare gestas, eam me-  
moriā reliquissent, de qua nulla etas cōticesceret: nam  
durāte vita, nullus erat homo quātumuis in excelso dig-  
nitatis gradu cōstitutus, qui non posset, & á sublimi mū-  
di gloria, & ab insigni virtute præcipitari. Ecce intellexit  
hic ethnicus, quā fallax sit mundi gloria, quā fu-  
gax, & nullam diuturnitatem promittens. Quod si mū-  
di gloria nobis pulchrior apparet, & speciosior, ideo est,  
quia non nudis oculis, sed per conspiciia eam contem-  
plamur, *u ramosla con antojas*. Quare dignitas, & publi-  
cus magistratus tibi bonus ac maximè conducibilis vide-  
tur? Equidem, quia illum per conspiciia affectionis, &  
ambitionis contemplaris, si enim absque affectione illū  
aspiceres, laqueū eile tuæ perditionis, apertissimè vide-  
res. Quare aurum & argentum, tam bonum, & pulchrum  
tibi videtur? Quia illud conspiciijs auaritiæ, & cupidita-  
tis inueris, aliter lutū tibi videretur. Ultio etiam tibi  
bona videtur, eo quod conspiciijs iræ eam contēplaris.  
Tolle, tolle, ó homo conspiciia, & nudis oculis omnes  
mundi vanitates intuere, & tunc intelliges, quā fallaces  
sint, quā transitoria, & breues, & quā cito transit  
omnis earum gloria.

*Vade retro Sathan, scriptū est enim, Dominum tuum adora-  
bis, & illi soli seruias.* *Visa Sathanæ audacia, qui in alijs  
patiēns*

patiēns fuerat, ad vbi vidit diuino honori derogari, seue-  
ritate eum repellit, vt doceat nos, longe à nobis esse abi-  
gendos hereticos, qui Sathanæ ministri sunt, & verū Dei  
cultū corrumpunt. Philo libro de specialibus legibus, occi-  
dendos monet eos, qui lethifera venena conficiunt, &  
lōgos morbos procurant, cū aliquando satius sit mori,  
quā sic viuere, ita agendum quoque in magos, & ariolos  
legislator ait. Non finet procrastinari vénéficorū sup-  
plicia, sed absque mora curabit exigi. Quod si Arioli, &  
magi tali censura inuruntur, quanto magis hæretici, qui  
diuino cultui, & Christianæ religioni omnino sunt con-  
trarij?

*Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli eccefferunt, &  
ministrabant ei.* Petierat Sathanas, vt adoraret eum Chri-  
stus, & accesserunt Angeli, & ipsum Christum adoraue-  
runt, vt ostēderet, & quod Christus erat Deus, & quod  
solus Deus est adorandus. En fratres Christi victoria,  
ecce insignis eius triumphus, ob oculos mentis nostræ  
hodiæ proponitur, vt ducem nostrū imitemur, & quē-  
admodum ille Sathanæ tentationibus restitit, sic nos  
pariter resistamus. Ingentes illi agamus gratias quod ty-  
ranum hunc deuicit, quod vires eius confregit, quod mo-  
dum deuincendi illum, nos docuit. Dicamusquē cum re-  
gio vate: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet  
manus meas ad preliū, & digitos meos ad bellū. Que me  
da liciones de guerra, y me enseña la postura de los dedos. Mo-  
dus vincendi aduersarium est resistendo illi, & in fortis-  
simo diuini Verbi clypeo, omnia eius tella profigando:*  
*sic fiet, vt victoriam per Christi gratiam re-*

*portantes, gloria coronam  
mereamus.*

*Hæretici  
abigen-  
di.  
Philo.*

*Psal. 17.*

# FERIA QUARTA post primam Dominicam.

## CONCIO.

*Generatio mala & adultera, signum quarit,  
& signum non dabitur ei, nisi signum Iona  
Propheta.*

Matthæi. 12.



C C E D V N T hodie scribæ  
& Pharisei ad Christum, vt ab eo  
prodigia, & signa de cœlo postu-  
lent, quibus verum esse Mesiam in  
lege promissum, ostendat: Quos  
verbis asperis reprehendit, & con-  
fundit, generationem malam, & a-  
dulteram, illos appellando. Et qui-

dem eorum postulatio, mitiora verba non exigebat, sed  
tali responso fuit digna. Nam aduentus filij Dei in mun-  
dum, non adeo fuit occultus, quod multis retro sæculis,  
non fuerit præuentus, & cœlestibus Prophetarum ora-  
culis anunciatus. Non enim decebat, quod tanti regis  
aduentus, mundus esset ignarus, & non potius per ora  
Prophetarum admonitus. Hinc est, quod ipse Dominus  
per Oseam inquit. cap. 12. Ego loquutus sum per Prophe-  
tas, & ego visionem multiplicavi eis, & in manibus Pro-  
phetarum assimulatus sum. Non poterit causari mun-  
dus, quod mei aduentus fuit ignarus, quod Deus sim abs-  
conditus, & mei notitiam non habuerit, & ideo non re-  
ceperit: nam ego loquutus sum per Prophetas. Ab initio  
enim sæculi, ora Prophetarum solui, vt aduentum præ-

dica-

*Aduentus  
filij Dei,  
Prophetis  
præuncia-  
tus.*

*Oseæ. 12.*

dicerent, & hominibus predicarent. Sed & in manibus  
Prophetarum assimulatus, & depictus sum, vt nullus ig-  
norantiam allegaret. Quando inter principes aut reges *simile*  
matrimonium celebratur, solent qui matrimonio sunt  
iungendi, similitudines, & imagines facierum, ad inui-  
cem sibi mittere, vt interim, aliqualem sui habeant cog-  
nitionem. Sic mihi Deus fecisse videtur. Cum enim  
naturæ nostræ humanæ esset desponsandus, & per vnio-  
nem hypostaticam in vnitatē personæ iungendus, ima-  
gines, & exemplaria per medium Prophetarum misit  
in quorum manibus assimilari voluit, vt per adaptatio-  
nem exemplarium, in eius notitiam possemus peruenire.  
Inter alias verò imagines quibus delineari voluit, nō  
imfimum tenet locum, quæ habetur apud Esaiam. 35. *Esai. 35*  
Vbi ad literam de eius aduentu, & miraculis loquitur,  
dicens. Deus noster veniet, & saluauit nos, tunc aperi-  
tur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc  
saliet sicut ceruus claudus &c. Ac si diceret, hæc sunt  
veri Mesia delineamēta, hæc illius figura, & efigies, qua  
agnoscendus est. Quando videritis in mundo aliquem  
hominem hæc miracula faciētem cæcos illuminantem,  
& aures surdorum aperientem, linguas mutorum solu-  
entem, & claudorum membra solidantem, illum in  
Deum recipite, & agnoscite illum esse saluatorum in le-  
ge promissum. Fuerunt namque miracula, signa qui-  
bus Deus erat agnoscendus, & regalia sigilla quibus euā-  
gelica veritas obfirmanda erat, vt ab omnibus crederetur.  
Sicut enim regales literæ a nullo & sigillo Regis  
obfirmantur, vt fidei faciant, & iudex videns literas obfirmas  
exosculatur eas, & in obedientiæ signum capiti superimponit;  
sic Deus veritates illas quæ captum nostræ  
mentis excedunt, sigillo miraculorum obfirmare solet,  
vt nemini de illis dubium possit subire. Hoc sigillo  
firmavit veritatem suam Deus, quando misit  
Mosem ad Pharaonem, vt populum suum de captiui-  
tate edduceret. Dedit enim illi potestatem, vt coram

*Esai. 35*

*Veri salua-  
toris signa*

*Miracula  
sigillum  
Dei.  
simile*

H regē,

Exod.7.  
Esaï.7.

rege, & omni populo, innumera ederet miracula, vt sic fidem illi adhiberent. Ego, inquit, multiplicabo signa & ostenta mea in terra Egypti. Et in Esaia legimus, quod cum Rex Syriæ, & Rex Samariæ contra Hierusalem armata manū pergerent, ex quo impius Achaz magnum timorem conceperat, & omnis populus penè de salute sua desperauerat: Esaïas ex mandato Dei, Achaz in coluomitatem promittebat, dicens. Vide vt sileas, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium. Cū verò Rex impius & idolatra verbo Dei fidem non adhiberet, ait illi Propheta. Pete tibi signum à Domino Deo tuo siue in profundum inferni siue in excelsum supra. Si verbis nudis non credis, ad opera, & miracula deueniamus, quibus diuinum verbum confirmari solet. Vis vt scindatur terra, & grandi hiatus inferi pateant, qui in corde terræ esse dicuntur, aut vt aperiantur cœli, & aliquis beatorum appareat?

Psal. 67.  
Apostoli  
ex miracu  
lis cogno  
uerunt Chri  
stum.

Ex his signis & miraculis Apostoli Christum esse Deū cognouerunt, & illum sunt sequuti: iuxta illud à Dauide prædictum. Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psalentibus. Per Principes, qui præuenerunt in occursum Christi Apostolos intelligit, qui Principes Ecclesiæ sanctæ constituti sunt. Hi nimirum, visis & consideratis Christi gressibus, & stupendis miraculis, quæ solus Deus operari poterat, exierunt illi obuiam, simul cum Ecclesijs particularibus, quæ timpanistræ iuuenulæ dicuntur, propterea quod instrumentis musicis Deum laudabant, & illum verum esse Deum in lege, & Prophetis promissum planè professe sunt. His etiam signis persuasus Nicodemus legis doctor, & in sacra scriptura non mediocriter versatus, ad credendum motus est. Venit enim ad Iesum nocte, & ait illi: Rabi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Sed verba doctoris huius perpendamus, & interrogemus eum, quomodo

Ioan. 3.

quomodo dictum illud intelligat, quod nemo potest illa signa facere quæ faciebat Christus, nisi fuerit Deus cum illo? An nisi fuerit cum eo per gratiam? Et hoc quidem magnum non est Christo, cum sic fuerit etiam cum iustis? An nisi fuerit cum eo per specialem modum essendi hypostaticæ vnionis? Et hoc certè non videtur necessarium ad signa illa patrandam, cum similia fecerint Prophetæ cum quibus tali modo non erat. Verum enim verò, vtroque modo potest intelligi, nisi enim Deus cum eo esset per gratiam non concurreret cum illo ad tot mirabilia operandum in testimonium suæ Deitatis, quia Deus non potest esse testis mendax. Non enim est Deus quasi homo, vt mentiatur. Apellatur namque fidelis, & verax, & hoc est vexilli sui insignis sicut ex Apocalypsi patet. Vnde est celebre illud Ricardi dictum. 1. de Trinitate. capit. 2. Domine si error est, à te decepti sumus: nam tantis signis confirmata sunt, quod non nisi per te fieri possent. Et nisi cum eo esset per assumptionem carnis, miracula quæ faciebat, propria virtute & autoritate, non fecisset, sicut faciendi imperium ostendebat. Facere namque miracula ex propria virtute, & imperando, hoc soli Deo reseruatum est. Fecerunt quidem miracula Prophetæ, fecerunt & sancti. Nam Moses virga culices, & ranas produxit in Aegypto, diuisit mare, & aquam ex petra edduxit. Helias, ignem de cœlo fecit descendere, Heliseus mortuum suscitauit, & quod magis admirari debes Diuus Petrus vmbra sua curabat infirmos: at omnes illi, non virtute sua sed Dei, miracula faciebant: Christus vero, propria autoritate, sicut modus faciendi ostendebat, vt Sanctus Thomas inquit, nam non orando, vt sancti, sed imperando vt Deus, ex quo eius diuinitas potuit deprehendi. Insignis ille pictor Appelles tantum ab antiquitate celebratus, venit Rhodiū ad visendū Protogenem eiusdem artis opificem

Numero.  
23.  
Appoc. 19.

Ricardus.  
Refertur  
ab Scoto  
in prol. q.  
2. art. 8.  
Facere mi  
racula ex  
propria  
virtute so  
li Deo con  
uenit

S. Thomas  
3. p. q. 43.  
art. 4.  
Erasmus  
in Apoph.

Appelles,  
ex linea  
cognitus.

petit Appellis officinam, & cum eum non inuenisset, in tabula quæ picturæ aptata erat, arrepto penicillo, lineam ex colore duxit, dixit quæ officinam custodienti: dicite Protogeni, quod qui fecit hanc lineam, eum quæsitum venit. Reuerso protogeni. quæ gestæ erant, auus indicauit. Mox ille induxit alio colore subtiliorem lineam, anui quæ mandauit, vt si rediret hospes, diceret ostensa linea, hic est quem quæris. Reuertus Appelles, & lineam admirans, vinci erubescens, tertio colore, lineas secuit, tanta dexteritate artis, quod nullum reliquit amplius subtilitati locum. Quapropter, Protogenes victum se confesus, ait. Profecto Appelles Rhodum venit: nec enim in alium cadit tam absolutum opus. In quo, obsecro, Appellem cognouit Protogenes, quem adhuc nunquam viderat? Dicetis forsan, quod in pictura, & linea, nam ex minimo vestigio, potest deprehendi artifex. Nonne alij pictores lineas depingebant, quomodo ergo ex linea potuit cognosci? Equidem verum est, sed non ea subtilitate qua Appelles, non ea artis peritia. Ex quo (vt ad rem deueniamus) potuit cognosci Christus? Ex quo, ni cæcutirent Pharisei, qui hodie ab eo signa petunt, possent illum agnoscere, & eius diuinitatem intelligere? Equidem ex linea, ex manuum suarum operibus ex tot miraculis ab eo factis, quæ nemo alius fecit. Nonne Prophetæ, & sancti similia operati sunt? Sunt qui sem similia operati, sed non eo modo mirabili quo Christus, non ea faciendi autoritate, imperando scilicet, quasi totius naturæ author. Paralitico, Tolle grabatum tuum & ambula, leproso, Volo, munda, quatriduano fetenti, Lazare, veni foras. Ex quo quidem habemus, quanta sit Phariseorum, & scribarum cæcitas, quam impudens eorum petitio, qui post tot miracula, quasi hæc insufficietia essent, ad diuinitatem suam probandam, noua miracula & prodigia hodie,

ab

ab eo accedunt petituri. Magister, volumus à te signum videre.

*Voluimus signum videre.* Quænam signa sint hæc, quæ Pharisei quærebant, ex Euangelista Marco possumus agnoscere, qui dicit fuisse signa de cælo, id est, magna prodigia, & portenta. Volebant, inquit Ericus, vt vel in morem Helia, ignem præciperet descendere de cælo, vel etiam in similitudinem Samuelis, æstiuo tempore faceret mugire tonitruum, corruscare fulgura, imbres ruere, tanquam illa quæ Dominus fecerat, non de cælo fuissent, sed opera potius Beelzebub. Vbi quasi in speculo, ingenium indurati animi, possumus intueri. Nunquam enim indurato animo, & in vitijs obstinato, vel ad non credendum, vel ad non operandum, aliquis de erit color. Viderant Pharisei illud stupendum opus, curationem, inquam, Dæmoniaci illius, qui mutus, cæcus erat, & surdus, miraculum triplex, in quo quatuor continentur mirabilia: audierant rationes illas efficacissimas, quibus Dominus ostēderat, quod non in Beelzebub, sed indigito Dei, Dæmoniū eiecerat: & tunc quali miracula hæc vilipendentes, alia signa de cælo quæruunt. In hoc propriè reprobatorum, & obstinatorum hominum animus dignoscitur, quando beneficijs Dei peiores fiunt, & ad tantam cordis duritiem pervenerunt, quod nullum mediū ad eos conuertendos est efficax. In quo quidem Sathanae mores, quem imitantur, referunt, cuius obstinatum ingenium in libro Job depingitur. c. 41. Cor eius indurabitur, quasi lapis, & quasi malleatoris incus stringetur. Parum visum est illi, cor Dæmonis lapidi cōparare, quia lapis, etsi semper dure scat, tamen malleo cōteritur, quare malleo verbi Dei posset cōteri. Verbum namque Dei, quasi mulleus est conterens petras. Quapropter addit: Et quasi malleatoris incus stringetur. Habet hoc incus malleatoris, quod quanto magis percutitur malleo, tanto magis stringitur, & induratur. Tale est ingenium Diaboli, & tale eorum qui eius viam sequuntur, quod

Marci. 8.

Ericus

Obstinat  
animi in  
dicium.

Job. 41.

Ieremiae

23.

Miracula  
Christi, in  
quo à Pro  
phetarum  
miraculis  
distingue  
bantur.  
Ioh. 5.  
Matth. 8.  
Ioh. 11.

maleo verbi Dei, non conteruntur, inspirationum istibus fiunt duriores, & quod deberet esse anthidotum, & medicina, in venenum illis conuertitur. Quod quidem, ex obstinatione sua habet ortum, & ex inueterata consuetudine quam in peccando habent. Ethiopem vel Arabem considerate, in Ethiopia, & Africa natum, quem solis ardor, cœlorum inclementia, & hyemis intemperies deformauerit, & cuius cutem aduferit, quanta cum difficultate, ad natium nitorem posset restitui. Hoc enim velle, esset Ethiopem lauare quod aiunt. Vnde difficultas hæc prouenit? Non quidem à natura, cum posset contingere, quod ille sit albus, sed ab inueterata consuetudine. Hinc prouenit in aliquibus (proch dolor) difficultas conuertendi se ad Deum, & dimittendi peccata, ex inueterata enim peccandi consuetudine, profundas in peccatis radices misserunt, & ad statum obstinationis peruenerunt, quæ si non tollit arbitrij libertatem, tamen extorquet eam, & valde diffilem reddit ad bonum. Iierem. c. 13. Si potest Ethiops mutare pellē suam, & pardus varietates suas, ita & vos poteritis esse boni, cum didiceritis malum. Pardus, cum à natura maculas quasdam in pelle habeat, cum summa difficultate possent ab eo auelli, nam etiam si nouacula pillos eius radicitus, abscindas tamen statim à natura ipsa reproducentur. Sic qui aliqua praua consuetudine infectus est, & in aliquo vitiorum genere obstinatus, difficulter ab eo auellitur tale vitium, quod si nonnunquam nouacula confessionis abscindatur, tamen regeneratur, & pullulat, nisi maxima apponatur cura, & diligentia Lib. 2. Reg. cap. 20. memoriæ proditum est, quod cum Dauid, videns Saulis persecutionem, statuisset animo, à facie eius fugere, prius cum Ionata de hac re consilium inuit: Qui volens explorare Saulis animum, & determinationem, iussit illi, vt crastina die, iuxta lapidem Ezel federet, & ibi esset absconditus, vt animum Saulis illi significaret. Dedit autem illi hoc signum.

Ego,

Ego, inquit, tres sagittas mitam versus illam lapidem, quasi exercens me ad signum. Si dixero puero: ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tunc veni ad me, quia pax tibi est, & nihil mali accidet. Si autem sic loquutus fuero puero. Ecce sagittæ ultra te sunt, malum signum est, vade in pace, quia dimisit te Dominus. Itaque, ex his verbis habemus, quod sagittas prope puerum cadere, signum salutis, & securitatis erat, at sagittas ultra illum esse, & per altum volare, signum erat mortis, & quod Deus illum dimisisset, cum potius signa è conuerso significare videantur, nam sagittam circa illum cadere, signum videtur esse mortis, & sanguinis, sed sagittam longe signum aberrare, & per aerem ferri, signum securitatis & salutis. Verum tamen, noluit Spiritus Sanctus, cuius afflatu hæc fiebant, sed quod signa mutarentur, vt aliquod magnum mysterium hic latens nobis adumbraret, scilicet, quod aliquem percuti sagittis diuini verbi vel suppletiorum eius, signum salutis sit & pacis, signum prædestinationis, & dilectionis Dei. At quod huiusmodi sagittæ effectum suum non fortiantur, sed quod semper procul à peccatore cadant, pessimum signum est, signum, inquam, reprobationis, & obstinati animi. *Que salgan siempre abiessas las saetas de Dios, y que nunca hieran más señal.* Sagittæ quidem Dei acutæ sunt, & ad vulnerandum corda peccatorum aptissima. Dicitur enim de illis: Sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent. Et cum tot quotidie aduersum te frater sagittas iaciat, inspirationum, vocationum, & diuini verbi, tu tamen in tua duritia perseueras? Et quod tot iacula de manu Dei missa, nullum in te effectum fortiantur, & nullâ ex te sanguinis guttam effundant, quod maius reprobationis argumentum? Sic quidē cōtigit Pharisæis, & scribis, qui post tot signa facta, post tot beneficia suscepta, post verbū illis prædicatū, adhuc in sua duritia, & obsti-

H 4

natio-

*Prava peccandi consuetudo.*

*Iere. 13.*

*1. Reg. 20. Figura.*

*Signum obstinati animi.*

*Psal. 44.*

natione perseverantes, noua miracula, & signa postulant.

*Generatio mala, & adultericia, signum quærit, &c.* Mirabile quidem est, quod tam acriter eos respondat, cum signa postulaturi accedant. Præsertim cum tanta sit huius agni mansuetudo, quod dulcedo melis sit sub lingua eius, & fauus distilans labia illius. Sane, ut pulchre D. Chrysost. ait, cum ei conuiciabantur, mansuetè respondebat. Ego Dæmonium non habeo, & vos inhonorastis, & cum eum alapa percuferunt, respondit. Si male loquutus sum testimonium perhibe de malo, si autem benè, cur me cedis. Quid mansuetius his responsionibus? Et tamen modo, cum verbis, eum loquuntur lenibus, & pacificis, conuiciose respondet? Quid hoc est Domine, quando malè, benè, & quando benè, malè? *Quando os affrontan los honrrais, y quando os honrran los afrontais?* Vtique, inquit Chrysost. quando iniurijs afficitur, mansuetè respondet, & quando eum adulantur, conuiciose, ut ostendat se vtraque passione superiorem, quod neque conuictijs, & ira deducitur, neque adulatione mollitur. Sic nos debemus facere, in iniurijs mansuetos nos ostendere, & in assentionibus, rigidos. Felix qui cum Propheta regio, dicere potest. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum. Per oleum peccatoris, adulationem intelligit, quæ blanda est, & corda stultorum hominum demulcens. D. Hiero. pro oleo peccatoris, oleum amaritudinis vertit. Sed quomodo adulatio, quæ dulcis est & suavis, & quasi blandum, oleum corda audientium penetrans, oleum amaritudinis appellatur? Et quidem vtrumque habet adulatio, & dulcis est, & amara, dulcis quia delectat, amara, quia cor decipit, & iudicium rationis peruertit.

Docentur etiam ex hoc loco concionatores diuini verbi, quomodo circa plebem se debent habere, nec semper dulciter, nec semper acriter loquendum est, sed modo

modo blandè, allicendus est peccator, modo asperis, & comminatorijs verbis reprehendus. Argue, obsecra, increpa, ait. D. Paulus, ad quendam concionatorè scribens. Obsecra verbis pacificis, & blandis audientes alliciendo, sed non semper obsecrandum est, & verbis mitibus loquendum: argue etiam & increpa, peccatorem terrendo, & supplitijs æternis comminâdo. Angeli, quos vidit. D. Ioannes Apocalip: 15. docent nos, quomodo minister verbi Dei se debeat gerere. Inquit enim, quod vidit septem Angelos habentes citharas Dei in manibus suis, & cantantes canticum Moyssi ferui Dei, & canticum agni. Finita autem musica acceperunt septem phialas aureas plenas iracundia Dei viuentis, quas fuderunt super terrâ. Per hos Angelos, ministros verbi Dei, non incongruè possumus intelligere: nam debet concionator Angelus esse, vite sanctitate & puritate. Hic quidè Angelus citharam scripturæ sacræ percutiens, dulciter modulatur & canit, non solum canticum Moyssi, per quod vetus testamentum intelligit, sed etiam canticum agni, per quod nouum testamentum, & sacrosanctum Christi Euangelium debemus intelligere, nam ex vtroque cantico concionatoris musica componi debet. Percutiat concionator hoc communè instrumentum, & tanquam spiritualis citharædus, eloquentia, & eruditione animos auditorum demulceat, & suspendat: verum, non sit omne suum studium aures demulcere solum, animum oblectare, & in sui admirationem & laudem omnium ora conuertere. Arripiat etiam phialas iræ Dei viuentis, & effundat eas super terram. Reprehendat vitia, eradiat mores, loquatur ad cor, comminationem mortis, iudicij & inferni, quasi phialas iræ Dei viuentis, super obstinatorum animos effundat, ut sic animus peccatis resipiscat, & ad Deum conuertatur. Dolendum quidem est fratres, & sanguineis lachrimis deplorandum, quod cum sint tot concionatores citharâ percutientes, sint tam pauci phialas effundentes. Omne concionandi tempus in pulsanda

D. Chryf.  
Ioan. 8.  
Ioan. 28.

Christus  
ira, & adu-  
latione su-  
perior.

Psal. 40.  
Adulatio  
fugienda.  
D. Hiero.

Locus pro  
concionato-  
ribus.

2. Tim. 4.

Apoc. 15.

Concior  
tor ange-  
lus debet  
esse in pu-  
ritate.

Debet vi-  
tia repre-  
hendere.

Ezech. 33

Her. 48.

Contra cō  
cionatores  
verbi Dei  
adulteran  
tes.Ecclesia  
calamita  
tes.

cithara insumunt, & nullum tempus relinquitur ad phā  
las effundendas & reprehenda vitia. *Todos su predicato  
res de qui arillo.* Quibus factum est verbum Domini qua  
si carmen musicum, quod dulci & suavi sono canitur. Et  
cum mundus vitijs, & abominationibus plenus sit, ipsi in  
eligendis floribus, curiositatibus explicandis, quibus au  
dientiu animos ad se possint attrahere, & cōuere, fru  
stra & in casum occupantur. Quibus illud Ieremix di  
ctum maxime adaptari potest. Date flores Moab, quia  
florens egredietur. Cōminatur ibi Propheta Moabitas,  
quod ab Aſyrijs sunt vastandi, & á Chaldeis nimis aſligē  
di propter propriam fidutiam, & Dei cōtemptū: & post  
quam vastationem & contritionem eius vaticinatus est,  
subdit dicens. Date florē Moab, quia florēs egredietur.  
Quæ verba, ironycos esse accipienda existimo. Quasi di  
ceret. Sic sic, offerre flores Moab. Nunc tempus erat of  
ferendi ei flores, quando tot imminent pericula? quā  
do Aſyrij & Chaldei vniuersam eius terram dissipant?  
Quando ciuitates eius ferro vastantur, & flamis exurun  
tur? Nunc quidem nō est tempus conferendi ei flores,  
sed conferendi arma quibus ab inimicis se possint  
defendere. Quis non videt hoc ipsum nostris tempori  
bus Ecclesie sanctæ contingere? Totus mundus posi  
tus est in maligno, & in maximis calamitatibus consti  
tutus. Vbique gentium grassantur bella, feruent arma,  
Hæretici pro maiori parte sponsam immaculati agni  
præoccupant & prædantur: diruuntur templa, religio  
contemnitur, & sanguis innoxius funditur: & tandem  
inter fideles ipsos peccata & flagitia passim commitun  
tur, & tamen concionatores verbi Dei, quibus tantarum  
calamitatum cura commissa est, flores & curiositates  
illi offerunt. Date flores Moab, possemus dicere, quia  
florens egredietur. Nonne ridiculum vobis videretur,  
si tempore belli, quando inimici ciuitatem aliquam ex  
omni parte circundant, & munitionibus & tormentis  
bellicis, eam proſternere & expugnare student: tunc  
milites

militēs & duces, qui eam debent defendere ex muro  
rum fenestris flores in inimicos proiicerēt? Inimici glo  
bos plumbeos, & ignitos proiciunt, ipsi vero floribus  
illis respondent. O execranda cæcitas? O summa mundi  
dementia. Mundus hæresibus, peccatis & flagitijs ex  
omni parte abundat, & in tantorum malorum remedium  
flores á predicatoribus nostre militiæ ducibus, postulat,  
magnam in prædicando eloquentiam, subtiles scripture  
sacræ interpretationes, varia Philosophorum appotegma  
ta, & quod detestabilius est etiam ridiculas facetias in  
concione desiderat. Docet ergo nos Christus, quod li  
cet aliquando concionator verborum suauitate & lenita  
te debet esse præditus, interdum tamen debet iram effū  
dere, & in peccatores exādescere.

*Generatio mala & adultera.* Non solum generatio  
nem malam eos vocat, sed etiam adulteram, vt quæ á  
Deo suo desciuerit, sequē varijs Deorū cultibus adiece  
rit. Sicut enim adultera spreto proprio viro alieno adhe  
ret: sic populus ille verò Deo relicto, alienos admitte  
bat, quod genus adulterij dicitur. Vnde Hesichius lib.  
6. in leuiticum. capit. 20. Quantum sensibile adulte  
rium malum est, tantum est intelligibile deterius, nam  
hi carni illi autem spiritui contumeliam faciunt, & si ho  
minibus isti, illi autem ipsi Deo.

Vel dicamus, quod generationem adulteram eos vo  
cet, eo quod á parentum virtute, & sanctitate declinaue  
runt. *Genes quea basur de ado de su antigua nobleza, y de la  
virtud de sus padres:* Hac eadem ignominia & contume  
lia impropere illis Esaias Propheta dicens. Attendi  
te ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci vnde  
præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum  
& ad Sarrā quæ vos peperit. Vbi septuaginta virorū tran  
slatio sic habet. Inspicite in solidam petram, quā excidi  
stis, & in foueam laci quā fodistis. Attendite ad Abrahā,  
&c. Quasi diceret. Petrā illā fundamētale Ecclesie Chri  
stum Dominum, quem excidistis, & vulnus lateris eius,  
quod

Hesich.  
Pharisei  
quare a  
dulteri di  
cantur.

Locus pro  
his qui dis  
cedunt á  
virtute pa  
rentum.  
Esai. 51.  
Septuagi.

quod lancea aperuistis considerate, & statim fidem illam  
 Abrahæ, qui videns diem eius gauisus est, ad memoriam  
 reuocate, vt confundamini, quod cum filij Abrahæ sitis  
 de quo tantum gloria mini: tamen ab eius virtute, & san-  
 ctitate, tam longe sitis. Ego quidem fratres (vt ad nosmet  
 ipsos nostra se conuertat oratio) cum ad hanc considera-  
 tionem deuenio, non possum valde non etubescere &  
 confundi. Quis namque non confundetur, aut cuius ge-  
 næ non perfundetur rubore, consi terans quantum a ma-  
 ioribus nostris degenerauimus? Gloriamur quidem de no-  
 mine Christiano, & gloriosissimos habuisse parètes, nõ  
 inani iactantia præsumimus: tamen pro dolor, quia ab  
 eorum iustitia, virtute & sanctitate longe absumus. Vbi  
 namque est illa iustitia? Vbi illa sanctitas? Vbi deuotio-  
 nis feruor? Vbi legis obseruatiã? Vbi virtutis zelus? Vbi  
 charitatis ardor? Antiquam illam Ecclesiæ sanctitatem,  
 & parentum nostrorum, a quibus spirituale genus duci-  
 mus, cum nostris deprauatis moribus conferte, & vide-  
 bitis quantum simus ab similes, quantum a recta virtutis  
 linea deuiemus. Refert Valerius Maximus de Scipione  
 ignobili rem memoratu dignam. Hic enim cum magni  
 Scipionis Africani esset filius, tamen in tanta domestica  
 gloria ortus, patri sui splendorem, tenebris vitiorum suo-  
 rum obnubilauit. Multa enim egit quibus a paterna  
 degenerauit gloria. Quapropter decreuit senatus, vt  
 anullum quem gerebat, in quo imago patris sui erat de-  
 picta, de manu sua detraheret. Non est passus senatus, vt  
 illud honoris insigne manu gereret, quod operibus suis  
 inhonorabat. Bone Deus, si propter nostra scelera, &  
 delicta, & propter infamia quæ quotidie committimus,  
 imaginem suam a nobis Deus esset ablaturus, quis est a  
 quo non optimo iure repereret? Gerimus Dei imaginẽ,  
 cum ad imaginem, & similitudinem suam creati simus,  
 & de tanta filiorum adoptione gloriamur: verum imagi-  
 nem quam gerimus, sceleribus nostris commaculamus,  
 & multum ab antiqua illa Ecclesiæ gloria & virtute de-  
 genera-

generamus. Sed heu, quis in hac parte Ecclesiæ vicis  
 non doleat? Quis ex corde non miseriam nostram deplorat?  
 Quomodo obscuratum est aurum mutatus est color  
 optimus? Splendor ille antiquus sanctitatis Ecclesiæ, pro-  
 maiori parte valde obscuratus est & mutatus: Vix enim  
 vestigium aliquod remansit. Ego Ecclesiã sanctã, hanc mo-  
 rum mutationem, & virtutis inopiam ad quam redacta  
 es considerans, lacrimas continere non possum, neque  
 a debitis gemitibus abstinere, quare cum Propheta Iobe  
 exclamabo dicens. Super montes assumam planctum, &  
 super speciosa deserti. Speciosa deserti comedit ignis.  
 Nolo nunc super populosissimas ciuitates plactum assu-  
 mere, nolo Babylonis perditionem deplorare, mens non  
 est super mundum hunc infelicem vitijs, & sceleribus  
 plenum lacrimas fundere (nam possem quidem tanta  
 occasione non parcere) sed solum super speciosa deserti  
 lamentabor, super illas antiquas religionum solitudi-  
 nes, quarum nostris temporibus vix reliquæ aliquæ, &  
 vestigia remanserunt. Vbi namque sunt antiqui illi Ana-  
 choritæ? Vbi sanctissimi eremi cultores, qui mundum  
 fallacem deserentes, in remotissimas solitudines se con-  
 ferebant? Vbi gloriosi illi Hilariõnes? Vbi Antonij, Pau-  
 li, Pathomij, Macharij, & qui solitudinem Egypti, deser-  
 tum Thebaydæ, & remotissimum motem Seratẽ inco-  
 lebant? Vbi gloria? Vbi virtus? Vbi ille mundi contemp-  
 tus? Vbi voluntaria illa paupertas, & omnium rerum ab-  
 dicatio? O rem omni dolore dignam, & super omnem  
 miseriam deplorandam. Speciosa deserti, inquit Prophe-  
 ta noster, comedit ignis. Ignis ille maledictus, ignis  
 pessimus, & detestabilis; qui in atrio Caiphæ ardet  
 ad cuius flammam Petrus calefactus, statim magistrum  
 suum negauit. Ignis inquam superbiæ, & ambitionis, &  
 ignis auaritiæ. Hic nempe ignis, speciosa, & amena deser-  
 ta religionis absumpsit, quidquid in ea pulchrum erat vi-  
 su oculis quæ delectabile magna ex parte destruxit, & co-  
 medit, ita quod iam deserta, illo antiquo nitore deserta  
 sint,

Ibreno. 4.

Ioelis. 1.

Religionis  
antiquæ  
cassus.Christia-  
ni, quan-  
tam ab  
antiqua  
parentum  
gloria de-  
uiauerint.Vale. lib.  
3. 6.



sint, & solitudines in corporis delicias conuersæ. O quæ  
tunc omnes à parètum nostrorum virtute degeneramus.  
Timeamus fratres, ne illud phariseis, & scribis dictum,  
nobis impingatur. Generatio mala & adultera, &c.

*Signū quartū, & signum non dabitur ei, nisi signū Iona Pro-  
pheta.* Sit glorificata diuina maiestas per sæcula, quod  
tale ac tantum signum illis, & nobis contulit, mortē sci-  
licet, & passionem filij sui vnigeniti. Nam sicut Prophe-  
ta Iona in mare fuit proiectus, vt cessaret tempestas, sic  
Christus in profundum passionis suæ proiectus est, vt  
reconciliaremur Deo, & peccatorum suborta tempe-  
stas, vniuersam nostræ naturæ terram inundans, cessaret.

**D. Hiero.** sermone in die festo Paschæ, figuram hanc  
sic explicat. Inquit enim, quod Christus velut in mag-  
nam ciuitatem Niniuem, ita in hunc mundum ve-  
niens, diem salutis, & præfinitum iudicij tempus an-  
nuntiauerit, deinde, quod nisi vt Iona Christus morti  
expositus non fuisset, Ecclesiæ nauis non saluaretur,  
tandem quod sicut Iona orauit: Tolle Domine animam  
meam: ita Christus, In manus tuas Domine, commen-  
do spiritum meum. Anastasius Synaita Commentar. in  
Examer. libr. 3. ad idem sic inquit. Te enim, ó Chri-  
ste, præfigurans Iona Propheeta, quando proiectus fuit  
in mare, tranquillitatem fecit vndæ, quæ mortem attu-  
lerat: quomodo tu idololatriæ totius marini interi-  
tus. Tuam enim mortem effingens, & resurrectionem,  
dormiuit in nauis, sicut tu in ligno crucis, & post som-  
nam proiectus fuit in profundum, tanquam in lacum  
profundissimi inferni, & sepulchri ballenæ. Et salutem  
præfigurans, his qui simul nauigabant in nauis Ecclesiæ,  
donauit nauis vt cessarent fluctus.

Fuit signum hoc Ionæ, quod Deus illis promittit, sig-  
num excessiui amoris, nam fuit passio eius, & mors, in  
qua infinitam suam misericordiam nobis ostendit. Nā,  
quod signum maioris dilectionis excogitari potuit,  
quam pro nobis mori, & sanguinem suum fundere. Hoc  
fuit

fuit illud signum, quod in nubibus cœli Deus præcepit  
apponi, vt deponeret conceptam iram, quando contra  
homines desuaret. Arcum meum ponam in nubibus,  
cœli, erit quæ signum fæderis inter me, & inter terram.  
Arcus hic Christus crucifixus est, & in modum arcus su-  
per salutiferum lignum extensus, quo inspecto, æternus  
Pater misericordia motus est, & omnem iram suam tem-  
perauit. Raab meretrix in fenestra domus suæ, signum  
coccineum apposuit, in modum vexilli, vt mediante illo  
signo domus eius, salua & incolumis seruaretur. Sic  
Deus in Ecclesia signum salutiferum crucis erexit, vt  
esset signum libertatis, omnibus fidelibus, qui in domo  
Ecclesiæ commorantur. De hoc signo prædixerat multo  
ante Esaias. Et leuabit signum in nationibus, & congre-  
gabit profugos Israel. Ad hoc enim hoc signum leuauit,  
vt omnes dispersos, tam ex Gentilitate, quam ex Iudaif-  
mo, quos ad beatitudinem elegerat, congregaret. Fuit  
signum hoc, quod in signum contradictionis fuit posi-  
tum, vt in eo omnes sagittæ diuinæ iustitiæ dirigerentur.  
Parauerat enim Deus contra miseros homines iustitiæ  
suæ arcum, vt regius vates testatur, & in eo mortis sagit-  
tas apposuerat, vt eos interficeret: & ad liberandum mû-  
dum, & ab harum sagittarum pluuia protegendum, filius  
eius vnigenitus medius stetit, in quem tanquam in sig-  
num, omnes eius sagittæ conuersæ sunt. Posuit me quasi  
signum ad sagittam, immisit in ierusalem meum filias pha-  
retræ suæ. Ponderemus amplius signi huius vim, & mise-  
ricordiã quã in illo Deus nobis ostendit. Habet Rex ali-  
quis, vnicum filium omni virtute, & sapientia præditum, reg-  
ni sui legitimum successorem & heredem, habet pariter ser-  
uum vilissimum, qui in Dominum suum manus violenter cõ-  
iecit, & illum vulnerare intendens, se ipsum vulnerauit. Ap-  
prehendunt eum & coniciunt in carcerem, dicuntque re-  
gi, illum in magno mortis periculo (nisi curetur) esse  
constitutum. Rex præcipit, nõ moriarur seruus, sed viuat,  
ab omnibusque vulneribus curetur. O Dñe, dignus erat  
seruus

Genes. 9.

Iosue. 2.

Esai. 11.

Psal. 70.

Iero. 50.

Simile.

Ionas,  
Christi  
figura.

D. Hiero.

August. s.  
uaita.Mors Chri-  
sti, amoris  
signum.

seruus hic pessimus singulari quodā supplitio, & quod erudeli, & inaudita morte damnetur: sed tamen ex vulneribus quæ ipse sibi intulit moriatur. Volo vt uiuat seruus meus, inquit Rex. Conueniantur chirurgi & medici, quibus illius curatio committatur. Cōueniunt medici in hoc, quod sunt quāmplurima remedia, sed inter omnia vnum efficacius est, & cæteris præstat, etiam si, prima facie stultum, & omnino à ratione, alienum esse videatur. Hoc autem esse, quod princeps moriatur, & ex sanguine eius medicina fiat, quæ vulneribus applicata, proculdubio integram sanitatem illi restituet. Bone Deus, si etiam hoc audito, rex diceret, uiuat seruus hic sine harum difficultatum præiudicio, moriatur filius meus, vt non moriatur seruus, fundatur eius sanguis vt ex eo fiat medicina ad serui vulnera curanda: nonne mirabilis videretur iste amor, nonne diceremus, quod seruus ille regem fascinauerat, & quasi insanire fecerat? O inestimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres filium tradidisti. Homo contra Deum, arma in paradiso arripuit, voluit Deum occidere (hoc enim peccatum ex se intendit, & ad hoc hominis dirigebatur gladius) non tamen potuit; quia, vt inquit Psalmista, Altissimum posuit refugium suum, & non accedet ad eum malum. Se ipsum percussit homo, & letaliter vulnerauit, quia iniquitas eius super ipsum descendit. Merebatur quidem, vt Deus exquisitissimis tormētis illum puniret, & æterna morte mulctaret, quod tamen non fecit, quin potius excogitauit medium, quo illum eriperet, & à morte liberaret. Et cum posset quidem alia media faciliora eligere, noluit tamen, sed sanguine proprii filij sui, vulnera eius curauit. O infinitus amoris excessus: O excessiua charitatis ebrietas. Quam rectè Seneca, inquit, quod amare & sapere, vix Deo conceditur. Plantasti Domine vineam, & velut alter Noë, ex illius vino inebriatus, nudus in ciucis tabernaculo dormisti. Factus sum, inquit per Ieremiam, quasi vit ebrius; & quasi homo madidus à vino. Quod

maius

maius amoris signum excogitari potuit. Hoc est signum misericordiae, & clementiae quod sub Ionæ signo, hodie nobis promittitur.

Est etiam signum hoc non solum misericordiae, sed etiam iustitiæ. Nam sicut Proheta Ionas fuit signum cōuersionis: quia, cum ad predicationem Ionæ, Niniuite idolatræ conuersi sint, ipsi tamen predicationē tantorum Prohetarum contemnentēs, in sua duritie, & obstinatione perstiterunt: sic Christus passus, & mortuus, fuit signū cōuersionis Gentilitati, quæ ad prædicationem euangelicam conuersa est, & reprobationis Iudæorum, qui visis tot miraculis credere noluerunt. Et hoc significant illa verba Christi redemptoris nostri. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista quia Niniuitarum comparatione, ipsi condemnandi sunt. Ad idem etiam est exemplum reginæ Sabba, quod in euangelio adducitur. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quam Salomō hic. Condemnati sunt enim in comparatione Niniuitarum, & Reginæ Austri: quia cum ipsi multo maiora beneficia de manu domini receperint, & maiora motiua suæ cōuersionis habuerint, tamen conuersi non sunt, nequē ad prædicationē Christi, & Apollolorum, pænitentiam egerunt. Adumbrata est hæc Synagoge reprobatio in Ieremia. c. 7. Nam præuidens Deus illius populi duritiam, & rebellem animum, præcepit Propheta, ut eorū omni populo, capillos capitis sui tonderet, & in terram proliceret, hæc verba proferens. Hec est gens, quæ noluit audire vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: perijt fides, & ablata est de ore eorum. Totondit capillos Propheta, & à se in terrā proiecit, significans, quod sic proiecturus esset Deus illum populum, quem sicut capillos capitis æstimabat. Et cōminatur illis Propheta, quod illorum fides erat peritura, & ab eis auferenda. Et nota, quod inquit

I auferere.

D. Grego.

Psal. 90.

Seneca.

Iere. 23.

Mors  
Christus,  
signum iustitiæ.

Matthæ.

12.

Iere. 7.  
Synagoge  
reprobatio.

sufferendam fore ab ore eorum, cum tamen fides, non in ore solū, sed in corde & in manibus esse debeat, quia illi fidem solum habebant in labijs, cum tamen operibus illi contradicerent: *Contradecisse de manos à boca:* Sed bone Deus, si populus hic tam seuerè iudicatus est, si à Niniuitis, & Regina Austri cōdenatus, eo quod Deū non audiuit, & disciplinam Euāgelicam Christi noluit recipere: si fides ab eis est ablata, eo quod in ore solū, & non in manibus illam habērent: quomodo nos securi esse possumus, qui in eadem dāpnatione cum illis esse videmur? Timeamus etiam, ne idem quod illis nobis contingat, & qui eadem, quæ illi committimus, eodem etiam supplicio puniamur. Nolumus enim vocem Dei audire, sed ad clamorem eius aures obturamus, disciplinam eius non recipimus, quia licet recipiamus verbo, tamen opere illi contradicimus & fidem quam profite-mur, ore tenus, & non opere suscipisse videmur, cum fidei quam suscipimus, mores omnino contradicant. Quid ergo nobis expectandum est, nisi quod viri Niniuitæ in die iudicij contra nos insurgant, & ab illis iudicemur? Ne ergo ad has depremamus angustias, ipsos Niniuitas imitantes, ex toto corde conuertamur ad Dominum, de nostris sceleribus pænitentiam agentes. Non aliud signum nostræ conuersionis præter signum Ionæ expectemus, scilicet Christum pro nobis passum & mortuum, quod quidem signum salutis est, signum reparationis humanæ, signum infinitæ Dei dilectionis, & gratiæ. Quam, &c.

**FERIA**

# FERIA SEXTA

post primā Dominicam.

CONCIO.

*Surge, tolle grauatam tuam, & ambula.*

Ioannis. cap. 5.



AM fuit periculosa & grauis infirmitas, quam homo per peccatum incurrit, quod tanquam mortifera pestis, aut contagiosa lepra, per vniuersam naturæ nostræ carnem, diffusa sit. Non enim in tota Adæ posteritate, pars aliqua relicta est, quæ huiusmodi lepra infecta non fuerit. Sic fatetur Esaias, vaticinij sui. cap. 1. Omne caput languidum, & omne cor merens, à planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas. Ab Adam primo nostro parente, qui toxius propagationis caput est, vsque ad nos qui quasi pedes sumus, non est, quem huiusmodi infirmitas non comprehendat. Tantū namque humor hic noxius super humanam naturam aggrauatus est, tā profundas misit radices, quod nulla terræ medicina curari potuerit, nullis humanis remedijs reparari: quare diuinis indiguit, & Deus de cælo sapientiam suā misit, vt de hominis ageret salute, & remedio, sine qua, nulli vnquam salus ad vitam potuit contingere. Fatetur veritatem hanc Salomon, qui capite nono libri sapientiæ de sapientia increata agens, sic inquit. Nam

Peccato  
Adæ, tota  
natura hu-  
mana in-  
fecta.

Esai. 1.

Sapient. 9.

Adā, à suo  
delicto e-  
ductus.

4. Reg. 4.  
Figura.  
Solutus Chri-  
stus lan-  
guorem na-  
turæ huma-  
næ potuit  
curare.

Luc. 10.

per sapientiam tuam Domine sanati sunt. quicumque placuerunt tibi ab initio. Hæc illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Et quidem, valde notandus est locus, quia nullus est alius intora scriptura sacra, ex quo deduci possit, quod Adam parens noster, salutem fuerit assecutus. Patet igitur ex hoc loco, quomodo per Christi merita, qui patris est sapientia, in omni statu, & in omni lege, his quibus salus contigit, fuerit collata: fuit enim Christi sanguis, pretiosum balsamum, quo originale vulnus, & omnia hominum delicta curata sunt. Adumbratum fuit hoc, primo, in illo Helisei factò, quòd habetur. 4. Regum. 4. Dicitur enim ibi, quòd cum nunciatum fuisset Heliseo, filium. Sunamitidis obiisse, misit Gieci puerum suum ad suscitandum illum, cui dedit baculū, vt super faciem defuncti apponeret: Quod cū fecisset Giezi, puer non surrexit, quousque veniens Heliseus ipse, & clauso ostio, cubiculum ingressus, incubuit super faciem pueri, quem proprio halitu suscitauit. Heliseus, salus Domini interpretatur, quare Christum Redemptorem nostrum mundi saluatorem significat, qui hominem ægritudine culpæ laborantem, imo per peccatum mortuum, ad vitam reuocauit. Præmisit nuncios suos Prophetas, qui ante faciem eius præirent, qui tamen ad salutem, & vitam homini restituendam nihil profuerunt, quousque tandem Heliseus, ipsa vera mundi salus, Verbum scilicet diuinum, naturam nostram mortalem complectens, per omniaquæ illi se adaptans diuinitatis suæ contactu illum suscitauit, & integræ sanitati restituit. Hoc ipsum Christus vita nostra, per Euangelistam Lucam, sub quodam verborum velamine, nobis significare voluit. Homo, quidam, inquit, ab Hierusalem in Hierico descendens in manus latronum incidit, qui apprehendentes spoliauerunt eum, & multis plagis illi illatis, dimisserunt.

Contigit

Contigit quòd sacerdos quidam descenderet eadē via, & viso illo præterijt, similiter, & leuita cum transiret per eundem locum, illius non est misertus. Samaritanus autem secus eum iter faciens, misericordia motus est, & de equo descendens, vulnera eius alligauit, & imponens eum super equum duxit in stabulum, & curam eius habuit, præcipiens stabulario, vt vulnera eius curaret. Per hunc qui in manus latronum incidit, Doctores omnes vniuersum hominum genus in nostro primo parente contentum intelligunt, quem Demones in deserto paradisi spiritualibus diuitijs despoliauerunt, vulneribusquæ impositis semiuiuum reliquerunt. Mansit enim, vt Bernardus, inquit, in naturalibus vulneratus. Sed, licet tot vulneribus esset confusus, intellectus cæcus, memoria labilis, & voluntas ad malum inclinata: nullus tamen illius est compassus, nullus curam illius habuit, nullus deniquè vulnera eius curare potuit, non sacerdos, non leuita: neque legis naturæ sacerdotium cum omnibus (si quæ fuerunt in ea sacramenta) ad id munus exequendum efficaciam habuere, quousquæ Samaritanus ille pijsimus, Christus scilicet, Redemptor noster, qui samaritanus, & custos appellatur de cælo descendens, & miseræ nostræ compatiens, naturam humanam per unionem hypostaticam amplexus, omnia eius vulnera proprio cruore curauit. Dicere autem, quòd illum duxit in stabulum, & stabulario, omnia ad curationem eius necessaria obtulit, nil aliud est, quam significare nobis, quòd in Ecclesia sancta Christus Redemptor noster, sanguinem suum in sacramentis contentum, ad omnes hominis ægritudines curandas, reliquit. Ipse enim sua infinita largitate & clementia, remedia ad omnem languorem animæ curandum largitus est. Et licet in Synagoga antiqua, remedia ad morbos curandos non defuerint, tamen remedia illa, egena erant & infirma (vt verbis D. Pauli utar) quod significabat Hierosolymitana

Homo à le-  
monibus  
in paradisi  
fuit spo-  
liatus.  
D. Berna.

Sacramen-  
ta in me-  
dicinā cō-  
stituta.

Gala. 4.

illa

illa piscina, in qua quidem dabatur salus, non omnibus, sed diligentiori solum, & qui post motionem aquæ prius se in piscinam proiciebat: & hoc quidem non semper, sed anuatim statutis diebus, quando iussu Dei Angelus in piscinam descendebat. At, quanto Ecclesiæ sanctæ piscina sit præstantior, quanto abundantiora remedia, ex eo constare poterit, quod non statuto tempore, sed in quacunque hora, & in quocunque momento, non vni solum, sed omnibus abundantissima salutis remedia præstantur. Cecinerat hoc Propheta Joel, singulari quoddam spiritu. c. 3. sui vaticinij sub his verbis. Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinem, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Significat his verbis Propheta, spiritualement abundantiam quæ in Catholica Ecclesia erat futura: vnde aliqui ibi vertunt: Stillabunt montes mustum, per mustum verò, sanguinem de Christi latere fluentem intellige, cuius tanta abundantia est in Ecclesia, quod in septem Sacramenta, quasi in septem copiosissimos fontes erumpat. Quare addit, quod per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, quo loquendi modo, nil aliud nisi fertilitatem, & spiritualement abundantiam significat. Sed & fons de domo Domini egredietur ad irrigandum torrentem spinarum. Quis, oro, fons iste erit, qui de domo Domini egresurus promittitur, ad irrigandum vallem spinarum, seu peccatorum, animas, instar spinarum pungentium, nisi fons ille copiosissimus, qui de latere Christi Redemptoris nostri, in cruce profluxit? Hic enim fons, vallem spinarum irrigat, non quidem vt virecant, & fructificent, sed multo magis, vt præcioso illo cruore irrigatæ, decidant, & arefcaant. In Hebræo sic habetur. Ad irrigandum vallem settim. Settim arbor, est procerissima teste Hieronymo, quæ nascitur in eremo Arabiæ, & est fortissima, & impubilis, incredibilis pulchritudinis, & lenitatis, per quam arborè, iustum intelligere

*Piscina Ecclesiæ.*

*Joel. 3. Abundantia spiritualis Ecclesiæ.*

*Christi sanguis, in sacramentis contentus.*

*Settim arbor.*

*D. Hiero.*

gere, non erit absonum. Hic ergo fons de domo Domini egrediens, non solum torrentem spinarum irrigat, verum & vallem settim, nam iustis, & iniustis prodest, peccatoribus dat veniam, & iustis augmentum gratiæ confert. Hic est copiosissimus Ecclesiæ fons, hæc piscina nostra mirabilis, in qua animæ egritudines curantur, sed ad illam Hierosolymitanam, à qua digressi sumus, redeamus.

*Erat dies festus Iudaorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.* Festum hoc, quod Hierosolymis celebrabatur, secundum D. Chrysostomum, & Magistrum historiarum erat festum Pentecostes. Idem etiam sentiunt Cyrillus Alexandrinus capit. 123. libr. 2. in Ioannem, Euthimius & Theophylactus. Cum ergo ascenderet Iesus Hierosolymam ad assistendum diuinis officijs, per quandam piscinam templo contiguam pertransijt, in qua, multitudo magna languentium iacebat, aquæ motum expectantium, vt se in piscinam proicerent, & salutem consequerentur. De hac piscina loquens Euangelista, ait.

*Erat autem Hierosolymis probatica piscina, que cognominatur hebraicè Bethesda quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna, &c.* Optima quidem prouidentia, & laude digna, quod hospitale illud, & languentium pauperum multitudo, templo esset contigua: vt Israelita, qui ad sacrificia facienda, vel aliquid Deo offerendum, templum ingrederetur, prius se disponeret ad orationem largiendo eleemosinam. *Para que li Ismosa hizieffe la cama a la oracion.* Nulla enim ad orationem sufficietior dispositio est, quàm eleemosina. Eleemosina, inquit Augustinus, emundat peccata, & ipsa interpellat pro nobis ad Dñm. Quò spectat illud Dauidicū Ps. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Super egenum, & pauperem, inquit, quia eleemosina pauperibus, & egenis facièda est, nõ amicis aut diuitibus. Sunt enim aliqui, qui liberales se ostendunt, verum erga amicos, & diuites, nõ circa pauperes, hos ad mensam suam vocat, cum his

*D. Chryso. Mag. sobrius. Cyrill. Euthimius Theophyl.*

*Locus pro eleemosina.*

*D. August. Psal. 40. Eleemosina non diuitibus aut amicis, sed pauperibus debet fieri.*

Simile.

libenter pecunias suas difundunt, pauperibus autem neque vnum assem largiuntur. Per similes mihi esse videtur fluminibus, quas suas in mare mittentibus, cum tamen terras per quas effluunt, aridas & sitientes relinquunt. Ex quo facile deducitur, illos non charitatis, & misericordiae zelo, sed vanitate, & inani quadam gloria moueri. Illi pauperes & egeni, quorum miserario beatos nos facit, sunt amici illi Euangelici, quos de mamona iniquitatis iubemur facere, vt cum defecerimus, recipiant nos in aeterna tabernacula. Et hinc est, quod D. Basilus ait. Inquit enim, quod sicut ante fores cubiculi palatij regij solent regni magnates, & primarij assistere, & qui gratiam regis sunt consequuti, quos donis & muneribus subornare oportet, vt id quod petimus consequamur: sic pariformiter pauperes, qui apud Deum in magno pretio habentur, ad fores templi frequenter assistunt, quibus munera largienda sunt, eleemosinaeque conferendae, si volumus a Deo exauiri, & apud illum inuenire gratiam. Huius rei picturam quandam mirabilem reperies. 3. Regum. cap. 6. Vbi scriptura sacra de superbo illo Salomonis templo agens, inquit, quod in oraculo in quo arcam faderis possuit, duo fecit ostiola quibus ad illud pateret ingressus, & quod haec ostiola erant de lignis oliuarum. Et quidem, quis credet vacare misterio, quod ostia oraculi per quae ad orandum ingrediebantur, essent de lignis oliuarum, maxime cum pretiosiora essent ligna ex quibus ostia illa possent fieri. Potuerunt enim fieri vel ex cedro, vel ex cupresso, aut alijs pretiosis lignis, & tamen voluit Salomon praecipere quod fierent, nisi ex oliua. Oliua apud antiquos (vt Pierius vult lib. 53.) insigne fuit misericordiae, & eleemosinae, iuxta illud Dauidicum: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei mei: quapropter, ostia quibus ad oratorium ingreditur fieri ex oliua, nihil aliud significat, quam per eleemosinam, & misericordiae opera, ad orationem esse ingrediendum.

Luce. 16.

D. Basil.

Simile.

3. Reg. 6.

Nota.

Oliuin a-  
signe mise-  
ricordiae.  
Pierius.  
Psal. 51.

D. Cyril.

Dubitatio.

Aquo ista  
vritus sa-  
nandi.

Lignu san-  
ctae crucis.  
Siluest. in  
rosae super  
hoc Euan-  
gelium.

Angelus autem Domini descendebat secum in tempore in piscinam. Descendebat Angelus de caelo non in certo, & determinato tempore, vt Cyrillus Alexandrinus existimat, (alioquin, quid opus esset, per annum anni parte totum anno ibi manere) sed incerto tempore; qui virtute sua aquam mouebat, & qui post motionem aquae, prius se proiecit in piscinam, consequeretur salutem.

Sed dubitari solet ab interpretibus, vnde aquae huius piscinae tanta virtus acciderit, quod sanitatem posset conferre. Num a sola motione Angeli, vel aliunde proueniret? Quidam dicunt, quod aqua ibi contenta pluuialis erat, & ex templi tectis collecta, ex quo quasi sanctificata videbatur, & hinc virtutem salutiferam accipiebat; quidam, quia ibi carnes in sacrificijs offerendae lauabantur. Alij vero, quod propter crucis lignum ibi latens, quod si verum est (vt probabiliter credi potest) non mirum, quod tantam virtutem aqua illa fuerit adepta. Pro quo sciendum, quod sicut grauissimi auctores referunt, & in historia sanctae crucis habetur, Seth filius Adae, ex praeepto patris sui iuit ad paradysum vnde fuerat eiectus, & petiuit ab Angelo ibi custodiente oleum misericordiae, vt corpus patris vngeret: qui dedit illi tria grana arboris vetiti, precipiens illi, quod super corpus Adae illa seminaret, ex quibus arbor nascitura, oleum misericordiae desideratum praestitura foret. Seminavit illa tria grana, quae in tres coaluerunt fructices, & hi quidem in vnam arborem procerissimam coierunt, quae ad edificium templi Salomonis succissa fuit, licet nunquam potuerit operi adaptari, semper enim quantumcunque truncaretur, aut longior aut breuior quam par esset, apparebat: quapropter velut inutilis relicta, ex ea pontem fecerunt. Veniens autem Regina Sabba Hierosolymam videre sapientiam Salomonis, & per illum pontem transitura, inspiratione diuina cognouit misterium crucis, quod in illo latebat ligno, quare de curru descendens, supplex illud adorauit. Cum autem inter alia Salomoni diceret,

In illo ligno, quendam fore suspendendum, propter cuius mortem regnum Iudaeorum destruendum erat, Salomon hoc veritus, iuxta templum, in loco ubi erat piscina lignum illud abscondit, sed appropinquante passionis tempore, lignum super aquas diuinitus ascendit, ex quo Dominica crux fabricata est. Ex hoc ligno, inquit, ibi latente simul cum motione Angeli, aquae illi, virtus sanandi contigerat, quae quasi redditus annalis erat.

*Erat autem ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua.* Vbi paralytici huius infractam patientiam in tam proluxa infirmitate aduertit Theophilactus. Stupenda paralytici constantia, annos habebat triginta octo, & quatuordecim annis liberari a morbo expectans assidebat, & impediabatur a potentioribus praeventus, nec tamen destitit, neque desperauit. Et ex hoc iam phrasim illam loquendi Euangelistae intelligemus. Habebat, inquit, triginta, & octo annos in infirmitate sua. Non dicit, quod habebat triginta, & octo annos infirmitatis, licet id verum sit, sed quod habebat illos, in infirmitate sua, quasi repositos. *Como en secreto, tenialos guardados, como a beaxo de llama:* Quia illos in virtute, & laborum patientia transegerat. In quo nimirum significatur, tempus illud nostrum posse dici, nobiscumque permanere, in quo in virtute exercemur, & aliquid pro Deo patimur. Tempus enim inaniter consumptum, quale est illud in quo ludis, delitijs, & corporis voluptatibus vacamus, neque nostrum est, neque nobiscum permanere dicitur, cum nullum inde emolumentum comparemus. Illud solum nostrum est, in quo virtuti studemus. Quod si ita est fratres, quod solum illud tempus quod Dei seruitio dedicamus nobis ascribitur, & non amplius vivere existimamur: quanta, oro, erit vitae nostrae breuitas, quanta annorum angustia, quam exiguus illorum numerus, qui pro maiori parte irrevocabile tempus in vanitatibus & carnis illecebris insumimus? Hinc fit, quod in scriptura sacra aliquando peccatorum

*Quodnam tempus nostrum esse dicatur.*

vita non describitur, neque illorum anni computantur. Et haec est ratio inquit D. Cyrillus Alexandria, quare generatio Cain in Genesi non describitur, nimirum, quia peccatores & idolatrae extiterunt, qui ab eo sunt exortae. Non ab hoc proposito abhorret, quod de Saule scriptura sacra refert: Nam circa tempus quo regnavit in Israel, aliqua videtur esse contradictio. Dicitur enim 1. Regum 13. quod regnavit duobus annis super Israel, & in Actuum 13. dicitur quod totum regnum eius duravit quadraginta annis. Non enim in tam brevi temporis spatio tot bella posset gerere, tot inimicos, Amalechitas, Philisteos, & alios devincere. Abulensis hanc difficultatem movet super 1. Caput 1. Regum, & sequens Lyranus vestigia determinat, quod Saul regnavit annis quadraginta, sed dicitur solum duobus regnasse, quia his duobus annis bene vixit, & permanit in innocentia, & bonitate, in qua fuit electus: nam dicitur de illo, quod filius vnius anni erat Saul cum regnare cepisset, quod intelligi non potest, nisi ad eius innocentiam referatur. Itaque, solum duobus annis regnasse aut vixisse dicitur, quia his solum bene vixit. Refert Dionysius Casius, quod in quadam Italiae civitate inventum est quoddam sepulchrum antiquum, in quo lapide haec verba coniegebantur scripta: *Iacet hic Similius, dux Romanus, cuius aetas fuit longa, sed solum septem annis vixit.* Quomodo autem hoc verificari possit, quod cum tam proluxam aetatem egerit, non multum annis vixerit, quod constat, videtur, intelligemus, si invidiamus ad memoriam, quae Paulo ante dicebamus. Non solum multum prodest, multum vivere, sed bene vivere. Nam sunt multi, ut inquit Seneca, qui prius vivere desiderant, quam vitam incipiant. Fuit hic Similius dux Romanus, qui per multam vitae tempus secularibus curis praepeditus, vitam civilem, & militarem egit, in quibus non modicam laudem assecutus est. Postquam vero diu

*Abulens. Saul quot annis regnavit.*  
*Dion. Casius, in vita Adria- ni.*  
*Similius dux Rom.*  
*Seneca.*

in Romana curia commoratus fuerat, tēdio secularium rerum affectus, Romam fugiens, ad pagum non longe à ciuitate distantem se contulit, vbi per septem continuos annos à curis semotus, & virtuti studens, vixit. Quapropter, morti vicinus in suo sepulchro, verba illa inscribitur: quasi iudicans omne illud tempus, quo in vitijs voluptatibus, & humanæ vitæ inquietudinibus cōsumpsit, potius morti quam vitæ esse sibi ascribendum. Adscribitur quidē peccatori omne vitæ tempus, sed nō omne ad vitam ascribitur; sed illud solum quod benè vixit; Ceterum, quod malè, adscribitur ad condemnationem eius & supplitium. Permultum enim refert, dum fiscalicius rei computatio, in qua eius quod recipitur, & eius quod expenditur, ratio habenda est: notam aliquam, quam idiomate hispano Cero appellant, in receptis ponere velum expensis. Si ponas in receptis debitor constitueris, si autem illam demas, & in expensis describas, iam eris creditor. Felicitas iusti in hoc consistit, quod vitæ tempus, in expensis ascribitur. Item tot annos quos in Dei seruitio cōsumpsit: At peccatoris in felix fors hæc est, quod anni cum omnibus alijs beneficijs, in receptis computantur. *Item que recibo cincuenta años de vida en que pudiera hazer penitencia, y no la hizo.* Paralicus hic, infirmitatem suam patienter sustinuerat, quam poterat peccata acceperat, & ideo anni illi, sibi ascribuntur, quos apud se repositos habebat ad meritum. Habebat quippè illos in infirmitate sua.

*Vis sanus fieri?* Cum vidisset Dominus hunc paralicum omni humano auxilio destitutum, in lecto suo iacentem, interrogauit illum, an velet sibi salutem conferri. Non vt discat interrogat (quid enim notius quam egrorū fuit salutis esse cupidum) sed vt ex eius responso, (vt Chrysostomus, inquit) imitatio eius patientia manifestaretur. Est & alia ratio secundum D. Augustinum fermone 17. de verbis Apostoli, quod cum hic languidus, non solum in corpore, sed etiam in anima esset curandus, necesse fuit

fuit, eius consensum exquirere. Deus enim non nisi volentem iustificat: quare, ad iustitiam, motus liberi nostri arbitrij requiritur. Cyrillus Hierosolymitanus chatechisi. 1. sic inquit. Quemadmodum, qui milites sunt conscripturi, & ætatem, & corpora deligendorum ad pugnam diligenter exēcutiunt: sic, & dominus delectū faciens animarum, voluntates illarum scrutatur. Deus namquē homini sua iura non violat, quapropter, cum liberum illum à principio fecerit, & in manu consilij sui reliquerit: sic etiam liberè illum ad suam gratiā vocat. Reliquit eum in manu consilij sui, inquit Salomon, apposuit illi ignem, & aquam, vitā & mortem, ad quod voluerit porrigat manum. Potuit quidem Deus homini statim suam conferre beatitudinem, & tamē noluit, sed eius consensum expectare, vt voluntati sua iura seruariantur. Sic quippè cum Moniali fieri consuevit, quæ ante quam monasticam vitam profiteatur, ad fores monasterij adducitur, vt si vellit maneat, sin minus, liberè permitatur abire. Ponere Adamum parentem nostrum in paradiso ante professionem gloriæ, fuit illū ad ianuā cœli constituere, vt liberum haberet ingressum. Vbi summopere aduertendum est, quod sicut in ordine ad finem liber est homo, sic in ordine ad media, quæ ad illum ordinantur. Neminem cogit Deus, sed semper arbitrium nostrum relinquit liberum. Ego sto ad ostium, & pulso, inquit, si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum. Nunquam Deus ingreditur habitaculum mentis nostræ impulsato ostio prius enim fores pulsat inspirationibus, vocationibus, & alijs gratuitis auxilijs, quam ingrediatur intus. Discant hinc parentes, vim filijs suis non inferre, ad statum deligendum. Status enim, siue religionis, siue matrimonij, medium est ad finem: vltimū comparandum, quare liberè eligendus est. Nam si filiā vestram quæ ad matrimonium potius quā ad religionē inclinatur, contra propriam inclinationem, ad sumendū religionis habitum cogitis, eo solum, vel quod defor-

Ad iustificationem adulti, cōsensu eius requiritur.  
Cyrillus.

Eccle. 15.  
Voluntas hominis libera.

Simile.

Apocal. 3.

Parentes: nō debent filios suos cogere ad stultitiam recipiendam.

Simile.

Iusto, omne vitæ tempus ascribitur ad premium.

Chrysost. que. 31. in Iuan. em. D. August.



Cant. I.

mis sit, vel quia sufficientem dotem ad iungendam eam matrimonio non habeatis, quid de illa sperari debeat, nisi quod in summa desperatione uiuat, & septa monasterij egrediatur? Filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. Fratres mei, inquit sponsa, mihi restiterunt, timentes ne dilecto meo matrimonio iungerer: cogitauerunt enim me extra ciuitatem eicere, & in villam ad custodiendam vineam mittere, vt dilecti absentia, illius obliuionem pareret: At ego amore illius flagrans, vineam non custodiui, sed statim ad urbem sum regressa. Ego quidem, hoc iurare essem ausus. Puellam delicatam & pulchram vinearum custodem constituunt; vestimenti ferici, rudi & aspera tunica illam induunt, & cum capiti pretiosum velum esset coaptandum, galerum ex paleis confectum illi impount, & tandem, cum albescenti manui acus conueniret, tamen lanceam illi accomodant, quid mirum quod vineam desferat, & animalibus conculcandam relinquat? Quare parentes (vos enim alloquor) caute, ne filiarum vestrarum extorqueatis consensum, quin potius libera eis optionem relinquite: Deus namque voluntatem liberam non coactam, ad suum seruitium admittit.

Locus pro  
contemp-  
nentibus  
medicinam  
spiritus -  
sim.

Secundo interrogat hunc paraliticum, an velit esse sanus, nã forsitán infirmitate sua contentus erat. Cõtingit pauperem aliquem femur aut brachium vlcerebus plenum habere sanie, & vermibus scatens: quod si ab eo scisciteris, an velit ab vlcere sanari, medicinam renuet, quia vlcus illud cedit ei in lucrum. Ex diuturna enim vlcere consuetudine, dolorem iam non sentit, & ex illo non modicum reportat commodum: permouentur enim intuentium animi ad eleemosinam illi erogadam. Proch nefas, quot sunt hodie in Ecclesia huiuscemodi ægrotantes (non enim de ægritudinibus corporibus loquor, quia hoc non tantum malum esset) sed de spiritalibus. Permulti enim sunt, qui cum mentes vlcera-

tas

tas habeant, & non sine magno saluationis suæ periculo vitam degant: tamen oblatam salutem contemnant, & medicinam quasi frenetici pro nihilo pendunt. Homo in peccato mortali existens, nunquid non letale vulnus habet in anima; Plane ita est, nã homo per peccatum occidit animam suam: & tamen oblatam sacramentorum medicinam, & Christi sanguinem in illis contentum, respuit, & contemnit, qui per annum integrum in peccatis, & sceleribus perseverans salutifera medicamina vulneribus suis applicare renuit. Nunquid non est resina in Galaad (inquit per Ieremiam Deus) aut medicus non est tibi? quare ergo, non est obducta cicatrix filix populi mei? Erat mons Galaad resinis abundans, ex quibus medicinam conficiebantur ad curanda vulnera. Inquit ergo, Nunquid non est resina in Galaad? deficient medicina aut medici populo meo? Ac si dicat, minime. Quare ergo, vulnera populi mei non curantur? Hoc idem a quamplurimis peccatoribus in sceleribus suis obstinatis iure optimo possumus expetere. Dic mihi peccator, non est resina in Galaad; Nunquid deficit Christi sanguis in Ecclesia, qui resina est qua vulnera peccatorum sunt curanda? Minime gentium: Habemus enim magnam resinæ copiam, & sacramentorum abundantiam, ad vulnera animæ nostræ tergendam. Quare ergo resinam hanc contemnis? quare tam salutiferam medicinam vulneribus non adhibes? Equidem, non ob aliam rationem nisi propter duritiam, & obstinationem cordis tui: Ad tantam enim mentis cœcitatem, & duritiam cordis peruenisti, quod medicinam effundas & gratiam Dei contemnas. Quod quidem non impune facies, quin potius tuæ obdurationis debitas dabis penas. Audi quid Propheta Amos c. i. sui vaticinij dicat. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. Idem de Tyro, Gaza, & Edon vaticinatur. Sed dies nunquid numerus aliquis diuinæ misericordiæ præ-

Ier. 83

Amos. 1.

Iudei im-  
miserico-  
r-  
d-  
s.

Hof. 6.

Locus pro  
miseratio-  
ne paupe-  
rum.

Psal. 4.

Mich. 7.

Glossa.

Peccatum  
in penitē-  
tia.

Iob. 2.

Roma. 7.

Psal. 37.

præfinitus est peccatorum, quo expleto, peccatori-  
bus venia non concedatur? Absit, nam bonitas eius, ma-  
ior est nostra malitia, & misericordia eius, nullis limiti-  
bus circumfribi potest. Quid verò his verbis insinuet  
quædam glossa aperit, dicens, quòd sunt tria genera pec-  
catorum quæ Deus frequenter dimittit, peccatum in  
cognitione, in consensu, & in opere, sed ultra hæc, est  
aliud quartum genus, scilicet peccatum in penitentia,  
& contemptus, quod quidem nunquam dimittit. Quan-  
diu enim peccator misericordiam Dei, & medicinam  
vulnerum suorum recipere contempserit, veniam scele-  
rum suorum non recipiet. Cum ergo sint non perpau-  
ci (quod dolendum est) qui ad huiusmodi contemptum  
deuenerint, ideo interrogat paralyticum, an sanitatem  
velit recipere.

Domine, hominem non habeo, &c. Aduertite hic, & lan-  
guidi patientiam, & Iudæorum inhumanitatem. Patien-  
tiam languidi, in modo humili respondendi: non enim  
Hierosolymitanos quasi immisericores accusat, non  
sibi ipsi malum impræcat, non denique contra aliquem  
verba contumeliosa profert, sed summa verborum leni-  
tate, & mansuetudine respondet. Domine, hominem nõ  
habeo. Ac si clarius diceret. Vellem quidem sanitatem  
consequi, non enim mihi deest voluntas, quid namque  
æger magis quam sanitatem expectet? Nam pellem pro  
pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua  
& pro salute tuenda: sed tamen hominem non habeo,  
nam sum omni humano favore destitutus. Salus mea ab  
homine aliquo pendet, qui me post motionem aquæ in  
piscinam proiciat, cum tamen illum non habeam, & sin-  
diurna hac infirmitate præpeditus, dum venio ad  
piscinam, ab alio potentiori præuenior, & sic a mea spe  
frustratus relinquo. Latenter his verbis ab ipso Christo  
auxilium postulare videtur. Acti dicat, velle adiacet mi-  
hi, perficere autem non video. Et rursum. Domine ante  
te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non  
est

est absconditus. Iudæorum immiseratio & crudelitas  
multo magis his verbis declaratur, quorum tanta fuit  
durities, quòd hominem in grauiato suo decumbentem per-  
tingenti, & octo annorum spatium videre, ferre potue-  
runt, nec quisquam illorum fuit, qui tam prolixo languo-  
ris misertus, illi auxilium præstitisset. Verè per Prophe-  
tam Hoseam de illis dictum est. Misericordia vestra  
quali nubes matutina, & quali ros mane pertransiens. So-  
let matutino tempore nubecula in cælo apparere quæ vi-  
detur pluuiam terræ promittere; tamen à radijs solis exi-  
cata euanescit, & neque pluuiæ guttam super terram ef-  
fundit. Ros etiam matutinus, vix de cælo descendit,  
quando ex oriente sole resoluitur, & euanescit: sic mise-  
ricordia vestra, & erga fratres miseratio nulla est. Licet  
enim videamini speciem pietatis præferre, tamen nulla  
in vobis pietas aut pauperum, & oppressorum compas-  
sio reperitur. Et quòd is sit germanus illorum verbo-  
rum sensus, haberi potest ex eo quod sequitur: quia mi-  
sericordiam volui, & non sacrificium, vbi Chaldeus ver-  
tit. Namque, in his; qui exercent misericordiam, volun-  
tas coram me est. Ne simus obsecro fratres sicut Phari-  
sei in pauperes, & infirmos crudeles, & immisericores,  
præciis suis aures, & corda obturantes, sed vnusquis-  
que pro viribus, illorum inopia, & necessitati succurrat.  
Tanta est misericordie excellentia & præstantia, tanti-  
quæ apud Deum meriti, quòd in scriptura sacra sanctitas  
appellari solet; quasi virtus hæc speciali modo homi-  
nem sanctum, & Deo acceptum constituat: Sic enim  
apud Psalmistam habetur. Et scitote, quoniam misifica-  
uit Dominus sanctum suum. Loco illius distinctionis, san-  
ctum, in Hebræo vox est Chasid, quæ iuxta Felicis inter-  
pretationem significat sanctum, vel misericordem. Et  
in Michea. 7. vbi habetur: Perijt sanctus de terra, & re-  
ctus in hominibus non est: Perijt misericors de terra: Iam  
ex his discere poteris, quam ficta fuerit Pharisæorum san-  
ctitas & iustitia, qui erga proximum nullam misericor-  
diam

diam habebant. Triginta enim & octo annos in sua infirmitate ægrotus hic agebat, & nullus eorum auxilium illi præstiterat.

*Hominem non habeo.* Manifesté indicant hæc verba, spem suæ salutis in hominibus repositam habuisse. E o-  
 deo forsità casu permisit Deus, quod toto illo tēpore optatam salutem, & ægritudinis suæ remedium non reperiret, vt discamus hinc omnes, non ab hominibus, sed á solo Deo, salutem esse sperandam, & omnium necessitatum remedia quærenda. Nolite confidere in principibus neque in filijs hominum, David aiebat, in quibus non est salus. Exhibet spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorū. Appellatur in scriptura sacra umbra, spes, quæ in hominibus reponitur, sicut constare potest ex illo Esaiæ. 30. Habentes fiduciam in umbra Aegypti: quia sicut nihil est fugatius umbra, & nihil inconstantius, sic fiducia omnis, quæ in hominibus reponitur inconstans est, & nihil securitatis aut firmitatis habens. Fallit umbra apprehendere volētē, sic humana fallit spes, eos qui in ea cōfidere nituntur. In Genes. cap. 7. memorię præditum est, quod ingrediēte Noë in arcam cum omnibus filijs suis, vxoribus siliorum eius, & ceteris animalibus ac volucribus, Deus conclusit á foris ostium. Ex quo colligitur quod clauem ostij secum tulerit, *Leuose la llau en la ciuitat.* Sed percontari libet, nonne melius esset, quod clauem arcę Noë traderet, vt cessante inundatione arcam aperiret, & foras egrederetur? Noluit Deus clauem sui remedij alicui tradere, sed ipse sibi illam reseruauit, vt per easdem edduceretur manus per quas ingressi fuerant, & non in alio preter ipsum, spem suę libertatis, & salutis collocarent. *Quere Dios que por las mismas manos que les auia venido el trabajo les venga el remedio.* Præponderat D. Augustinus circa libertatē Ioseph, & edductio-  
 nem eius è carcere, quod duobus annis innocens in carceratus fuit, neque libertatem fuit adeptus, quousque tandem

tandē cognosceret, quod non per manus pincernæ Pharaonis, in quo confiderat, edducendus erat, sed per manum omnipotentis Dei. Repositam enim habebat spem suę libertatis in primate illo Pharaonis seruo, cuius in carcere curam egerat, cuius somnium felicità interpretatione soluerat: cui dixit. Memento mei dum bene tibi fuerit, & fac mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni vt edducat me de isto carcere. Pincerna tamē, duobus annis integris oblitus est sui interpretis, quousque Pharaon somnium aliud vidit, quod cum interpretaretur Ioseph, ad magnam dignitatis celsitudinem peruenit. Cur ita? Nimirum, vt intelligeret Ioseph non in principibus, non in mundi potentibus, aut in eorum fouoribus, sed in Deo solum esse confidendum. Explicans Origenes verba illa quæ habentur in lege. Maledictus homo qui pēdet in ligno, inquit. Existimo hanc eandē esse sententiā cum illa: Maledictus homo qui cōfidit in homine. Pendere enim ex ligno idem est, ac spem suam ex homine, tanquam ex ligno qui in omnem ventum mouetur suspensam habere: Consueuerunt astuti venatores, qui elephanto parant infidias ad capiendum eum, arborem cui innititur ad dormiendum, per medium secare, & quasi sanum & integrum relinquere. Tunc elephas, cum ex more acubitum venit ei innititur, quæ tamen cum nullam firmitatem habeat, sed succissa sit, simul cum bestia magno impetu ruit, & statim illam apprehēdunt. Sunt non perpauci, qui hispano illo prouerbio moti. *Quien a buen arbol se anima, buena sombra, &c.* totum suum studium, ad arborem aliquā inuestigandam cui inniti possint, cōuertunt. Hic magnati aut principi deseruit, ille, regalis curię præfidi placere studet, alius veró muneribus, & pecunijs magni cuiusdā præfulis gratiā, & amicitia cōporat, vt dignitatē Ecclesiasticā obtineat, sed tamē Deus arborem illā procerissimā falce mortis rescindit, vt simul omnes eorū cōfidentia rescētur. Et discāt homines, non in hominibus, sed in Deo spem suę salutis collocare.

Gen. 40.

Simile.  
 Elephas  
 quomodo  
 capiatur.

*Hominem non habeo.* Non dubito quin verba illa Christi Iesu viscera lenierint, & ad pietatem specialiter mouerint. O magnum verbum hominem non habeo. Rectè quidem, non habes hominem, qui tuæ inopiæ possit succurre, qui te corpore & anima, simul sanare possit, hominem, qui cum homo sit, sit etiam verus Deus, qui totius humani generis languoribus medeatur. Ecce homo cunctis hominibus desideratus, cunctis Prophetis præuisus, per tot læcula expectatus. Noli iam dicere quod non habeas hominem nam hominem cunctis hominibus præstantiorem habes. *Hombre que es el mejor hombre del mundo? Hombre tan poderoso que hizo Dios al hombre? Hombre que se hizo hombre a falta de hombres buenos.*

*Surge, tolle grauaturn tuum, & ambula.* Audito languidi huius responso, ad misericordiam motus, ait illi, clementissimus Iesus. Surge, absque vlla mora sanus, & incolumis, tolle grauaturn tuum in quo iaces, & ambula. Omnia diuini verbi virtus. Vix Dominus verba illa protulerat, quando membra eius consolidata sunt, nerui dissoluti, & caro quasi pueri refluuit, & exiens, & laudans, Deum benedicens, arrepto grauato in quo iacebat, ambulabat. Sed ad quid iussit illi, quod grauaturn suum tolleret? Nimirum, ad miraculi ostentationem. Quemadmodum enim captiui quos, Deipara Virgo de Guadalupe liberauit, cum ad eius domum visitandam veniunt, solent, in factu testimonium vincula, & catenas quibus alligati tenebantur, supra dorsum ferre: sic paralytico præcipit, vt in tantæ rei fidem lectum supra dorsum in quo portabatur, portet. Ceterum (vt sermonem nostrum concludamus) ad peccatorem in hoc paralytico significatum reuertamur. Peccatum enim, vt Chrysostomus ait, grauissima paralytis est, & paralyti peius. Nam peccatores non solum in otio (vt ita dicam) virtutis viuunt, verumetiam in opere nequitiae degunt. Interrogemus ergo peccatorem in lecto prauæ consuetudinis iacentem, an velit esse sanus,

& a

& à morbo peccati sui liberare. Vis sanus fieri an non? Quod si sanitatè mentis desideras, iam hæc tria tibi prestare conuenit surge, tolle grauaturn tuum, & ambula. Surge recedendo a peccato, Ephesi. 5. Surge qui dormis. Tolle grauaturn tuum, satisfaciendo de commissis, ferendo onus penitentiae. Miche. 7. Irà Domini portabo, quoniam peccaui ei. Ambula, proficiendo in bonum, vt de virtute in virtutè progrediens, ad perfectam salutem peruenias quam consequeris, hic per gratiam, & in futurum per gloriam.

D. Thom.  
Lecti. 2. in  
Io. 1. 11. 6.  
5.  
Ephesi. 5.  
Miche. 7.

# DOMINICA SE- gunda in quadragesima.

## CONCIO.

*Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.*

Matthæi. 17.



NT ER alia permagnifica agnomina, quibus scriptura sacra Christi magnitudinem comendat (quæ tanta est, quod his omnibus titulis, ne scio an sufficienter explicari queat) non infimum locum tenet, Dñm gloriæ illum appellare. Sic enim inquit. D. Paulus. 1. Corin. 2. si Dominum gloriæ cognouissent, non utique crucifixissent Non potuit Apostolus pulchriori periphrafi eius magnitudinem, & maiestatem exprimere, quàm Dñm gloriæ illi nuncupando.

Christus  
Dominus  
gloria ap-  
pellatur.  
1 Cor. 2.

Simile:

Chrysost.  
hom. 68.  
operis im-  
per.

Gloria  
Christo  
naturalis,  
nobis ad-  
uentitia.  
Apc. 4.

IOAN. I.

Christus  
gloriā suā  
aliquando  
occultam,  
aliquando  
manifestā  
faciebat.  
Iob. 36.

cupendo. Est quidem gloriæ Dñs duabus de causis, pri-  
ma, quia omnis gloria quæ beatis in cælo confertur, me-  
ritis Christi illis datur. Solum Christo gloria illa propria, &  
naturalis est, reliquis verò aduentitia, & aliena, merito  
ipsius Christi illis collata. Patet hoc manifeste, ex illa re-  
velatione D. Ioanni facta. c. 4. suæ Apocali. Vidit eni-  
quod seniores illi reges, qui circumamicti erant vestimen-  
tis albis, & in capitibus coronas regias habebant, coram  
agno supplices, coronas suas, in recognitionis signū mit-  
tebant. Ac si patenter dicerent. Dñe, & si reges simus, &  
coronas capitibus impositas habeamus, etsi stollis glo-  
riæ, & immortalitatis induti, tamen fatemur tibi esse su-  
biectos, & omnē nostrā gloriam, tibi soli tanquā gloriæ  
Dño, esse debitā. Hoc insinuant verba illa ab ipso Ioāne  
prolata, historiæ suæ Euāgelicæ. c. 1. Vidimus gloriā eius,  
gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & verita-  
tis. Gloria Christi est, quasi gloria vnigeniti, & naturalis  
filij, quia sibi iure hæreditario erat debita. Nos enim, li-  
cet filij Dei simus, tamē filij adoptiui, & expositi: *Hijos  
arrojados a las puertas de la misericordia de Dios.* Quibus  
gloria non est naturalis, sed extranea, nō debita sed Chri-  
sti meritis gratis collata: at gloria Christi, debita illi fuit  
& naturalis, & ideo Dñs gloriæ appellatur. Dicitur secū-  
do Dñs gloriæ, quia ea ad libitum utebatur. Cum voluit,  
occultauit gloriā, & cum ei visum fuit, manifestauit eā.  
Prius intra animæ limites inclusit, deinde in Thabor co-  
rā Moyse, & alijs, propriæ naturæ illā reliquit, vt etiā  
exteriorius in corpus redundaret. Perbellē quidē hoc de-  
pinxit Iob. c. 36. sui vaticinij sic inquit. In manibus suis  
abscondit lucē, & præcipit ei vt rursus adueniat, vt annū-  
ciet de ea amico suo, & quod possessio eius sit, & quod ad  
eā possit ascendere. Abscondit Deus in manibus diuinita-  
tis & gloriæ suæ lucē, quādo homo factus, sub mortalita-  
tis velo, deitatis suā celauit. Et benè in manibus eā absco-  
disse dicitur, quia sic abscondit, quod aliqua daret maiesta-  
tis indicia. Lux in manibus abscondita, non potest nō ali-

qualiter

qualiter manifestari, nā saltim per digitorū iuncturas,  
aliqualis splendor egreditur, & oculos astatiū illuminat. Ab  
cōdita quidē erat diuinitas humanitatis manibus: erat e-  
nim Deus absconditus, tamē quādoq; diuinitatis suæ ra-  
dios mittebat: suscitabat mortuos, illū inabat cæcos, cu-  
rabat infirmos, & Demones propria virtute expellebat.  
Precepit huic luci abscondite, quod rursus adueniret, &  
manifestaretur, quādo in mōte Thabor corā discipulis trās-  
figuratus est: Tunc enim manifesta diuinitatis, & gloriæ  
suæ dedit indicia, quādo gloriosus apparuit, facies eius  
vt sol resplēdit, & vestimēta alba sicut nix apparuerūt.  
Et hoc quidē, vt annūciet de hac gloriæ luce amicis suis,  
& qd possessio eorū sit futura, & quō ad ea ascēdere sit  
possibile. *Quiso alegrar las esperanças humanas y darle bue-  
nes nuebas a su amigo el hōbre, y q sepa q ya es cōf. posible el  
venir à gozarla.* Hic fuit finis hodie ab eo intentus in sua  
trāsfiguratione, ad hoc Petrū, Iacobū, & Ioannē testes  
gloriæ suæ esse voluit: videlicet, vt eorū spē erigeret, post  
laborū passionē ad similitudinem gloriæ cōsequendā. Prædixit, in-  
quit. D. Leo, scandalū crucis de corde discipolorū tolle-  
re: & ideo corā illis glorificari voluit, & quod in medio  
gloriæ de eius morte, & passione ageretur: vt intelligen-  
rēt, passionē & mortē eius, viā ad gloriā preparare. De si-  
liezer magni Abrahæ economo legitur, quod cū Mesopota-  
miā pergeret ad querendā mulierē, quæ Isaac filio Dñi  
sui matrimonio iungeretur: & cū venisset ad ciuitatē Na-  
cor, & esset prope fontem, Rebecca egrediebatur ves-  
pere ad huriendā aquā. Tunc intra se cogitauit: Ego qui-  
dē homo advena sū, & habitatorib; vrbis huius incogni-  
tus, forsitan verbis meis fidem non adhibebunt, neces-  
se erit diuitiarum mearū aliquale ostensionē facere. Tunc  
coram Rebecca, & alijs puellis astatibus scriniū aperuit,  
vbi quamplurima adferebat monilia, ex quibus tollens,  
inaures, & armillas aureas, puellæ obtulit. Duo enim in-  
facto hoc intendebat, & fidem apud extraneos inueni-  
re, & puellā donarijs allicere, vt eum sequi nō dubitaret.

Cur Deus  
transfigu-  
rari vo-  
luit.

Diuus Leo

Gene. 24.

Hebra. 6.

Spes anchora comparatur.

Iob. 7.  
D. Grego.  
lib. 8. . 4

Finis laborum aspidus.

matrimoniumq; cū Ifac cōtrahere. Ecce quōd Deus noster hodie in sua transfiguratione intendit. Erat enim apud homines extraneus, & incognitus, nā, & si sanctus Israel, verē tamen erat Deus absconditus, quapropter, non tantā fidem, vt decebat, adhibebat illi mūdus: trans figurat se coram discipulis suis, & diuitiarū suæ gloriæ facit ostensionem. *Abre los cofres de s. alon. y haze alarde de sus tesoros, vt credat mundus verū esse Deū, Ecclesia sibi desponsari non cōtemnat, & discipuli per viam crucis, & passionis, sequi illū, non dubitent.* Quando dissensio illa exorta fuit in populo Dei, iuxta summi sacerdotis electionem, Datan, & Abiron egrē ferebant, quōd Aaron solus esset sacerdos, & nō potius ex suis familijs eius electio fieret. Vt autē ostenderet Deus quis nā futurus esset summus sacerdos, præcipit Moyse, quōd vnusquisque principū familiarū, virgam suam offerret, in qua nomen suū esset sculptū, & quōd poneret eas in tabernaculo fæderis corā Dño, vt ostenderet, quis eorū tanquā verus sacerdos esset habēdus. Cū autē iuxta Domini præceptum, duodecim virgas accepisset, & defixisset eas in terram circa tabernaculum, sola virga Aaron inuenta est floruisse, & amigdalas germinasse, quo miraculo inspecto, cessauit seditio, & omnes eum in summū sacerdotē receperunt. Magna erat dissensio apud phariseos, & scribas, circa Christi sacerdotiū: negabant enim summū illū Sacerdotē esse, de quo dixit Psalmista. Tu es sacerdos in æternū: & in testimoniū huius veritatis, virga humanitatis eius hodiæ floruit, & fructū gloriæ germinauit.

Proponit etiā illis premiū, vt eo preuiso, & gustato, crucis labores cōtemnāt. Nihil enim est, quōd æquē corda nostra ad perferendū labores pelliceat, quā proposita regni celestis spes. Spes enim, & timor, quasi duo mūdificardines dicuntur, super quib, tota vniuersū machina voluitur, quorū altero deficiente, tota iacet & deficiet. Nā sicut timor, vitæ nostræ libertatē coercet, sic spes animū ad celestia præmia appetēda erigit, & ad perferendos labores,

res, qui ad hūc finē ordinātur. Quis nāq; tātus labor esse potest in præsentī, qui cōsideratione illius beatæ gloriæ quæ nobis promittitur in patria, non fiat tolerabilis? Fortissimū solatiū labeamus (sæpebat Paulus laboribus suis circūdatus) qui cōfugimus ad tenēdā propositā spē, quā sicut anchorā habemus animæ turā acfirmā. Spem nostrā anchorę, nō sine magna dicēdi proprietate cōparat. Nā sicut in medijs præcellis & tēpestatibus, quādo fremēt venti, feruet mare, & vndæ eius, vsque ad cœli fastigiū se extolere videntur solet prouidus nauta anchoram proiicere, vt nauis firma & incolumis feruetur; sic cum animus noster fluctuat, cū tentationibus quatitur; cum cōcutitur laboribus, & pene vitæ tribulationibus obruitur, ad spem anchoram nobis confugiendū est, & promissiones illæ cælestes præ oculis habendæ, ne despondeamus animū, sed constantes in virtute perseueremus. Sic quippē faciebat nauigator ille patientissimus Iob, cuius dies sicut niues porta portantes trasferunt: cum enim se in medijs maris huius fluctibus constitutum cerneret, vt tanquē suā seuisimis tentationum fluctibus concusam, ad futurū laborū premium aspiciebat. Sicut seruus desiderat umbrā, & mercenarius prætolatur finē operis sui: sic ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas. Quæ verba dū expendit D. Grego. in suis moralibus, inquit, quod mercenarius, aut agricola, quamprimum aratrum, aut ligonem manu accipit ad collendā terrā, oculos ad futurum premium conuertit. Non enim tam præsentem laborē considerat, quā futuram requiē, si enim ad laborē aspiceret, defecisset viribus, & animus eius pigritaret: tamen considerat fructū quē ex labore expectat: quōd terra cum magno lucro, tempore suo reddet ei laborum suorū premium, quōd horrea eius implebuntur vitico, quōd torcularia vino redundabunt, quōd abundabit diuitijs, & sic ad labores præsentis sustinendos, cōsideratione hac, fit per se insensibilis. Sic nos deberemus quidē, quando in via mādatorū Dei pigritamus, beatæ illius

Num. 17.

Psa 10.

Spes premij, ad labores alli est.

psa. 118.

1. Cor. 4.

Cur ex omnibus, hi potius testes sint electi.

gloriae, consideratione, que nobis in premissis laborum promissa est, ante mentis oculos proponere, ut perficeretur animus, & incaleresceret, ad virtutem sectandam, & cruci humerum subiiciendum, ut cum Davide diceremus: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum, propter retributionem, siue propter finem, ut alij vertunt. Et adverte, quod videtur illo termino, inclinare, quod proprium videtur esse statera. Statera enim ad illam partem inclinatur, in qua maius pondus apponitur. Premiū retributionis eterne magni ponderis est, ut constat ex illo D. Pauli. 1. ad Corint. 4. Quod momentaneum est, & leue tribulationis nostre, eternum gloriae pondus operatur in nobis. Quia propter, ut statera cordis nostri, non ad carnis voluptates, & ad vitæ huius illecebras, sed ad iustificationes Dei inclinatur, permultum refert, continua inefabilis illius retributionis meditatio. Nam, ut Grego. inquit: Quod valde esse importabile ex labore ostenditur, consideratione provida ex remuneratione lenigatur. Ut ergo Christus, dux noster, milites suos ad labores animaret, hodie coram eis transfigurari voluit, & in medio gloriae, de passione, & cruce disputationem habuit, ut ostendat illis finem, quem passio & crux erat habitura.

Assumpsit Iesus Petrum, &c. Inquirunt hic rationem expositores sacri, cur inter omnes duodecim, hi potius fuerint electi, ut gloriae suae sint testes. Et quidem D. Ioannes Christus, cui etiam Abulensis subscribit, tenet, ideo illos assumpsisse, quia praeter alios digniores, & sanctiores extiterunt. Hos Deus ad dignitatis fastigium euehit, hos eligit & assumit ad honores, illos inquam, qui iustitia, virtute, & sanctitate alios antecellunt. Si mundus se transfiguraret, Iudam in montem, testem suae transfigurationis assumeret, & Petrum ad radicem montis dimitteret. Nam ferè semper illos ad dignitates vocat, qui indigniores sunt, & minus sanctitatis, & virtutis habent. Bone Deus, quam absimilis mundi: eos enim eligit, qui virtute & sanctitate praestant. Manus Dei, manus oculata est, nam illis manum praebet, & fauorem, in quibus

bus merita necessaria reperiuntur: at verò caecus, & infirmus mundus, illis manum praebet, qui omni virtutum, & meritorum ornamento destituti sunt. Inuehitur in illos qui indignos assument dignis, & id in eis relictis Salomò in proverbij, dicens. Sicut qui mittit lapidem in acceruum Mercurij, sic qui dat insipienti honorem. Idolatrae qui Mercurium tanquam Deum adorabant, solebant ante eius statuam lapidem mittere, & sic fiebat magnus lapidum cumulus, qui cumulus Mercurij appellabatur, qui ergo lapidem in illum acceruum mittebat, comittebat idolatriam, quia id faciebat insignum reuerentiae. Non secus qui in peritis, peccatoribus, & indignis honorem, & gloriam dignitatum tribuit, idolatriam aliquo modo videtur committere, quia honorem digno debitum indigno tribuit indebitum. Alij hunc locum sic explicant. Dicunt Mercurium Deum esse computationum. Dios de Lusitanas. Solent autem mercatores, dum pecuniam numerant, uti quibusdam monetis ex ere factis quas appellant. *Contra* *dores*, quarum cumulum, acceruum mercurij appellabant. Vna illarum pro decem assignabatur alia pro centum, & aliquando defectu illarum, lignum aut lapidem substituebant. Hic lapis pro mille reputabitur. Inquit modo Salomò, qui dat stulto, & indigno dignitatem, quasi qui mittit lapidem in acceruum Mercurij. Quia sicut lapis aut lignum cum nullius sit valoris, tamè in accerbo Mercurij positus reputatur pro mille: sic indignus peccator, cum nullius meriti sit apud Deum, tamè ad dignitatem assumitur, non sine magno animarum detrimento: & interdum mille, imò decem millia vel centum millia valet. *Maxime* *que* *valga* *ciè* *mil* *ducados* *de* *ren* *ta*, cum tamè in rei veritate nihil valeat. Litera Hebraea referente Lyrano sic habet. Sicut qui ligat infundam lapidem sic quidam insipienti honorem. Aptissima quidem est metaphoram, & quae propositum rectius explicat. Locus conueniens lapidi illi, conaturalis terra est, ibi enim natura liter quiescit: tamè assumit quis lapidem, & in fundam collocat, & brachij violentia, usque ad nubes mitit, & quasi avis esset velocissima, per medium aeris peruolare facit. Quo modo lapis ille cum grauis sit, nec alas habeat potuit sursum ascendere?

Prov. 26.

Acceruum Mercurij quid appellabant, Gentiles.

Mercurius Deus mercatorum.

Litera Hebraea. Lyra. Nota.

Humanus fauor, indigna est.

ascēdere? Etenim licet nō haberet alas, tamē violētia, brachij proficiētis, illū ascēdit. Quomodo, bone Deus, tot lapides, tot homines insipiētes, & stulti, ad dignitatis fastigiū ascēderunt? Quis illos ad sublime euexit, & in honore collocavit; Nūquid aues qui alas habeāt ad volādū, & merita ad officia sibi credita debitē administrādū? Mī nime quidē, nā omni virtute, & scientia sunt destituti, sed violentia, & brachiorū vi illic ascenderunt. *Sabierō pura fuerit de brachis.* Favor humanus, & illicita media, illos in altū sustulerunt. O David sancte Rex inclite, & rectissime regni tui gubernator, quos oro, ad dignitates administrandas assumebas: quibus manū, & fauorē prebebas? Oculi mei, aiebat, ad fideles terræ vt sedeant mecum, ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat: Fideles terræ eos appellat, qui in officijs, & muneribus sibi cōmissis fidelitate erāt seruaturi. In hos enim cōiciebat oculos, vt ex illis ad regni sui gubernationē, & iustitiā administrandā, ministros eligeret. Ex his iudices, rectores, gubernatores, & duces ad pacē, & bellū administrandū eligebat. Hodie nāque Christus seruator noster, se ipsum transfiguraturus nō quēscūq; ad mōtis cacumē, sed digniores, & sanctiores secū assumit.

*Duxit illi in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.* Transfiguratio hæc non, fuit permutationē, figuræ, sed per gloriæ, & claritatis redundantiam. Non fuit nouū miraculū, sed antiqui desirio. Fuit enim miraculū in Christo, quod cū ab instāti suæ cōceptionis beatus esset in anima, & gloriosus gloria illa nō redūda ret in corpus, & quod etiā in ipsa anima dolores posset pati, & sustinere. Anima secūdū portionē superiorē sūma gloria fruebatur, & secūdū portionē inferiorē, & corpus, doloribus, & morti erat subiectus. Hoc clarissimo exemplo, fiet manifestus. Contingit aliquem hiemis tempore per profundissimam vallem iter facere, vbi densissima adest nebula, quam vix potest superare, & vincere: at si per iter progrediens, ad cacumen montis ascendat, nebula illa superata, & deuicta, fulgen-

fulgentissimus illi sol apparet, cœli q; splendor mirabilis: val'is nebulis abundat, & mons splendore illustratur. Portio inferior animæ Christi redemptoris nostri vallis erat vbi quāplurimę dolorum fuerunt nublæ, & tribulationum caligines. Quis referre queat quas angustias, quōt labores in portione illa passus est. Tristis est anima mea, aiebat, vsque ad mortem. At si tantisper ad portionem superiorē sursum ascendamus, non nisi solem fulgētissimum, splendorem gloriæ reperiemus: quia secundum illam portionē beatus erat, dolori, aut tristitiæ nō subiectus. Cum ergo gloria animæ natura ipsa in corpus redundare debeat, maximū fuit miraculū, quod gloria illa animę nō cōmunicarerur corpori. Qua propter hodierna transfiguratio, non tā fuit miraculum, quam huius antiqui miraculi desirio. Fuit impedimentum tollere, ut gloria illa in anima inclusa, foris cōmunicaretur corpori. *Fue quitar a quel ansguo entredicho y impedimento que auia.* Et ex illa gloriæ redundantia totum Christi corpus fulgentissimum apparuit, facies eius sicut sol resultit, & vestimenta eius candida sicut nix visa sunt. Contigit Domino, quod alicui nobili in pago vel opidulo vitā degenti, solet contingere. Dū enim est in pago vbi ānemine videtur humilibus vestibus induitur pretio, & colore vilibus. *Anda vestido de yn pardo.* Nec multum refert quia in pago est, non in ciuitate vel curia: Quod si ad regis curiam profecturus est, tunc quidem præciosis induitur vestibus, pulchriorem equum ascendit, & seruis suis decencia, nouaque indumenta largitur. Sic mihi fecisse videris Iesu sancte: cū enim inter homines rusticos conuersabaris, communī veste indutus incedebas, humanitate inquam tua passibili, & mortali, nec decore glorię quantū ad corpus spectat ornata: at verō nunc cum coram Rege gloriæ Patre scilicet æterno appares, & coram Moyse, & Helia populi Iudaici ducibus, & coram angelis celestis curiæ habitatoribus, vestimentis glorię tuę indueris, & corpus

Matth.  
26.

Simile

tuum

Psal. 100  
Quoniam  
sunt ad o-  
fficia assu-  
mendū.

Transfigu-  
ratio, fuit  
desirio an-  
tiqui mira-  
culi.

Christus  
vniuersus,  
& comprehē-  
sor.

Simile.



*Psal. 46.* tuum sacrosanctum lucis decore exornas. Principes pō-  
pulum, ait Dauid, congregati sunt cum Deo Abra-  
ham. Solent principes, & magnates in curijs iussu  
regis congregari, vt filium suum primogenitum  
tanquam naturalem heredem, & totius regni succes-  
orem iureiurando recipiant, & vt in curialibus cōmitijs  
de bono ad totius regni spectāte prouideant: & ad hoc  
magnates Regni, & ciuitatum procuratores congregā-  
tur. Non secus hodie fit in Thabor, vbi principes terræ  
cū Deo Abraham congregantur, principes inquā Syna-  
gogæ, & Ecclesię, ex parte Synagogæ Moyses, & He-  
lias, ex parte Ecclesię D. Petrus, & Ioannes, & D. Iaco-  
bus. Qui quidem duabus de causis cōuocati sunt, prima,  
vt Christum, cœli & terræ principem, nomine totius  
vniuersi in heredem, & naturalem dominum recipiant.  
quare præcone de cœlo clamante filius Dei declaratus  
est: Deinde, vt de mundi redemptione, & libertate  
agatur. in medio enim illius glorię, de ignominia cru-  
cis, quam propter hominem passurus erat, non est age-  
re dedignatus.

*Quæro* Et apparuerunt Moyses, & Helias loquentes cum Iesu  
Mo. & He- Cum ex omnibus prophetis, hi solum apparuerint, ope  
lias inter repretiū erit, huius ræi rationē inquirere. Et quidē si fan-  
omnes pro ctos cōsulamus, D. Thomas, inquit Moysē, & Heliā,  
phe sis ap fuisse inter omnes vocatos, quia Moyses ex mortuis  
parauerint erat: Helias viuis adhuc in paradiso supererat, vbi quō-  
cum dā angelorum ministerio incurru igne uectus, fuerat re-  
Christo. seruatus: vt ex hoc intelligeretur Christū Dominū viuo-  
D. Tho. in rum atque mortuorū vniuersalē esse Dominū. D. Chri-  
catenam. softomus ait, propterea hoc cōtigisse, quia aliqui ex pha-  
Christo. riseis accusabant Dominum tanquā legis transgressorem.  
Hic homo nō est a Deo, aiebant, quia Sabbatum non  
custodit, alij illum blasphemū credebant, quia dicebat  
se filiū Dei esse: & ideo Moyses legislator vocatur suę  
glorię testis vt manifestē cōprobetur, quod non venerit  
legem soluere, sed adimplere. Ad sit etiā Helias hono-  
ris

ris diuini accerrimus emulor, qui propter glorię Dei  
zelum septuaginta Prophetas Baal interfecit, vt sciatur  
inde Christū nō esse blasphemū, aut aliquid sibi vsurpare,  
cū filium Dei se nominat. Hilaretus aliā traddit rationē,  
inquit enim, ideo hos apparuisse, vt uerū esse Deū cōpro-  
bare, qui potuit illos in testes suę transfigurationis ad-  
ducere. Nā Moyses in valle Moab de manu Dei sepultus  
est, nā tullit eum Dās vt ibi dicitur, & sepulchrū eius nō  
apparuit, itaq; locus sepulturę eius soli Deo erat cog-  
nitus. Helias etiā in paradysum fuerat raptus, locū humano  
pedi inaccessibitē, quare solus Deus cui locus ille est cog-  
nitus, potuit illū adducere. Vt ergo ostendat se uerū esse  
Deū, hos inter alios presentes esse voluit. Cornelius Ian-  
senius his aliā addit rationē, nimirū, quia Moyses, & He-  
lias inter omnes Prophetas aliquale glorię Dei, & clari-  
tatis eius notitiā habuerant. Tenian algunas vislumbres de la  
gloria de Dios, vt gloriā illam quā viderant cū ea quam in  
Thabor visuri erant conferrent, vt manifestē probare-  
tur eundē esse Deū. Moyses enim, vt fertur Exo. 33. cū  
apud Deū in magno precio esset habitus, petiuit ab eo,  
vt vultū glorię suę illi ostenderet. Dñe, si inueni gratiā  
in oculis tuis ostende mihi faciē tuā. Cui Dñs nequaquā  
facturū respondit, quia nemini faciē suam ostendere cō-  
sueuerat. Cui iterū supplicāti respōsū est. Moyses, ne mi-  
hi sis molestus, ne existimes me quasi ludens loqui. No-  
es melindre lo q̄re digo. Non me videbit homo, & viuet.  
Non enim poteris viuis faciē meā videre gloriosā. Ta-  
mē, vt scias quātā gratiā apud me inueneris, faciā tecū  
ocasio patitur, Ascēde super illā petrā, ego coram te trā-  
sibo, posteriora quidē mea videbis, faciē autē meam non  
videbis. Quod quidē ita factū est, transijt enim Deus eo  
presente, & vultus eius tanta perfundebatur lucæ quod  
non potuit eum videre, sed tantum posteriora illius vi-  
dit, quare in eodē adhuc manit desiderio faciē Dei vidē-  
di. Ferē simile Helie accidit, qui cū impietate Gezabeth  
fugiens, & ad desertum pergens, sub arbore quadam re-  
quiesceret,

Hilare.

Deut. 34.

Ianse.  
Moyses, &  
Helias ali  
qualē glo-  
rie Dei si-  
militudi-  
nem vider-  
ant.  
Exod. 33.  
Faciē Dei  
videre de-  
siderarūt.

3. Reg. 19.

quiesceret, apparuit ei Angelus Domini, & iussit illi, vt in montem Oreb ascenderet. Stans autem in spelunca montis Oreb transiit coram eo Dominus, & ecce spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum, sed non in spiritu Dominus Et post spiritum commotio, sed non in commotione Dominus. Et post commotionem ignis, sed non in igne Dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi erat Dominus. At Helias vultus claritatem ferre non valens operuit vultum suum pallio, quare eodem quo tenebatur desiderio, faciem Dei videndi, de terra ad paradysum sublatus est. Deus autem qui iustorum desideria complere solet, & eorum votis annuere, gloriæ vultus sui hodie in monte Thabor ostensionem facturum, hos duos Prophetas, qui tanto videndi eum tenebatur desiderio, vocare iussit, vt & gloriam hanc cum illa conferant, & verum esse Deum agnoscant, & vt eorum dilata desideria compleat. O bone Deus, ó Christe sanctè, mundi re-

*Complet  
deus suo-  
rum iustæ  
desideria.*

*Psal. 144.*

*Mors Chri-  
sti, excu-  
sus amo-  
ris.*

*Ioann. 15.*

parator & Redemptor, qui tantum de tuorum seruorū amicitia gloriaris, tantū illorum desideria æstimas, quod tot sæculis iam elapsis, faciem tuam gloriosam ostensurus, votis eorum annuens, illos hodie vocas, & in testes tuæ claritatis adducis. Quā recte propheta Regius, hanc tuam liberalem conditionem depinxit, dicens: Voluntatem timentium se faciet Dominus, & deprecatione eorum exaudiet. Non enim dicit, facit de presenti, sed facit de futuro quia licet differre videatur, de misericordia, & liberalitate eius non debemus desperare.

*Apparuerunt Moyses & Helias loquētes cum eo.* Sed quidnam loquebantur? *D.* Lucas, hoc magis explicat dicens. Loquebatur de excessu, quem completurus erat in Hierusalem. Excessum vocat Christi passionem & mortem. Quid in excessum vocet, eam, quæ dilectionis metam in comparabiliter excessit? Ultima enim dilectionis linea ea censetur, quæ a Christo Domino designata est. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suā

ponat

ponat quis pro amicis suis. O excessiua dilectio, o amor in infinitum omnes mundi amores excedens. Posuit enim animam suam non solum pro amicis, verum pro inimicis suis pro eis qui lethali odio eum persecuti fuerant, & varia flagitiorum genera contra eum commiserant. Moritur quis, & causam suæ mortis interrogantibus respondere solemes, quod fuit quidam excessus. Moritur Christus, & mortis eius non inuenitur causa, quia causa mortis suæ, fuit peccatum, quod ille non comisit: vn de quidam dixit: Ego nullam in eo inuenio causam. Vultis causam mortis eius inuenire? Ego illam vobis referā: Ex excessu quidem mortuus est. Excessus charitatis, & amoris, causa mortis eius extitit. Propter nimiam Charitatem, inquit Paulus, qua dilexit nos Deus, misit filium suum &c. Ecce serui mei prophetæ, iam adest tempus in quo mundus redimiendus est, & de dura Diaboli seruitute liberandus. Oportet enim impleri omnes Prophetarum prædictiones, & quidquid ab illis per figuras, me ipso inspirante, de libertate hominis scriptum est. Necesitas vrget, tempus instat, charitas suadet, & misericordia ad hominem libertate donandū inclināt. Quid vobis videtur? Nunquid expediens est mundum meo sanguine redimere, hominē meam morte liberare? Quanta, putas, admiratione tenerentur Prophetæ illi sanctissimi hæc audientes? quāto perfunderentur rubore? O imensa bonitas, Moyses diceret, tāta ne ignominia es afficiendus? tam duram passurus mortem? Corpus hoc gloria perfusum, in passione tua perfundendum est sanguine? facies hæc gratiarum quæ sicut sol refulget, viuī cibis, & alapis turpanda est? Oculi tui astris lucidiores, sic in morte sunt obscurandi? Pectus hoc generosum igne charitatis accensum, diræ lancee mucrone transfigendum est? Idipsum etiam Helias repetebat, & vterq; gloriam Christi contemplan, altissimum & mirabilæ diuinæ sapientiæ consilium mirabantur, quæ tale mediū ad redemptionem humani generis elegit.

*Ioan. 1.º*

*Ephesi. 2.º*

L

Insup̄

*Ioan. 12.  
& 17.*

*Mors Christi eius gloria.*

*Apo. 5.*

*Beati, memoria per se nisi Christi celebrant.*

In super notandum, quod in medio illius gloriæ de morte, & passione sua agitur quia tanto tenebatur moriendi desiderio, quod mortem ipsam gloriam suam iudicabat. Pater aiebat (vt apud. D. Ioannem inuenies) clarifica filium tuum in hac hora, & vox de cælo de lapsa est Et clarificaui te, & iterum clarificabo. Mortem suam clarificationem appellat, quia illam maximè desiderabat. Vultis manifeste agnoscere, quod memoria suæ mortis fuerit illi gloriosa? Nam & in ipsa gloria, suæ mortis & passionis, omnes angeli, & beati spiritus, memoriam solent celebrare. Vidit D. Ioannes Euangelista. c. 5. suarum reuelationum; Deum Patrem super Thronum gloriæ sedentem, eorū throno erat agnus tanquam occisus, & ex omni parte sanguinei perfusus, cuius mortem & passionem summa gloria & lætitia, beati omnes celebrabant. Habebant enim in manibus suis citharas aureas, & alia musica instrumenta, quæ summa dexteritate percutiebant, & ad instrumentorum suauem concertum, dulcia cantica proferebant. Dignus est agnus qui occisus est, aiebant, accipere virtutem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Res quidem notatu digna. Si in beata, & cælesti Hierusalem, si in felici illa patria, vbi summa requie, gloria, & immortalitate perfruuntur, memoria sanguinis Christi, & mortis eius tanto gaudio celebratur, signū ergo est, mortem suam gloriam & felicitatem reputare.

Tandem aduertamus, quod inter ipsam gloriam memoria mortis habetur, vt doceamur hinc, quod omnis mundana gloria, & prosperitas, memoria mortis, ne noceat, admiscenda est. Mundana enim gloria quasi vinum forte existimatur, cui nisi aqua admisceatur, solet hominē inebriare. Sic vinū mundanæ prosperitatis inebriat multoties, & mētes nostras insanire facit, nisi memoria & cōsideratione mortis tēperetur. De hoc prosperitatis vino, in suis prouerbijs loquebatur Salomo. Ne intuea-

ris vinum quando flauescit, cum splēduerit in vitro color eius, subito enim mordebit vt coluber, & vt regulus venena distundet. Vt ergo vinum hoc animæ non noceat, memoria mortis quæ tristis & amara est, debet admisceri. In die bonorum, ne immemor sis malorū, &c. Respondens autem Petrus dixit. Domine bonum est nos hic esse. Respondit. D. Petrus quæstioni ibi propositæ, vtrū expediens esset Christum mori. Huic dubitationi, quæ ibi agitabatur respondit, se potius velle in illo monte habitare, quam ad Hierusalem peruenire, vbi de morte Domini agebatur. Et aduertit Euangelista, quod resposum hoc, ex ebrietate spiritus profecit, quia ipse quid diceret ignorabat. O Deus sancte, quam rectè à Davide dictum est: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, si enim D. Petrus guttula supræmæ illius gloriæ degustata, inebriatus fuit, & quasi alienatus mente, ita vt nesciret quid loqueretur, si propter paruulā illam gloriam, totius mundi oblitus, omnem eius gloriam despexit: quid si gloriam in suo proprio fonte degustaret? Quid si securus in cælo, Deo ipso frueretur? Et ideo cœciliū Dominus Apostolis hæc gloriæ guttā degustādā, vt torrentem illū copiosissimū voluptatis, quo in patria erant inebriandi, quasi à limine præsentirent, & eorū animis, illius accenderet desiderium. De Ioseph Egypti gubernatore fertur, quod cum magnā frumenti haberet abundantiam, vt ad omnium notitiam perueniret, per Nili flumē plurimas proiecit paleas, & segetes, & aliquos spicarū fasciculos solutos, qui per vndas fluentes delati, omnibus regionis illius incolis qui famē patiebantur, suæ abundantia essent testimonium. Quid putamus fratres fuisse gloriam illam quam Dominus Apostolis hodie dedit degustandam? Certe non aliud nisi, exiguas paleas, & minutissimā quædam iudicia illius magnæ abundantia, quæ beatæ mentes in cælo satiantur. O quanta erit tunc facultas rerum, quanta bonorum omnium

*Psal. 35.*

*Gen. 41*

abundantia mado enim in præsentī exilio famefcit ho-  
mo, & sirit, & magnam rerum omnium penariam pati-  
tur, quia nihil est quòd mentem eius satiare possit: at  
tunc præsente Deo, in illo vno omnium honorum de-  
siderabilem sufficientissimam copiam habebit.

*Gloria  
beatos inebriat.*

Tanta enim est Beatæ illius gloriæ dulcedo, quòd  
omnes beatos illam degustâtes inebriet, & in excessum  
mentis adducat. Meliora sunt vbera tua vino, aiebat spò  
sa, fragrantia vnguentis optimis. Vino beatitudinem cò  
parat, quia sicut vinum pretiosum, quòd aromaticis spe-  
tiebus conditum est, ob sui præstantiam solet homines  
inebriare: sic nectar illud dulcissimum gloriæ ex vbertate  
Dei procedens omnes beatos inebriat, & á se ipsis alie-  
nat, & quasi extra se positos, in ipsum Deum transfor-  
mat. Habet vltra hæc ebrius satietatem, & ideo beati inebriari  
ab vberibus Dei dicuntur: quia solus Deus, & bea-  
ta eius visio esurientem animam satiare potest. Congre-  
get homo in vnum omnes mundi diuitias, thesauros si-  
bi comparat, auro & argento, & lapidibus preciosis abú-  
det, ædificet sibi domos permagnificas; honores am-  
biat, & assequatur; perfruatur voluptatibus, quid mor-  
ror? Omnia ad mensuram sui appetitus ei concedantur:  
nam si ab eo sciscitetur Deus, an còtentus sit & satiatus,  
nò aliudquã illud Diuidicũ respòdebit: Satiabor cũ ap-  
paruerit gloria tua. Si ergo fratres, ad supremã & fælícẽ  
illam patriam cupimus ascendere, & illius gloriã de-  
gustare; Christi vestigia sequamur, per labores, per pas-  
sionẽ, & crucem. Et ne nos crux deterreat, & scanda-  
lum cordibus nostris ingerat, spem nobis promissam,  
ante mentis oculos proponamus, vt mundana omnia  
posthabentes, ad brauium supernæ nostræ vocatio-  
nis aspiremus. Quod consequemur hic

per gratiam, &c.

*Psal. 16.*

FERIA

# FERIA QUARTA

post. 2. Dominicam.

*Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius homi-  
nis tradetur.*

Matthæi. cap. 20.



VIT D. Chrysofomi considera-  
tio suo ingenio digna, quòd ratio  
propter quam Dominus Hierosoli-  
mam moriturus ascendens, discipu-  
los secretò præuenit & passionis  
suz facit certiores, ea est, nimirũ,  
vt intelligant, mortem, & passionẽ  
suam, non casu contigisse sicut ple-

raque solent, neque necessariam, & inuoluntariam  
fuisse sicut malefactorum mors, qui inuiti, & reniten-  
tes moriuntur: sed voluntariam & vltroneam, & ex  
summa & liberali eius misericordia traxisse originem.  
Non ignorauit hoc Euangelicus Propheta Esaias, quin  
potius probè aguouit, quã voluntariẽ Christus mor-  
ti se obtulit, cum capit. 53. dixit. Oblatus est, quia  
ipse voluit. Non aliam suæ mortis, & passionis ratio-  
nem reddit preter hanc, quia ipse voluit. Hæc enim  
fuit præcipua ratio moriendi. Facit quis aliquid á ra-  
tionẽ deuians, quod in magnum eius dedecus resulta-  
re videtur: quòd si ab eo scisciteris, cur ita faciat? res-  
pondebit tibi, quia sic volo, sit pro ratione voluntas.  
Quare, ó Propheta sancte; Deus occidi voluit, flagel-  
lari, & illudi? quare tam acceruum mortẽ patri? Non

*D. Chrysof.  
Mors Christi  
fuit voluntaria.*

*Esai. 53.*

poterat alicuius angeli acceptare merita, qui in natu-  
**A** humana pateretur, cuius meritis homo sufficien-  
 ter, esset redemptus? Non poterat quamplurima alia  
 media eligere, ad genus humanum redimendum, qua-  
 re tantis sanguinis iacturam fecit? Nunquid fuit ali-  
 qua vis, aut necessitas eum cogens? Minime quidem.  
 Certe potuit quamplurima alia media eligere, sed  
 morti se obtulit, quia voluit, quia sic illi placuit. Si-  
 macus, etsi Christiani nominis inimicus, sic ver-  
 tit. Oblatus est, quia ipse exaudiuit. Seq. quidnam  
 exaudiuit? Quia exaudiuit Patriarcarum voces, Pro-  
 phetarum oracula, mundi preces, & supplices depre-  
 cationes hominum. Exaudiuit illud Esai. capit. 15.  
 Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de pe-  
 tra deserti &c. Veni Domine, & noli tardare; re-  
 laxa facinora plebi tuæ, & illud Psal. Emitte manū  
 tuam de alto, eripe me, & libera me, de aquis multis.  
 Exaudiuit has Prophetarum voces, & necessitatem  
 suæ mortis, supposito eius verbo, iutuens, accer-  
 bilissimam mortem amplexatus est: & hæc fuit præ-  
 cipua ratio suæ passionis, & mortis. Hoc vehemēs  
 moriendi desiderium, palam manifestavit, toties cum  
 discipulis de morte, & passione sua agens, hæc enim  
 erat frequens eius meditatio, & loquutio. *Esse erat su-  
 ent: enimento, y el aiquo decaminantes, quando yba  
 camino.* Doctor quidam modernus tenet, quod ter  
 de passione sua cum discipulis egit, Abulensis, quod  
 quater, & hoc verbis expressis intelligendum est;  
 nam metaphoris, & comparationibus, sine com-  
 paratione multo plures fuerunt. Ex quo manifestè  
 colligitur, quanto moriendi teneretur desiderio:  
 nam sicut Plutarcus inquit, libro de garrulitate to-  
 mo 2. Amantes in his versantur multum sermo-  
 nibus, qui recordationem refricant rerum amata-  
 rum. Lingua enim, cordis est pedisequa, & vena per  
 quam exauritur aqua. *Es vandolera del corazón, y la vena*

*Simacus.*

*Esai. 16.*

*Psal. 143.*

*Hilarius.*

*Abulen.*

*Christus  
 multoties  
 de sua pas-  
 sione age-  
 bat.*

*Plutar.*

*por donde se desagua y despiide.* Et sicut sunt aliqui, qui  
 cor habeant in lingua, sic omnes linguam labemus  
 in corde, & ea que corde concepimus, libenter lingua  
 versamus. Quapropter, cum toties Dominus de sua  
 morte recordationem fecerit, evidens fuit argumen-  
 tum, quantum illam desideraverit. Sed quod magis  
 me in admirationem rapit illud est, quod antequam  
 naturam nostram mortalem induerit, grata erat  
 illi mortis memoria, & inter cælestis gloriæ gaudia,  
 passionis suæ recordationem faciebat. Apocalip. 5.  
 memoriæ traditum est, vidisse Ioannem Deum su-  
 per thronum perlucidum sedentem, quem circum-  
 steterunt viginti quatuor seniores circumamicti ves-  
 timentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.  
 Coram throno iacebat agnus tanquam occisus san-  
 guine fluens. Et licet spectaculum hoc prima facie  
 triste videretur: tamen tanta omnes afficiebantur  
 letitia, quod dulcis de ore omnium musica resona-  
 bat. Nam seniores, & quatuor animalia, arreptis ci-  
 tharis, decantabant canticum novum. Dignus es Do-  
 mine accipere librum, & aperire signacula eius: quo-  
 niam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo.  
 Item multitudo angelorum, qui erant in circuitu thro-  
 ni, acceptis musicis instrumentis canebant. Dignus  
 est agnus qui occisus est accipere virtutem, & divi-  
 nitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & hono-  
 rem, & gloriam, & benedictionem. Quis hoc non  
 miretur? quod in suprema illa Hierusalem cælesti;  
 ubi summa requies, & inarcessibile gaudium, ni-  
 hil que funestum aut triste reperitur, sit sanguinis  
 & passionis Christi recordatio? Sicut enim solent cæ-  
 tores, prius quam ad decantandū deveniāt, se ipsos in  
 musicis exercere, & ad musicā quasi sub silentio prepara-  
 re, ut postea expeditius modulētur. Sic Deus in supre-  
 ma beatitudine, mortis, & passionis filij sui, quædam

*Memoria  
 mortis,  
 Christo  
 gratissi-  
 mo.*

*In celo est  
 memoriæ  
 passionis  
 Christi*

*Simile.*

prælu- dia faciebat, quibus ad ipsam passionem, & mor-  
tem, se præparabit. Tam enim grata, & accepta fuit illi  
filij sui mors, tantumquæ illius recordatione gaude-  
bat, quod ante effusionem sanguinis, huiusmodi  
letabatur præludij. Quod quidem non fecisset, nisi  
mors eius voluntariè esset accepta. Hoc idem verba  
illa quæ Cant. 4. habentur, confirmant: vbi sponsam  
suam alloquens, sic inquit sponsus ille cœlestis. Vul-  
nerasti cor meum sponsa, vulnerasti cor meum in vno  
oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Mirum  
videtur, quod cum tot Christo illata fuerint vulne-  
ra in sua passione, solum vulneris in corde accepti,  
fecerit mentionem. Nonne Domine in pectore, &  
capite, in pedibus, & manibus, & in toto corpore  
vulneratus es? Equidem, ita contigit. Vulneratus e-  
nim est propter iniquitates nostras, attritus est prop-  
ter scelera nostra. Quare ergo Domine solum cor-  
dis vulnus ostendis, de illo solum doles, & quæreris?  
Nimirum, quia omnia alia vulnera, ab illo intus exi-  
stente promanarunt. Nullum vulnus exterius in cor-  
pore recepisset, nisi intus in corde prius esset vul-  
neratus. Nisi sponsa vulnerasset cor, miles non oc-  
cidisset corpus. Prius fuit occisus amore, quam gla-  
dio: amor namque, primus deicida fuit, qui cor eius  
transuerneravit. Quod quidem sequentia, verba ma-  
nifestè indicant. Inquit enim, in vno oculorum tuo-  
rum, & in vno crine colli tui. Hæc fuerunt arma, qui-  
bus cor meum vulnerasti, & mihi mortem dedisti.  
Ast, quis est qui ignoret, oculos & capilos, amo-  
ris esse instrumenta, & arma, quibus magnas victo-  
rias, & magnificos triumphos solet consequi? Dice-  
re ergo, quod oculis, & crinibus sponsæ vulnera-  
tus fuit, est palam fateri, quod amor quo humanam  
diligebat naturam in causa fuit, quod ipse libens, &  
gaudens, se se morti propter illius redemptionem  
offerret.

Silentio.

Silentio hic prætercundum non est, quod de hoc  
itinere referunt Diui Marcus, & Lucas. Diuius Mar-  
cus inquit: Erant in via ascendentes in Hierusalem,  
& præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes  
timebant. Præcedebat omnes, pro omnibus moriturus,  
& ibat ad mortem intrepidus, & celer, & omni-  
timore postposito, ita, quod discipuli stupebant, & eius  
velocitatem mirarentur. Nunquam enim tam incom-  
posito passu eum ambulare fuerant experti. *Los de-  
seos del alma lleuauz volando el cuerpo, y le seruian de  
alas.* Diuus Lucas hæc eadem referens, ait. Factum  
est autem, cum complerentur dies assumptionis eius,  
& ipse faciem suam firmavit, vt iret in Hierusalem.  
In facie enim agnoscebatur, quod firmiter delibe-  
rasset ire in Hierusalem. Nemo faciem eius aspice-  
ret in eo itinere, qui deliberationem suæ volunta-  
tis non agnosceret: nam oculos suos contra eum lo-  
cum in quo Hierosolyma sita erat, firmauerat, & ha-  
bebat conuersos. Quod satis intellexerunt Samari-  
tæ, de quibus Euāgelista sacer ait. Et illi nõ recepe-  
runt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem  
De nulla alia re curabat, quam Hierusalem versus as-  
picere, quasi ibi sui cordis delitiæ paratæ essent. Ac-  
cessit cum discipulis ad portam cuiusdam ciuitatis Sa-  
maritanorum ad petendam elemosinam, & dum lo-  
quebatur cum illis elemosinam poscens, manum  
versus illos habebat extentam, oculos verò, versus  
Hierosolymam vbi erat moriturus: oculi namque fe-  
rè semper cor sequuntur. Nemo contra locum trium-  
phi aliquando, tam firmiter & alacriter faciem suam  
firmavit, sicut Dominus Iesus contra locum Hieru-  
salem, vbi tot ludibria, & verbera cito erat passurus.  
O quale est desiderium tuum Christe sancte, quam  
vehemens moriendi voluntas, quæ etiam relucebat  
in facie. *En la cara traya escritos los deseos del alma.*

L. 5

Nemo.

D. Marc.  
10.Luca. 9.  
Quantum  
vori desi-  
derabas  
Christus.

Cant. 1.

Christ. 5  
ex amore  
vulnera-  
tus.

Esai. 53.

Nota.

Nemo ad epulas inuitatus tam festinus accessit, sicut hodie properas ad mortem & festinas ad crucem. Ut ergo dominus Iesus hoc cordis sui desiderium patefaceret Apostolis, & quod ipse voluntariè morti se offerebat, omnia quæ passurus erat Hierosolymis, per oronem illis retulit dicens: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradatur, &c.

*Christus quare in terra per se de passione sua loquitur.*

*Matt. 26.*

*Psal. 21.*

*August. Doctor incognitus.*

*Titulus Psal. David.*

Et plus hominis tradetur. Obserua circa hæc Euangelistæ verba, quod quotiescumque saluator noster Christus de morte & passione sua agit, videtur de alio loqui, & dolores quos ipse pertulit, quasi in alieno capite collocare: de se enim quasi de tertia loquitur persona. Nam cum possit dicere ego tradendus sum, & morti damandus, nunquam tale dixit, sed filius hominis tradetur, & condemnabunt eum morte. Et Matthæi. 26. Filius hominis vadit, sicut scriptum est de illo, & autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Et quod magis dubitationem augeat illud est, quod quando Prophetæ de hac materia agunt, quasi in propria persona loqui videntur: sibi enim passionem Christi, ludibria, flagella, & ipsam mortem attribuerunt, quasi ipsi Prophetæ passuri essent in proprijs personis quod de Christo domino vaticinabantur. Et ut alios dimittam, solum Dauidem Regium in medium proferam, qui toto Psalmo. 21. de Christo ad litteram loquitur iuxta interpretationem omnium Ecclesiæ patrum Augustini, Hieronymi, Ambrosij, & Cassiodori. Et inquit doctor Incognitus, quod in Concilio Toletano damnatus fuit quidam, qui assererat hunc Psalmum non de Christo, sed de Dauidеposito in persecutione Saulis, exponendum esse. Quod etiam Psalms titulus manifeste indicat, sic habens. Psalmus David in finem, pro susceptione matutina. Vbi susceptionem matutinam, iuxta Titelmani placitum, resurrectionem Christi appellat: quia humanitas

nititas illa quæ in cruce à patre fuerat derelicta, cum magna gloria in resurrectione fuit assumpta. In Hebræo pro assumptione ponitur dictio, Aielet, quam B. Hieronymus, & Felix ceruum vel ceruam interpretantur. Dicitur enim Christi humanitas cerua matutina, propterea quod sicut cerua, quæ primo mane venatoribus occurrit, valde ab eis fatigatur, & canes multo velocius eam insequuntur, apprehendunt illam dentibus suis, lacerant, & dilaniant, vulneribus, & plagis eam prosequuntur, donec animam exalet, & vitam: sic illa sacrosancta Christi humanitas in sua passione à iudeis, & gentibus agitata est, & ad mortem quæsitâ, sed in aurora suæ resurrectionis cum magna gloria est assumpta. Cum ergo in hoc Psalmo, de Christo David agat, tamen non in persona ipsius Christi, sed in propria loqui videtur. Inquit enim, Deus Deus meus, ut quid me dereliquisti? Et post pauca: Ego autem sum vermis & non homo, & deinde. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, Diuiserunt sibi vestimenta mea, &c. quod in Christo adimpletum fuisse ostenditur. Matthæi. 27. & Ioan. 19. Videntur fortes fuisse inuersas. Christus qui passionem pertulit, quasi de alia loquitur persona, & Prophetæ qui hoc retulerunt, quasi de se ipsis loquuntur. Duabus rationibus hoc factum fuisse existimamus, prima, quod licet Christus passus sit & mortuus, sed non secundum quod Deus, sed secundum quod homo, & sic hominibus non Deo, passio eius tribuatur. Passus enim est, non secundum se, sed secundum quod ex nostro assumpsit, & sic nobis non Deo, mors illa adiudicanda est. Esto nobis simile. Videt rusticus arborem in nemore, vnde quaque solis claritate circumdatam, arrepto securi scindit eam & omnes ramos prosternit: nunquid, quia arbor sole perfusa est, solem ipsum percutit aut scindit? Minime gentium, arborem scindit non solem, quia ferrum circa arborem actionem habet, non circa solis lumen

*D. Hiero. Felix.*

*Matt. 27. Ioan. 19.*

*Prima ratio.*

*Christus non secundum quod Deus, sed secundum quod homo passus.*

Eſai. 53.

Iſai. 53.  
Figura.

Eſai. 1.

lumen quod immateriale eſt. Vulnerabat dura militum manus ſacroſanctum Chriſti corpus, flagellabat, contrebatur, & exquisitiſſimis affligebatur tormentis. (Attritus nanque fuit propter ſcelera noſtra) at diuinitas quæ impaſſibilis erat, nullo modo ab his offendi potuit, ſed illeſa, & intacta ſemper manſit. Præcipiebat Deus in Leuitico. c. 14. quod in mundatione leproſi duo paſſeres aſſumerentur, quorum alter immolandus erat, & occidendus, alter verò viuus relinquendus, ſed ringendus in ſanguine occiſi, & ſic liber dimittendus. Hac leproſi vmbra poſſumus mentem noſtram apertius explicare. Homo per peccatum mortifera, & contagioſa lepra fuit infectus. De illo namque dicit Eſaias. c. 1. quod à planta pedis uſque ad verticem, non erat in illo ſanitas. Ad curandam hanc ſpiritualem lepram duo paſſeres conuenere in vnum, diuinitas, & humanitas, Deus, & homo, è quibus ſolus homo mortuus eſt, non Deus, id eſt Chriſtus ſecundum humanitatem, non ſecundum diuinitatem. Verum enim eſt dicere propter idiomatum communicationem, quod Deus mortuus eſt, quod paſſus, quod proprium ſanguinem fudit: ſed tamen, hoc ab extrinſeco illi conuenit, ratione humanæ naturæ cuius ſanguine fuit tinctus, non quod circa diuinitatem aliquid paſſus ſit. Quicumquè enim paſſerem ſanguine tinctum, & in arbore infidentem vidiffet, iudicaſſet utique, ſanguinem illum proprium eſſe, cum tamen eſſet alterius. Sic nimirum in Chriſto contigit. Quis nanque vidit illum in arbore crucis exiſtentem, flagellis plenum, ſpinis coronatum, ſanguine perfuſum, plagis & vulneribus affectum, qui ſciens verum Deum eſſe, non crederet aliquid, ipſum Deum pati: at inquit fides. Nihil tale ſuſpicemini, nan vulnera illa humanitati non diuinitati ſunt illata. Homo paſſus eſt, & ille

ille ſanguis hominis eſt, non Dei vt Deus, quare cum Chriſtus de morte, & paſſione ſua agit, homini illam attribuit, & de ſe quaſi de alia loquitur perſona, dicens. Filius hominis tradetur. &c.

Secunda ratio eſt, quia non pro ſe ſed pronobis patiebatur, & ideo non ſibi ſed nobis paſſio aſcribitur. Nō propter proprias culpas, ſed propter culpam hominis moritur, ideo homini non Deo aſcribitur mors. Poſuit in eo dominus iniquitates omnium noſtrum, inquit Eſaias, ſed ad quid poſſuit: utiq; vt in profundum maris deponeret, vt omnino ea deleret, vt pro eis ad æqualitatem ſatisfaceret, vt æternus Pater peccata noſtra in manibus filij ſui carnens, ea dimitteret, & condonaret. Sicut ſeruus, qui vas aliquod vitreum magno pretio elaboratum confregit, ſolet vaſis fragmenta in manibus hæredis collocare, vt pater exiſtimans filium ſuum vnicū fregiſſe, culpam dimittat, & indignationem deponat. Poſuit Pater in filio ſuo omnia peccata noſtra, vt ea in manibus filij videns remitteret, & omnem iram deponeret. Quando ad vocē Natan, Dauid peccatum ſuum confeſus eſt, dicens, Peccaui Domino. Tunc Natã ipſe, Dauid ait. Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum à te non morieris. Modum loquendi aduertite. Non dixit, Dominus dimiſit tibi peccatum, ſed tranſtulit: quaſi pōdus, quod de vno humero, ad alium tranſfertur. Sic peccatum illud Dauid ad Chriſti humeros tranſlatum fuit, qui omnium peccatorum pōdera ſupra ſe portauit, iuxta illud Pſalmi. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam. Cum ergo non pro ſuis, ſed pro noſtris moriatur peccatis, etiam ſi verè mortuus ſit & paſſus, tamen ſecundum modum loquendi, nobis potius quam ſibi mors aſcribitur, & de ſe quaſi de alia perſona loquitur.

Sed dubitabis forſan, quæ neceſſitas fuit Deo patiendi, & moriendi: None potuit Deus ſuauiori medio genus humanū reparare: Quare pati voluit, & tam

Secunda

ratio.

Chriſt' nō  
proſe ſed  
pronobis  
paſſus eſt.  
Eſai. 53.

Simile.

2. Reg. 12

Pſal. 128.



Et tam atrocē mortē ab inimicis sustinere: Nonne fatiſ  
 eſſet lachrimam fundere, ſuſpirium emittere, aut ſanguī  
 nis guttam in pretiū redemptionis offerre? Ad quid tan  
 ta iactura ſui ſanguinis, & tot ludibria, & verbera ſuſtine  
 re voluit? Quamplurimæ huius rei rationes à ſanctis  
 aſſignantur, verūm ex his duas ſolum referemus. Prima  
 eſt D. Auguſtini, & Ricardi, qui inquit: propterea  
 Deum tot in ſua paſſione ferre voluiſſe, vt ſui erga nos  
 amoris, argumentum præberet. Voluit enim redemptio  
 nem non qualemcūque, & ſimplicē, ſed liberalem, &  
 omni admiratione dignam exhibere: vt hominem ad re  
 damandum ipſum, magis obligaret. Huc ſpectat illud  
 Oſæ. 11. In funiculis Adam traham eos, & ero quali  
 exaltans iugum ſuper maxillas eorum. In hebræo habe  
 tur. In funiculis hominum traham eos. Funiculi hominū  
 dicuntur beneficia illis exhibita. Nullum eſt vinculum  
 quod prius cor hominis conſtringat, quam beneficiū.  
 Inuenit compedes, qui beneficia inuenit. Traham, in  
 quit Deus, hominem, non funibus, non compedibus,  
 ferreis, nam his, trahitur quidē corpus, ſed cor trahi nō  
 poteſt, ſed trahā eos beneficijs, & muneribus à me exi  
 bitis. Ego enim pro illis moriar, & tanta pro illorum pa  
 tiar amore, quōd eos quali vi charitatis compulſos ad  
 me traham: Et tunc ero quali exaltans iugum ſuper  
 maxillas eorū. Beneficia enim accepta, duriffimum illis  
 gratitudinis iugum imponēt. Quis enim tam ruſticus,  
 & barbarus eſſe poteſt, quem cōſideratio huius benefi  
 cij non coerceat, & à peccando non reuocet? Quomodo,  
 peccare potero in eū, à quo tot accepi beneficia? Chari  
 taſ, Chriſti vrget nos, aiebat Paulus, æſti mantēs hæc,  
 quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes  
 mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt &  
 qui viuunt iam non ſibi viuunt, ſed ei qui pro ipſis mor  
 tuus eſt. Verbum illud, vrget, ponderate, ideſt compe  
 llit nos, & conuincit. Quia ſi i. ſc. Chriſtus tanta chari  
 tatē nos dilexit, quod pro nobis mortu⁹ eſt, cū iā morti  
 adiudicati eſſemus, ergo omnes nos in illo vno mortui

iudicatus

ſum⁹, vt iā nō nobis ſed illi viuamus. Cōtingit in bello,  
 quod dū aliquis vict⁹ eſt, mortiq; dānatus, miles ſeu dux  
 cōtrarius, illū eripit à morte, & in ſeruū ſibi accipit. Ille  
 quidē, qui de oregladij fuit ereptus, cū in perpetuū ſeruū  
 tutē fuerit mācipat⁹, licet viuat, ſed nō ſibi ſed dño ſuo.  
 quidquid acquirit, dño acquirit, & quidquid operatur,  
 dño operatur. Nō ſecus, ait Paulus, cū omnes per pecca  
 tū morti dānati eſſemus, & per Chriſti mortē redēpti ſi  
 mus, iure redēptionis ſeruī eius cōſtituimur, vt iā nō no  
 bis, ſed ipſi Deo viuamus, illū diligēdo, & mādata ei⁹ ob  
 ſeruādo. Eodē tendunt verba illa Can. 2. ab ſpōſa prolata.  
 Introduxit me Rex in cellā vinariā, ordinauit in me  
 charitatē. Cellā vinariā, appellat beneficiū redēptionis,  
 in cuius cōſideratione, vino diuinæ dilectionis animæ  
 noſtræ inebriatur, & quādo cęleſtis ſpōſa ad hanc cellā  
 introducta eſt, charitas in ea fuit ordinata, nam totū ani  
 mī ſui pōdus, ad diligēdū diuinū ſuū ſpōſum ordinauit.  
 Quidā ex litera Hebræa vertunt. Inſigniuit me charita  
 te. Plures ex Hebræis: Vexillū eius ſuper me charitas. Al  
 ludit ſpōſa in his verbis, ad cōſuetudinē adamantiū, qui  
 ſolēt ſibi mutua quedā ſigna, & pignora amoris præſetare  
*Algunas impreses de amor.* Quibus proficetur ſui iaris non  
 eſſe, ſed eorū quos diligūt, quali captiuos & ſeruos. Nō  
 ſecus fatetur ſpōſa, quod poſtquā ad memoriā ſūmi hui⁹  
 beneficij, mortis inquā, & paſſionis Chriſti fuit introdu  
 cta, ſigna & pignora dilecti ſui in ſe ipſa portat, vt cog  
 noſcat mūdus, quantis amoris titulis atriſta teneatur.  
 Et hēné quidē, memoriā redēptionis cellā, ſeu appote  
 cā vinariā appellat, nā inebriatur mēs, & cōſopitur tāti  
 beneficij memoria. Nō enim fruſtra cū Chriſtus morti  
 occubuit, tenebræ per vniuerſā terrā factæ ſunt. Caligat  
 nanq; omnis intellectus oculus, in huius beneficij cōtē  
 platione, & niſi fides doceat, ratio naturalis nō percipit  
 D. Hier. lib. 1. cōtra Iouinianū, memorabile amoris factū  
 refert, ex quo Chriſti dilectionē, vtcūq; inueſtigare poſ  
 ſumus. Inquit enim, quod Panteon Abrradaci ſponſa,  
 ſanto ſponſi ſui amore afficiebatur, quod eo in bello  
 occiſo,

Due ratio  
 nes aſſig  
 nantur mor  
 tis Chriſti  
 prima eſt  
 Ricardi,  
 & Aug.

Oſæ. 11.

Beneficia  
 compedes  
 animæ.

2. Cor. 15  
 Beneficia  
 redemptionis  
 nos, quā  
 compedes  
 animæ.

Cant. 2.

Nota.

Memoria  
 paſſionis  
 inebriat.  
 Refert hoc  
 ex Xenoph  
 onte de  
 infantia.  
 Cyri mato  
 ris.  
 Panteon  
 dilectio.

occiso, supra corpus defuncti iacens, confoso pectore sanguinem suum, vulneribus infudit, forsan amore suasa quod sanguine proprio illum viuificatura esset. Sicut licet magna paruis comparare, ex hoc facto dilectionis sponsi nostri Christi aliquantulum inuestigare possumus. Mortuus enim erat homo per peccatum, vulneribusque confosus, & quia sine sanguinis effusione, ut Paulus inquit, non fit peccatorum remissio, voluit animarum nostrarum sponsus sanguinem suum in cruce fundere, ut proprio cruore, & nostra curaret vulnera, & naturam in peccatis mortuam viuificaret.

Secunda  
ratio.  
Rom. 3.  
Voluit  
Deus mor-  
ti, ad ostē-  
sionē suā  
suscipere.

1. Cor. 5.

Secunda est doctoris Gentium Pauli, qui ad Romanos scribens ait. Quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ. Voluit Deus seuerissimæ iustitiæ suæ mirabile ostensionem facere, & ideo filium suum vnigenitum posuit propiciatorem per sanguinem, id est, voluit, quod non nisi per sanguinem hominem redimeret: cum vel sola voluntate, vel dimissione culpæ, vel vnico suspirio posset. Multa nobis in scriptura narrantur, quæ seueritatem diuinæ iustitiæ possunt ostendere, sicut supplicium angelorum exilium Adæ, dies iudicij, ignis inferni, & alia huiusmodi: verum omnia hæc, mors vnigeniti filij Dei longe superat. Quis enim non miretur, quod cum æternus Pater vnicum filium habeat suorum bonorum heredem, quem vnice diligit, & de cuius gloria, & salute, gloria eius, & salus pendet: tamen, ut peccati vindictam lumeret, illum morti tradere non dubitauerit? Præponderat hoc D. Paulus in secunda quam ad Corinthios scripsit. cap. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. Verba quidem sunt non sine admiratione proferenda. O magna diuinæ iustitiæ exaggeratio, quod filium suum vnigenitum, qui peccatum, non solum non comisit, verum nec cogitauit ut faceret, ipse Pater pro peccatis nostris expiandis, peccatum fecerit. Sed quoniam pacto, inquit, illum fecit peccatum, qui ab omni peccati

peccati macula fuit alienus? Ad mentem vestram reducite principaliora supplicia quæ Deus ab initio seculi fecit sicut fuit Angelorum punitio, Hominis expulsiō ē paradiso, mundi subuersio, Sodome cōbustio: omnia qui sem hæc occasione peccati sunt inducta, peccatum enim in causa extitit, quod super mundū iram suā Deus effuderit. Verum cū Deus tenerē creaturas diligat quibus peccatum adiungitur, ne creaturas omnino dissipet, peccatum leui manu percutit. Sicut Pater, qui filium suum puniturus, ne vxorem quam brachijs cōplexam habet puer, vulneret, lenta, quod aiunt, manu punit. Quapropter peccatum semper citra cōdignā punitur. Cōsiderate igitur quod Deus peccatum seorsum à creaturis separatū inueniret. Quam oro supplicia in illud exerceret? Quibus tormentorū generibus illud afficeret? Nullum esset vindictæ genus quoniam peccatum expiaret, parū esset illud apprehendere, flagellare, occidere. O seueritas diuinæ iustitiæ inquit Paulus, quæ in punitiōe vnigeniti filij sui ostenditur. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. Ac si apertius diceret. Alios peccatores lenta manu punire solet, ne dum peccatum percutit, naturā destruat, verum filiū suum, non quasi peccatorem, sed quasi peccatum ipsum esset, puniuit. Nunquam enim tam seuera manu in peccatum animaduertit, quam cū illud supra filij dorsa vidit. Apud Valerium mirabile extat iustitiæ exemplum. Refert enim, quod cū Zeleucus Locrensis legē sanxisset, ut quicumque adulterio conuictus, luminibus priuaretur, filius eius regni sui hæres, primus de hoc crimine conuictus est, & a iudicibus damnatus. Cumque tota ciuitas reclamaret adolefcēculo penam remittendā fore, aliquandiu repugnauit, sed ad ultimum precibus populi conuictus, penam inter se & suū filium diuisit, sibi primū vnū eruit oculum, deinde filio, alterum. Sanciuit Deus legē in paradiso, ne Homo pomum vetitum gustaret, sub interminatione duplicis mortis, animæ, scilicet, & corporis, cum autem homo ad pomū extendisset manum, duplici mortē erat puniendus:

Valerius;  
lib. 6. c. 5.

Temperavit autem sententiam latam vt naturalis filius se-  
 cundum corpus moriatur, ne adoptiuus corpore & anima  
 omnino pereat. Ita debitum supplicij modum legi red-  
 didit, equitatis admirabili temperamento, se inter mis-  
 ricordem patrem & iustum legislatorē partitur. Verum  
 ve nobis fratres (mens enim cogitare exhorret, & lingua  
 proferre pertimescit) si enim eum qui non nouit pecca-  
 tum, eó solum, quód similitudinem peccati gerebat, tot  
 affecit supplicijs, tot verberibus vulneribus & contume-  
 lijs circumdedit: quid de nobis expectandum erit, qui  
 nostris peccatis & delictibus eum offendimus, & quoti-  
 die absque vilo timore mandata eius transgredimur?

Jerem. 49

Ecce quibus non erat iudicium bibentes bibent, & tu  
 quasi innocens relinqueris? Cum dominus ad Caluarie  
 montem duceretur, crucem suam baiulans, vt crucifige-  
 retur ibi, sequebantur eum mulieres, quæ eum tenerè  
 diligebant, mortem suam amarè plangentes: quibus  
 conuersus, lamentabili voce ait. Filie Hierusalem noli  
 te flere super me, sed super vos & super filios vestros,  
 nam si in viridi hoc faciunt, quid fiet in sicco? O ver-  
 ba tremenda, & omni ponderatione digna. Si in viri-  
 di ligno, secus decursus aquarum plantato, cuius fo-  
 rum nunquam defluxit, cuius viriditas nunquam de-  
 fluit, & qui fructum suauissimum tempore suo dedit, ta-  
 lia fieri Deus passus est, quid fiet in sicco? Quid cir-  
 ca peccatorem qui lignum aridum est & infructife-  
 rum, fiet? Quibus putas supplicijs in vsurarium, con-  
 cubitarium, blasphemum, & alios huiusmodi animad-  
 uertet? Voluit igitur Deus, tam atrocem mortem fi-  
 lium suum sustinere, ad iusticie suæ ostensionem, vt se-  
 uerissima suæ iusticie consideratio, a peccatis & vitijs  
 nos retraheret.

Luc. 23.

Tunc accessit ad eum mater filiarum Zebedæ, adorans &  
 petens aliquid ab eo. Cum enim post narrationem mor-  
 tis adiecisset, se tertia die surrecturum, existimantes  
 discipuli, tunc fore regni sui tempus, subornarunt ma-  
 trem

triam (vt Chrysostomus & Ericus existimant) vt ab eo  
 manum vtramque peteret. Aduertite hic, quam com-  
 mune sit hoc ambitionis vitium, nemini parcat. & sepe  
 omnes comprehendit. Nulla tamen profunda humilitas,  
 que propriæ excellentiæ desiderio non tangatur. Ne ay ce  
 drox an alto, au que de con sus ramos en el cielo, que no se ca-  
 bado desta tempestad de mandas. No ay grana tan fina que no  
 se estrague de aquesta polilla, no ay vela tan ligera, que no ex-  
 calle en aqueste vajio. Perfectissimi erant Apostoli, & om-  
 nia propter Christi discipulatum reliquerant, & tamen  
 hunc dominandi affectum, nondum exuerant. Id Ioan-  
 nes in sua Canonica cum vniuersitatem vitiorum, ad  
 exiguum numerum reducere vellent, ait. Quidquid  
 est in mundo, aut concupiscentia oculorum est, aut  
 concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Vbi adnota-  
 uit quidam, quód superbiam vitæ quæ ex ambitione  
 habet ortum, nouissimo loco apposuit, vt intelligamus  
 hinc, quanta cum difficultate superatur, posterior enim  
 est quæ nostris armis succumbit. Nam postquam ali-  
 quis cætera superauit vitia, adhuc restat superbia supe-  
 randa, quæ de victoria aliorum vitiorum multoties  
 nascitur. Multa & egregia opera Iehu fecerat, in qui-  
 bus peccatoris sui præstantiâ & animi sui vires ostenderat  
 vt. 4. Reg. 10. memoriæ proditum est. Impiam Iezabeth  
 occiderat, septuaginta Regis Acab filios iugulauerat,  
 ædem Baal destruxerat, & alia quamplurima fecerat, in  
 quibus Deo valdè placuerat: tamen cum ad vitulum au-  
 reum qui erat in Bethel accessit, illum contere, non est  
 ausus. Colore illo aureo deceptus est, & qui circa aliam in-  
 vincibilis fuerat, ab idolo illo aureo victus & superatus  
 fuit. O quanti Iehu similes, modo reperiuntur in mundo  
 (& quod valdè dolendum est, in religionibus) qui post  
 multa egregie facta, post mundum deuictum, post dixi-  
 tias contèptas, post carnem superatâ, tamè ab aureo am-  
 bitionis idolo superatur, & omnibus præferri concupis-  
 cuat. Multa propter Christum fecerant Apostoli, de  
 mundo

Chrysost.  
Ericus.

Ambusio  
vniuersale  
vitium.

Locus pro  
ambitione  
fugienda.

1. Iona. 2.

Superbia  
difficilis  
victu.

4 Reg. 10

de 1. 101.

mundo, carne, & diabolo viriliter triumphauerant; & nihilo minus dominandi cupidine victi, manum dextram & sinistram, primosq; in regno confusus affectarunt.

*Nescitis quid petatis; potestis bibere calicem quem ego bibituri sumus?* Planè nesciebāt quid peterent hi duo fratres qui prebendam petebant; & tamen sedē illam appellabāt, qualē in prelacione & dignitate, requies & letitia reperiri possent. Quis enim tam temerarius & stupidus, qui cū ex longo itinere fuerit defatigatus, ad requiem captandam, onus grauissimū humeris suis superimponat? Nō minor est eorum stultitia, quicū vitæ huius laboribus nimis defatigati fuerint, onus prelacionis supra dorsum suum imponunt, existimantes in ipso onere, requiem & mentis quietudinem, sitam esse. Est quidem prelacia nil aliud, nisi onus grauissimū & intolerabilis sarcina, quæ ferreis humeris indiget ad portandū eam. Factus est principatus eius super humerum eius, inquit Esaias, de Christo vero principe verba agens. Et tibi, Dabo clauē domus David super humerum eius, cum tamen clavis, non in humero, sed in cingulo vel in manu portari soleat, vt intelligam quantum ponderis in principatu, & prelacione sit. Imperatorem quē iam mulier beatū appellauit, qui in fastigio tantæ dignitatis sedebat, auro & gemis erat circumdatus, & regale diadema, capiti suo impositū habebat. At ille ingemiscens ait. O mulier si scires quanta mala sub hoc silentio, non profecto beatū, sed me infelicem appellares. Quis enim ad coronam auream & splendētem, ad pretiosam purpurā, & vestes sericas exquisitis gemmis ornatas solum aspicit, beatos iudicat principes, & nihil illis excogitari posse felicis: At, qui pondus intolerabile, quod supra se ferunt, curam & sollicitudinem peruiigentem, quæ sub his splendidis ornamentis continentur diligentius considerat, proculdubio intelligit, quam longe à beatitudine absunt. Vis nosse quantum ponderis in dignitate sit? Audi B. Iob capite. 25. sic aientem: Ecce Gigantes tremunt sub aquis, & qui habitant

Quantum ponderis in dignitate sit.  
Esai. 9.  
Esai. 22.

Iob. 26.

cum eis. Vbi iuxta interpretationem D. Gregorij, lib. 17. capite. 11. per Gigantes superbi intelliguntur & dominationē ambiētes, per aquas verò sub quibus gemūt, populi. Sic enim inquit. Ecce Gigantes gemūt sub aquis, quia elati omnes, dum in hac vita assequi bonorū celsitudinem cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt. Nam quanto quis hic altius erigitur, tato curis grauioribus oneratur: eisque ipsis populis mente & cogitatione supponitur, quibus superponitur dignitate. Possumus & per hos gigantes, antiquos illos Ecclesiæ prelatos intelligere, robore & sanctitate præstātes, Augustin. Gregoriū, Bernardū, & Anselmū, qui humeris suis totam Ecclesiæ fabricam sustentabāt: siquidē gemebant sub aquis, quia onere prelacionis grauari, per orationis studium, voces ad cælum emittebant, & interdum dignitates quasi mortem ipsam fugiebant. Apud Esaiam legitur, quod cum ciues Hierosolimitani in magna calamitate versarentur, accesserunt ad quendam, diadema regni illi offerentes. Vestimentum tibi est, aiebant, princeps esto noster. En tibi purpurā & regalia insignia offerimus, dominare nobis, estoque rex noster. Ille verò, hac audita petitione, sic illis respōdit. Non sum medicus, & in domo mea nō est panis neq; vestimentū. nolite constituere me principē populi. Ac si diceret, nō habeo ad regni gubernationē requisita, nolite principē me constituere. Loco illius quod ait, non sum medicus, Septuaginta verterunt, non ero princeps. Pagninus, non ero dñs. Et verti potest. Non ero ligatus. *S. y libro no quiero avarine a las obligaciones del reyno.* Hoc significare voluerūt antiqui, quā lo loco coronæ regis vitā capiti regis circumdatam apponebāt. Et inde est, quod Pōpeius suspectus habitus fuit, & apud senatū accusatus, quod regnū ambitet, eò quod vitā illam populi circumligatā haberet. Quod si dignitātū sedes tot curis, & laboribus subiectæ sunt, errant, qui dē, qui illas ambiūt, & quid desiderent omnino ignorāt. Nesciebant seculo quid peterent, qui sedē in regno

D. Greg. in moral.

Esai. 3.

Nota.

Vitta regni insigne

Vita pro-  
sens, nō est  
locus sedē  
di sed stā  
di.

Psal. 121

huius mundi quærebant; cū potius in cælesti regno sūt  
quærendæ. Non enim hic sedere debemus, sed ad su-  
per ne vocationis bratium currere. Sumus enim quasi in sta-  
dio & in loco certaminis; vbi currentibus & legitime  
certantibus coronā proponitur. Letatus sum in his quæ  
dicta sunt mihi, aiebat Psalmista, in domum domiri ibi-  
mus. Stātes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.  
Per atria Hierusalem, præsentem Ecclesiam intelligit,  
*Que es caſuan de la bienauenturança.* Vbi non sedendum  
sed standum est. In atrijs namque domus regiæ, non po-  
biles neque filij sedere solent, sed potius serui & villi  
conditionis homines, *Los picaros, y los moços de esueas.*  
Quare qui filij Dei sunt, & ad cælestes illas sedes præde-  
stinati; non hic sedere debent, sed stare, quasi qui ad di-  
uinas illas sedes obtinendas semper aspirant. Quas me-  
diante gratia à Christi calice & passione proueniente a-  
dipiscemur in gloria.

F E R I A S E X T A  
post secundam Dominicam

CONCIO.

*Homō erat pater familias, qui plantauit vineā.*

Matthæi. 12.



Elinandus.  
Cognitio  
sua diffici-  
lis.

COGNITIO sui ipsius, diffici-  
lis est valde & in tantum difficilis,  
quod referente Elinando viro do-  
ctissimo, & post eum D. Antonino  
persuasum fuit antiquis, de celo  
descendisse vocem illam Nothese-  
leitōs, id est, nosce te ipsum, quam  
in tem

in templi Delphici ianuis, literis aureis descriptam ha-  
bebant. Quo facto, vnum è duobus significabant, vel  
quod Philosophia hæc tam est difficilis, quod soli Deo  
conceditur, vel quod solus Deus illam docere potest  
Euenire poterit; aliquem notitiam scientiarum natura-  
lium adiuuente, cognitionem siderum, motuum cæ-  
lestium, rerum proprietatum, & herbarum virtutum  
imperitiam habere, tamē se ipsum ignorare. Hoc in Ada-  
mo primo nostro parente patuit, quem in rebus natura-  
libus sapientissimum, Deus creauit. Inquit enim Hugō.  
i. libro de sacramentis. Rerum visibilium omnium, quæ  
cum homine, & propter hominem factæ erant, per-  
fectam cognitionem hominem accepisse, nullum dubiū  
esse debet. Cui consonat D. Damascenus lib. 2. cap.  
11. dicens; quod Deus fecit hominem, doctorem inte-  
lligibilis creationis. Constare etiam hoc potest, ex eo  
quod omnibus rebus nomina imposuit iuxta cuiusquæ  
proprietaem aptissima, quod fieri nequaquam posset,  
si earum naturas, & proprietates non agnosceret. Qui  
tamen se ipsum non cognouit, quod eodem argumen-  
to fiet manifestum (vt D. Basiliius adnotauit) quia com-  
ceteris rebus imposuerit nomina, sibi tamen nullum  
imposuit quod esset proprium: nam nomen hoc Adam,  
non proprium est, sed appellatiuum, idem quod terrenū  
significans. Quasi hoc facto inuens, quod etiam si cete-  
ra omnia cognosceret, tamen se ipsum non cognosce-  
bat. Sunt in hoc oculi mentis, corporalibus oculis per-  
similes, quod sicut oculus corporalis, videt omnia alia  
obiecta quæ sibi præsentantur, se autem ipsum non vi-  
det: sic oculus mentis, per omnia discurret, omnia intue-  
tur & considerat, at se ipsum, multoties ignorat. Ex alia  
parte cognitio hæc tam necessaria est, quam difficilis,  
ita quod non maior difficultas quam eius necessi-  
tas sit existimanda. Hoc enim verba illa, quæ habentur  
Cant. 1. manifestè iudicant: Si ignoras te o pulcherrima  
inter mulieres, egredere et abi post vestigia gæ egum tue

Adam re-  
rum omni-  
um natu-  
raliū cog-  
nitionem  
habuit.  
Hugo, par-  
te 6. c. 13  
Ioan. Da-  
mascenus.

D. Basil.  
Cant. 1.

rum . Licet enim tanta præstes pulchritudine , & ve-  
 pulstate , quòd omnes alias mulieres facilè superes , tot  
 gratis , & meritis , quòd ad virtutum apicè peruenisse vi-  
 dearis : si tamè ignoras te , si te ipsà per veram humilitatè  
 non agnosceris , egredere à meà præsentia , & post vesti-  
 gia affectionù tuarum abi , quia sine huiusmodi virtute  
 mihi placere non poteris , & vestigia mea sequi non va-  
 lebis . Sed dices , quid ergo agendum , aut quòd mediù  
 esse poterit , vt anima se ipsam intueri possit , & cog-  
 noscere ? Ad hanc difficultatè respòdere videtur Eliphaz  
 Themanites apud Iob cap. 5. Dicens . Visitans spetie tuã  
 non peccabis . *Miratos est esse in yno peccareis* , De pingebat  
 antiquitus prudentiã cù speculo quod manu tenebat , in  
 quo faciè suã contèplabatur . Habet enim hoc speculù  
 quod proprios defectus quos in nobis ipsis nõ videmus  
 palã , & quasi in alia persona represètat . Vis homo te ip-  
 sum agnoscere , & in notitiã tuarù imperfectionù per-  
 venire ? prudentia vttere & speculo , & easdem imper-  
 fectiones , quasi in alio essent considera , & tunc quidem  
 earum deformitatè percipies . Præcipiebat Deus Exo.  
 30. & 38. quòd essent in templo specula quædam , vbi  
 sacerdotes sacra facturi se respicerent , ne quid in eis in-  
 decorum aut incompositum esset . Accedebat sacerdos  
 ad fontem æneum , & ibi lauabat faciè & manus , & post  
 quam erat lotus , ad speculum se ipsum aspicièbat , vt si  
 forte aliqua in faciè supererat macula , illam ablueret .  
 Non defuit in hoc Ecclesiã suã Christus eius sponsus ,  
 quinimo etiam specula nobis reliquit , parabolas scilicet ,  
 in quibus defectus , & maculas mentis nostræ , aper-  
 tissimè intueri possimus . Quid enim aliud , parabolam  
 aut similitudinè , nisi speculum splendidissimum vo-  
 cem , in quo ea què me latebant manifesta fiunt ? Quãdo  
 mulier tunicam muliebrem , vel aliam vestem sibi para-  
 re facit , vt experiatur an benè corpori sit optata , vel  
 non , solet veste , aliam tertiam personam , siue ancillã ,  
 siue vicinã , & amicã induere : & tunc quidem , quã  
 plurimos

plurimos in veste defectus percipit , quos in se ipsa non  
 percipiebat , ex vno latere longior , ex alio breuior quã  
 par erat , reperitur . Mores enim quibus componitur ,  
 & exornatur anima , quasi vestes sunt quibus induitur ,  
 qui tamen in propria persona non videntur : si autem  
 in tertia persona mores nostros reponamus , tunc quidè  
 apparebit , quantum à debita rectitudine absint . Hoc  
 medio aliquãdo vsi sunt Prophetæ , vt peccatores pecca-  
 ta sua cognoscentes , debitam de illis penitentiam age-  
 rent . Patet hoc in Natan , parabolam illam famosam  
 ouiculæ raptæ , Dauidi proponente , & in Tecuite mu-  
 liere , quæ consilio Ioab , aliam parabolam ipsi Dauidi  
 proposuit , sicut 2. Reg. capite . 14. habetur . Sed & 3.  
 Reg. cap : 20. memoriæ mandatur , quòd cum Rex Si-  
 riæ Benadad , in quodam prelio quod cum Acab rege Is-  
 rael habuit , victus fuisset , & captiuus , tamè Acab remisit  
 eum liberum . Tunc Propheta quidam fecit se ipsum  
 percutere , & ex sanguine , & puluere fecit quasi spetiei  
 effigiem qua faciè mutauit . Tunc regi obuiam factus ,  
 hanc illi proposuit parabolam . Ego seruus tuus egre-  
 ssum sum ad preliandum , cumquè miles haberet captiuù ,  
 comisit illum meæ custodiæ , dicens . Custodi virù istù ,  
 qui si lapsus fuerit , erit anima tua pro anima eius , aut talè  
 tũ argenti appendes . Dum autè ego turbatus , huc illuc  
 què me verterè , subito non cõparuit . Rex Israel qui sũ-  
 ma attentione parabolã audierat , dixit . Hoc est iuditũ  
 tuũ , quod ipse decreuisti . Ac si diceret . Tu te oretuo iu-  
 dicasti : Tũc Propheta deposita effigie , & absterse pulue-  
 re : & sanguine , dixit illi . Hæc dicit dominus . Quia dimi-  
 ssisti virù dignũ morte de manutua , erit anima tua pro  
 anima eius . Quali dicet : quia cũ Dominus dederit tibi  
 in custodiã regè Syriæ , & nõ custodisti eũ , quin potius  
 remisisti eũ liberũ , morte tua peccatũ persolues . Hunc  
 etiã propheticum morè in præsentì parabola Dominus  
 Prophetarũ obseruat . Dum enim significare vellet , quã  
 iustè cælorum regnum , à Synagoga ad Ecclesiã

Propheta  
 parabolis  
 vsi sunt .  
 2. Reg. 12  
 2. Reg. 14  
 3. Reg. 20

Exo. 30.  
 38.  
 Figura.

Simile.

propter eius ingratitude transferendū erat, eoquod fructū bonorū operū tempore suo nō rediderit, præsente parabolā Phariseis, quibus vineā suā locauerat, apposuit, qua audita ipsi cōtra se sententiā tulerunt: Malos male perdet &c. Parabola sic habet. Homo erat pater familias, qui plantauit vineā, &c. Refer parabolam.

*Chrisost. Emf. n. Deus quare dicatur homo.* Homo erat pater familias. Homo iste pater familias, iuxta interpretationem. D. Chrisostomi, & Emiseni, Deus pater est, qui homo dicitur, non natura sed similitudine: cum homo ad imaginem & similitudinem Dei sit creatus. Sic enim Emisenus inquit. In figura huius hominis patris familias, Deum patrem significat, qui vineam So-

*Esai. 79.* reth, ex Aegypto transtulit, & in montibus Israel eam plātauit. Vnde & Psalmista: Vineam, inquit, ex Aegypto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eam. Depinxit huius vineæ successum Esaias Propheta viuis coloribus, sui vaticinij cap. 5. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vinee suæ. Septuaginta sic habent. Cantabo iam dilecto meo, quod habet emphasim, Nam post vaticinia vastitatis Iudæorum, & exclusionis populi Israelitici ab Ecclesia adtextitur lamentum, & epicedium, quo deflet Phopheta vastitatē vineæ, nam canticū hoc iuxta Basilij, Theodoretij, & Cyrilli interpretationem, lugubre & elegiacum est. Appellat autem dilectum, Christū, qui in Cāt. passim hoc nomine appellatur: sed patrie eundem nominat, eo quod Christus ex eadem stirpe regia cum Esaiā, erat futurus. Vineā facta est in cornu olei. Hoc explicat Innominatus, qui cum Eucherio circumfertur in quæstionibus veteris testamenti, cap. in Esaiam, in hunc modum. Vineā plantata est in cornu, id est, in sublimitate, atque virtute, filio Dei Christo. Filiū olei Christum vocat, & quia unctus erat à spiritu sancto, & quia summa lenitate & mansuetudine fuit præditus. Et septiuit eā, & lapides elegit ex ea, & plātauit vineam electam, &c. Memorat quomodo omnia huic vinee necessaria contulit: Nam saepe circumdedit, & turrim ad

*Esai. 5.* custodiam eius edificauit in ea: Quæ tam en adeo fuit ingrata in reditione fructus, quod loco vbarum, labruscas dedit, siue spinas vt septuaginta transtulerūt. Quapropter, inquit, ostendā vobis quid faciā vinee meæ. Auferā sepem eius, & erit in direptionem, duram maceriā eius, & erit in conculcationem. Vaticinatur infelicem exitū quem vinea erat habitura, qui quidem, quoniam in parabola expressius continetur, suo loco à nobis explicabitur.

*D. Basil. D. Theo. d. D. Cyril.* Et sepem circumdedit ei. Seps huius vineæ siue murus quo eam vallauit, lex illa Moysæ fuit, ac per consequens, Ecclesiæ catholicæ, erit lex Euangelica. Sicut enim seps ad hoc ponitur, ne vinea pateat & sit in direptionem transeuntibus, & in conculcationem & exterminium pecoribus & bestijs siluæ: sic etiam lex, ne vitijs & sceleribus pateat aditus. Quandiu enim maceria legis non irrumpitur, fructus vineæ securus est. Dicitur namque Ecclesiasti. 15. Si seruaueris præcepta, seruabunt te. Murus ciuitatis, seruat quidem ciues intus existētes, sed necessarium est etiam seruare illum & defendere: nam si milites murum non seruant, continuo ab inimicis dissipatur, sic obseruare debemus legem Dei, vt ipsa tanquam seps & fortissimus murus nos obseruet. Consueuerunt olitores aut coloni, sepem, siue horti, siue vineæ spinis & sentibus circumornare, vt vallum sit firmitus, & fructus securior: sic Deus legem suam spinis contexit vt nullū protectionis genus præmitteret. Sunt verò spinæ huius seps, Prophetarum comminationes & supplicia, quibus passim legis transgressores perterrent. Inducit Hoseas Propheta animam Deum deserentem, & de domo eius fugientē. Vadam post amatores meos, &c. Et statim inducit Deum dicentem. Propter hoc, ecce ego sapiam viam tuam spinis, & sapiam eam maceria. Fuit enim magna Dei misericordia, legis sapiam, spinis comminationum communire, vt peccatores his spinis compuncti, sepem transilire non auderent. Reducite nunc

*Innominatus.* Custodiam eius edificauit in ea: Quæ tam en adeo fuit ingrata in reditione fructus, quod loco vbarum, labruscas dedit, siue spinas vt septuaginta transtulerūt. Quapropter, inquit, ostendā vobis quid faciā vinee meæ. Auferā sepem eius, & erit in direptionem, duram maceriā eius, & erit in conculcationem. Vaticinatur infelicem exitū quem vinea erat habitura, qui quidem, quoniam in parabola expressius continetur, suo loco à nobis explicabitur.

*Christus filius olei.* Et statim inducit Deum dicentem. Propter hoc, ecce ego sapiam viam tuam spinis, & sapiam eam maceria. Fuit enim magna Dei misericordia, legis sapiam, spinis comminationum communire, vt peccatores his spinis compuncti, sepem transilire non auderent. Reducite nunc

custodiam eius edificauit in ea: Quæ tam en adeo fuit ingrata in reditione fructus, quod loco vbarum, labruscas dedit, siue spinas vt septuaginta transtulerūt. Quapropter, inquit, ostendā vobis quid faciā vinee meæ. Auferā sepem eius, & erit in direptionem, duram maceriā eius, & erit in conculcationem. Vaticinatur infelicem exitū quem vinea erat habitura, qui quidem, quoniam in parabola expressius continetur, suo loco à nobis explicabitur.

*Septuages.*

*Per sepem lex intelligitur.*

*Eccle. 15*

*Simile.*

*Sapis spinæ qui l, Hosea. 2.*

*custo.*

*nunc*

Simile.

nunc obsecro ad memoriam puérilia, & ea quæ in ætate illa florida fieri consueverunt aliquantisper animo versemus. Quæto studio puer hortum obseruat, & antequam fructus ad debitam maturitatem perueniat diligens visitat. Malum a foris respicit, & quasi catulus muræ obseruans, illi parat insidias. Attentat inaceriam irumpere, & quia ascensus difficilis est, alia via conatur ingredi. Transcédit sepem, per spinas, & sentes irrumpit, hic pàlium, illic pilleum dimittit, os & manus spinis dilacerat, & sanguine perfundit. Equidem, licet plura furetur poma, non tanta esse poterunt, quod pretium quibus illa emit æquare possint, nam pretium est sanguinis. Ve tibi peccator inquit Deus, cuius tanta voluptatis cupido est, quod sepem legis meæ transgredi non es veritus. Ecce ego sepem viam tuam spinis. *Yohare que te amaye el daleyte y que te abroje la culpa, yo hare que te entre en mal pro uecho el bozado.* Heu quum care emitur, quod perpetua damnatione commutatur. Cara est voluptas, quæ æternis cruciatibus persoluenda est. Quam cæcus existimari debet, qui æterna pro temporalibus, & perituris, commutare non dubitat.

Voluptas  
care emitur.

Torcular  
templum,  
& altare.  
D. Hiero.  
S. Thomas  
Ericus.  
Esaia. 63.

Torcular huius vineæ fuit templum, & altare iuxta interpretationem D. Hieronymi & S. Thomæ, & similitudo in hoc consistit, quia sicut in torculari exprimitur liquor aut sanguis vbarum sic in altari, & in templo sanguis animi malium fundebatur. Quinimo altare ipsum torcular appellatur. Nam multi Psalmi (vt Ericus aduertit) in titulatur, protorcularibus. Vnde est, quod crux Domini: quoniam in ea sanguis eius fusus est, torcular etiã dicitur Esai. 63, Torcular calcaui solus, quo diuino torculari Ecclesia nostra gaudet. Turrim etiam ædificauit in hac vinea: nihil enim prætermisum est, quod necessarium esset ad fructus proferendos. Fuit turris prophetia, siue celestium misteriorum cognitio. Sicut enim ex eminentissima turri, solent vigiles ciuitatis excubias agentes, pericula præuidere, & inimicos speculari, quod si aliquod

Turris  
propheta.

quod præferat periculum, statim signis indicant, & ostendunt. Sic Prophetæ in altissima scripturæ sacre turri consistentes, diuino quodam lumine illustrati, futura omnia siue læta siue infausta, siue bona siue mala, siue ad premiũ siue ad supplicium spectent, nobis præuiderunt. Esaias. cap. 62. inquit. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die ac nocte non tacebunt. Per hos custodes super muros Hierusalem constitutos, Prophetas intelligit Procopius. Hi quidem tota nocte legis scripturæ, & tota die legis euangelicæ non tacent, redigentes nobis ad memoriam supernaturalia misteria, & quæ captũ nostræ mentis excedunt, Lequiri enim sunt de aduentu Christi, de mundi redemptione, de aduentu ad iudicium, de premio beatorum, & de damnatorum supplicio. Hinc (vt existimo) factum est, quod Ecclesiæ nasus turri comparatur Cat. cap. 7. Nasus tuus sicut turris Lybani, quæ respicit contra Damascũ. Erat turris illa in monte Lybano collocata Damascũ prospiciens, à longequẽ prospiciens incurfantes hostes, vt eos a Palestinæ finibus longius repellat. Comparare ergo nasum sponsæ turri, nil aliud erit, quam significare, quod Ecclesia mediante scriptura sacra habet futurarũ rerum præsentionem. Vt enim qui emuncto naso præditi sunt, ea quæ ab oculis sunt remota odoratu percipiunt, ita Ecclesia multarum rerum, quæ a sensibus nostris remotissimæ sunt, Prophetarum oraculis notitiã habet. Quare doctores eius, insurgentes hereses à longe prospicientes, quasi clasticum tenentes, hortantur nos, vt aduersus insidias hæreticorum muniamur, & præparemur. Vtinã nos fratres altissimam hanc turrim ascendentes, pericula nobis imminetia, nisi ad Deum ex toto corde conuertamur, a tentis oculis contemplaremur. Credo equidem, quod hæc assidua contemplatio, & frenum esset ad libertatem nostram coercendã, & ad componendos mores, stimulos, & calcarea adderet. Statue tibi speculam, Ieremias ait, animam alloquens, pone tibi

Esa. 62.

Propheta  
custodes  
Synagoga  
Procopius

Cant. 7.  
Nasus E-  
cclesia cur  
turri lyba-  
ni compara-  
retur.

Iere. 2.

ama



D. Chris.  
D. Thom.

amaritudines, & dirige cor tuum in viam rectam. Et locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Hanc vineam sic optime plantatum, maceria circumdatam, turri & torculari ornatam, agricolis locauit, non in possessionem dedit. Agricolaë autem (secundum D. Chrysost. & S. Thomã) Iudæorum principes & sacerdotes extiterunt, quorum fidei, vineam hanc comisit, vt eam excolerent doctrina, & fructum debitum ab ea exigerent. Quibus in Ecclesia correspondent praelati, pastores, & Ecclesiastici omnes, quibus incumbit huius vinee sollicitudo & cura. Vbi summo perè aduertendum est, quod vineam hanc, non mercatoribus equitibus, ducibus, aut magnatibus tradidit, sed colonis, non in otio vitam degentibus, sed laborantibus, & terre culturam exercentibus. Si enim principibus, & sæculi potentibus eam traderet, forsitan ex ea nemus aut viretum conficerent: Sicut vineam Naboth, Acab fecisse scriptura memorat. Quãtũ, proch dolor, sunt hodie, qui Acab vestigia imitantes, ex vinea Domini nemus recreationis conficiunt. Non enim curam vinee suscipiunt ad excolendũ eam, & de fructu eius agendum, sed ad vtilitatem suam captandam: non enim Dei gloriam sed suam quærunt, non vinee vtilitatem, sed proprium commodum. Namque, si vinee curam accipiunt ideo est, vt magis ab omnibus honorentur, vt prouentuum redditibus ditentur, vt per magnificis titulis perfruantur: non vt in excolendo vineam debitam vigilantiam adhibeant. Huiusmodi sunt episcopi, & praelati, qui quamprimum Ecclesiam suscipiunt somno, & voluptati indulgent, lautè viuunt, & epulantur quotidie splendide, ceterum, vinee culturam, & administrationem non perse sed per ministros exercēt. Gubernatores etiam, & ciuitatum rectores, qui ad questũ potius quã ad iustitiam administrandã officia accipiunt: quibus adeptis, nullã omnino eorũ curã habent. Hi omnes vinearũ custodes similes esse videtur ijs, qui hispano illo prouerbio suasi. *Miedo guarda vñna, que no vnadero lanceam*

Simile.

lanceam iuxta tugurium apponuit, ipsi vero vel longe absunt, vel somno indulgent. At vitator suspicans, non adesse cultodem, vineam ingreditur, lanceam solo profert, & fructum vinee furatur. Dolendum quidem est fratres, & sanguineis lachrimis deplorandum, quam destructa, & dilacerata sit vinea Domini, quantum in aliquibus terræ partibus exterminata. Angliæ lineam la linde respicite, oculos ad Flándriam, Galiam, & Germaniam cõuertite, & vix à gemitibus & lachrimis poteritis abstinere, exterminium vinee considerantes. Quis enim tam ferreus & durus, qui summo non afficiatur dolore, considerans, quod principum & praelatorũ incuria & negligentia, omnes istæ vinee partes sint à demonibus cõculatæ & destructæ, & quod vbi olim vigeat religio, splēdebat fides, abundabat fructus, modo non nisi vitia, scelera, flagitia, scismata, & hereses reperiantur. Diabolus has vinee, partes depascitur, Christus verò, vix fructum aliquem colligit. Deplorat hoc per Michæam cap. 7. dicens, *Ve mihi, quia factus sum sicut qui colligit racemos in autumno vindemiæ, non est botrus ad comedendum.* Vtitur metaphora eorum, qui transacta iam vindemia, vineam secundò requirunt, qui vel parum, vel nullum fructum inueniunt. *Væ mihi, inquit Deus, qui cum vineam hanc meis expensis plantauerim, cum magno labore excoluerim, & meo proprio sanguine irrigauerim, tamen diabolus est qui aliquibus in partibus eam vindemiat, & præcipuos colligit fructus: ille enim magnã Gretię partem, Alemaniam Vohemiam, Angliam, Flándriam, & Galiam pro maiori parte possidet: ego verò tanquam quærens racemos sum, vindemia iam transacta, vnum, aut alterum solum reperio, paucissimi enim sunt qui ad meas deueniunt manus. Heu dolor, Psalmista inquit, vastationem huius vinee deplorans. *Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? Exterminauit eam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam.* Deus*

Mich. 7.

Psal. 79.

virtu-

virtutum conuertere, respice decēlo & vide, & visita vineā istam, & perfice &c.

Punctus  
perditionis  
Synag.  
802c.

*Cum autem tempus fructus appropinquasset . &c.* Appropinquante tempore fructus redendi, misit seruos, qui fructum debitum postularent. Punctus perditionis Synagogæ, in hoc consistit, quod fructum Deo debitum non persoluit. Sufficere illi videbatur ferre ceremoniarum folia, & externam iustitiam, apparentem quæ virtutem producere: cum tamen interiori iustitia, & sanctitatis fructu, omnino careret. Deplorabat hoc olim Propheeta Oseas, dicens. Vitis frondosa Israel, vitis frondosa, fructus adequatus datus est ei- Vitis frondosa illa dicitur, quæ in folia & panpinenos, luxurians, ferè nullum fructum profert. *Vnas vides sansarronis que ay, llenas de panpanas, y hojas y sin ningun fructo.* Tales enim Pharisei fuerunt, exterius quidem iusti videbantur, abundabant ceremonijs, cultu exteriori vigeabant, oculos ad cælum leuauant, verba grauitatis de ore eorum procedebant: & tamen fructu timoris & amoris, Dei & proximi, carebant. Vultis fructum Phariseorum agnoscere? Mosem

Deut. 32.

in suo cantico audite. Vba eorum, vba felis, & botrus amarissimus. Vinum eorum fel draconum, & venenum aspidum insanabile, Oquam amarus fructus. Nihil est in dracone quod non sit venenosum, & mortiferum, etiã ipse halitus, quanto magis caro, & fel? Apud Plinium habetur, quemdam equitem, draconem in capto reperisse, occidisseque lancea: & subito per hastam venenum ascendisse, & interfectorem, equumque cui insidebat pariter necasse. Recte quidem vinum huius vineæ fel draconum appellatur, siquidem veneno suo ipsum gloriam dominum interfecit. Innuit nobis Dominus qualis esset Irraeticæ vineæ fructus, & qualis futurus erat exitus, in ficulnea illa cui, maledixit, sicut habetur apud Mattheum capite. 21. Cum enim egredere-

Math. 21

tur Hierosolymam, & in Bethaniam pergeret, vidit ficulneam secus viam folijs virentem, cum autem ad eam accedens

accedens nullum fructum reperisset, maledixit illi, dicens. Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, quæ continuo arefacta est, mirantibus Apostolis quod tam cito aruit. Et quidem recte mirabantur Apostoli, non solum propterea quod Dominus ficui maledixit, sed etiã, quia tunc tempus fructus habendi non erat, vt D. Ambrosius, & Athana. adnotarunt. Si ergo non tenebatur fructum habere, quare illi iratus est Dominus? quare illi maledixit? Respondent, non propter ficulneam factum fuisse, sed propter Synagogam, quæ in illa representabatur. Sicut cum fidei censores alicuius heretici fugitiui statuam igne comburunt, quod genus supplitij, non propter statuam ipsam sit, sed propter eum quem representat. Sic quippè ficulnea illa folijs abundans & virens, fructu quæ vacua phariseos adumbrabat, qui cum ceremonijs, & exteriori cultu virent, tamen intus virtute & sanctitate erant vacui: Et ob hanc causam æterna maledictione illos maledixit, vt radicatus Synagoga arefceret.

D. Ambro.  
D. Itha.

Sed vae nobis fratres, quibus regnum cælorum, & vineæ huius cultura data est, vt tempore debito fructum Deo reddamus. Timeo enim, ne in eadem damnatione cum Synagoga simus, eodem iugulemur gladio, eadem quæ sententia damnemur: qui cum Deo fructum bonorum operum debeamus, non aliud nisi ceremoniarum folia reddimus. Si enim Christus Iesus verus huius vineæ Dominus & legitimus heres veniret ad exigendum fructum, non quidem deessent ceremoniæ, missæ, suffragiæ, publicæ quæ orationes. Reperiret sacramentorum frequentiam, diuini verbi prædicationem, imaginum cultum, & magnam ministrorum Ecclesiæ venerabilem cateruam, quod quidem sanctissimum est, & omni laude dignum. Verum quã rarus esset iustitiæ, & sanctitatis interioris fructus, quã exilis Dei amor, quã rara circa proximos exardescens charitas, & circa pauperes misericordia. Omnes quidem auaritiæ student, omnes querunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat

Psal. 13.

N bonum

Osee. 4.

bonum, non est vsque ad vnum. Non est veritas, non est, misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledicti, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inuadauerunt. *Ya las maldades han salido de madre, y anaa vno como diluuiio de pecados, que tiene mundaa toda la tierra.*

*Contentamónos con la iusticia exterior, saltando la interior: somos Christianos de bulto y de cumplimiento no mas, o por mejor dezir, de miento cumplido.* Vera enim iustitia, non in rebus his exterioribus & cæremoniæ nitore, sed in interiori animæ virtute præcipuè consistit. Qualis debeat esse nostra iustitia, qualis propaginum fructus depingitur nobis Ecclesiastici. 24. Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, & flores mei fructus, honoris, & honestatis. Tria sibi arrogat, odoris suauitatem, florum pulchritudinem, & fructus abundantiam. Hæc tria in Christiano, huius vineæ vite, reperiri debent. Primum odor bonæ famæ ad modum vitis. Tanta est vitium fragrantia, quando vineæ florent, quod ex se suauissimum odorem emittunt: adeo quod Liuius affirmet, quod cor confortet, & capitis dolorem extenuet. Quapropter iucundum esse solet in æstate, in hortis, iuxta decurrentem fluium existentibus, sub vitium pampineis summo structis artificio degere, & cenare. Ibi enim temperata aura decurrens odore florum flagrans, maximè solet ad salutem conducere. Ad hæc D. Bernardus super illud Cant. 2. Vineæ florentes dederunt odorem suum, inquit quod, odor hic vinearum, tantæ virtutis est, quod fugandi serpentes vim habeat & viperas. D. etiam Athanasius in quæstionibus ad Antiochum Principem, quæstione. 34. secundum Raucini versionem, editionis antiquæ Parisiensis, ad quæstionem, Vtrum Ecclesiæ suffragia, animabus in purgatorio existentibus profint? cui quæstioni affirmatiuè respondet. Et ratio quam ibi assignat est: Nam, sicut vitis florescit extra in agro, & odorem sentit in vase vinum inclusum, sicque florescit, etiam ipsum: ita intelligimus, peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exan-

Eccle. 24.

qui

D. Bernard

Cant. 2.

D. Atha.

qui & incruenta immolatione, & beneficijs pro eis factis. Talis esse debet vniuscuiusque nostrum odoris suauitas, vt per bonum exemplum omnibus odorem vitæ præbeamus. Debet etiam in nobis florum pulchritudo reperiri, quæ ad exteriorem cultum spectat, & hæc in cæremonijs ab Ecclesia constitutis, quæ ad interiorem iustitiam conseruandam ordinantur, consistit. Obseruatio enim cæremoniarum Ecclesiæ, & traditionum patrû, multum conducunt ad verum religionis fructum conseruandum. Sicut enim arboris folia sunt quasi fructus tegumentum quibus à pluuijs & tempestatibus, & à solis ardoribus defenditur: sic traditiones, & Ecclesiasticæ cæremoniæ multum conferunt ad fructum iustitiæ, nec à nobis (vt hæretici faciunt) sunt contemnendæ. Tertium quod à nobis exigitur est, fructus bonorum operum. Non enim exterior cultus ad salutem sufficit, si charitatis fructus deficiat. Omnis arbor non ferens fructum excidetur (inquit veritas ipsa) & in igne mittetur. Vt quid namque terram Ecclesiæ occupat, qui debitum Deo fructum non persoluit. Ezechiel, cap. 37. ripam quandam umbrosam depingit, ex vtraque parte fluminis, lignis abundans pomiferis, quorum tanta erat abundantia, quod per singulos menses, singulos fructus afferebant. Res quidem visu & admiratione digna, quod eadè arbor duodecim fructibus per singulos annos proferret. Quâ pulchra se se ostentaret oculis, ex vna parte florens, ex alia fructum immaturum habens, ex alia ad debitam maturitatem iam perueniens. Ratione tanti fructus reddens Propheta, inquit, hoc illis prouenire, quia aquæ de sanctuario egredientes, plantas illas irrigabât. Aquæ illæ de sanctuario egredientes tantæ virtutis erant, quod plantas illius ripæ, mirum in modum fructificabant, licet ipsæ de se talem fertilitatem non haberent. Agite nunc fratres, & verba hæc animo perpendite. Si arbores illæ in litore illius fluminis plantatæ eo solum, quod aquis sanctuarij irrigabantur tam erant fructiferæ: nos qui vites sumus huius vineæ, plantæ

Cæremonia.

Simile.

Matth. 3.

Ezech. 37

In Ecclesiæ littore plantatæ, qui aqua & sanguine sanctuarij, id est, lateris Christi Iesu redemptoris nostri quotidie irrigamur, quem fructum proferre tenebimur? E, quidem, par esset vt quotidie fructum bonorum operu, fructum charitatis & amoris, fructum misericordiæ & pietatis, fructum patientiæ & laborum, tanquam cælestes quedam plantæ proferremus. Ne simus synagoge similes, duri & proterui & beneficijs à Deo acceptis ingrati: Synagoga enim quò plura recipiebat beneficia & plures ad eam mittebantur Prophetæ, peior indies fiebat, & grauiora comittebat crimina. Ex Prophetis, alios lapidabat, alios afficiebat contumelia, alios occidebat, & prædicationis verbo aures ad modum serpentis obturabat. Ad tantam dementiam peruenit, quod in hæredem manus violétas coniecerit, & filium Dei occiderit: propter quod regnum Dei fuit illi ablatum, & tanquam ab indignis, fides repetita. Timeamus nos, & in alieno capite periculum sumentes, nuntijs verbi Dei pijs & attentas proferamus aures, & tempore suo fructum debitum reddamus. Alioquin, Omnis arbor non ferens fructum excidetur, & in ignem mittetur. O verba durissima & iuper omnem acutissimú gladium timenda. Caueamus fratres, ne gladius hic nostra tranfigat corda. Ad hoc enim hodie parabola hæc nobis proponitur, & durissima illa sententia in auribus omnium denunciatur. Auffèretur á vobis regnum Dei, &c. In synagoga tanquam in alieno capite faciamus periculum, & nobis eam in exemplum diuinæ iustitię proponamus. Cum dominus per os Esaię durum supplicium contra populum suum pronunciareret: subdidit statim, dicens, Supplicium hoc tandiu durabit, Donec relinquamihi quasi signum super collem, & quasi malus nauis in vertice mótis. Desumptus est loquedi modus à nautis. Quando nauis aliqua frágitur in mari, & ad rupem in imo absconditá alliditur, tuc eleuatur malus nauis ab illis qui euaserunt, ibi in terra in aliquo monte, vt eum videntes ij, qui postea ea parte nauigauerint, intelli-

Esai. 30.

intelligant ibi imminere periculum, & esse rupem in mari absconditam, & caueant. Perierunt Iudæi, & synagoga eradicata est, quia Deo fructum bonorum operum non retulit, & relicta est quasi malus nauis fractus in signum eleuatus, non ob aliud, nisi vt caueamus nos, & periculum imminens fugientes, exerceamur in bonis operibus, & reddamur ei fructum debitum gratiæ ex quo fiet, vt reddat nobis fructum gloriæ.

## DOMINICA TERTIA in Quadragesima.

CONCIO.

*Erat Iesus eiciens Dæmonium, & illud erat  
mactum.*

Luc. II.



NTER omnes corporales creaturas, constat hominem supremum esse, primum quæ locum obtinere: & inter alia, in hoc illis antefertur, quòd ad imaginem & similitudinẽ Dei fuit creatus. In illo enim tanquam vasse fictili & terreo imaginẽ suam expressit, qui in eternitate in proprio expresserat filio. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dicebat Regius vates Psal. 4. Sed in quo hæc similitudo & imago propriè consistat, non est vsquequaque manifestum. D. Cyrillus tenet in hoc imaginem Dei exprimere, quòd ipsius Dei sit capax, iustitiæ & sanctitatis, & non niu Deo ipso satiari queat: quòd

Homo Dei imago.

Psal. 4.

Cyrillus

*Hæc imago in quo consistat. Idæ tenet. August. 14 de Trinitate. 8. Simile. Ambro. li. de Dignitate humana conditionis. Chrysost. Theodoret. Seneca. Iacobus viturien. Gene. 1. D. Basil. De diabolo quare hominem persequatur. Pardalis hominis inimicus.*

ex hac similitudine habet ortū. Sicut si sigillū aliquod imprimatur in cera, vacuū illud quod in ipsa impressione relinquitur, nō nisi sigillo ipso satiari potest & impleri: Impresit Deus in homine suę diuinitatis sigillū & tres in illo capacitates reliquit, memoriā, scilicet, intellectu, & voluntatē, quę nullo alio bono preter Deū ipsum satiari possunt. D. Ambrosius & Augustinus affirmāt similitudinē hęc in vnitāte animę cum potentiarū trinitate cōsistere. Nā sicut in Deo cū trinitate personarū reperitur vnitās esse: sic anima cū vna sit, tres potētias habet distinctas, Genacius, quod in prouidētia, in qua Deo assimilatur D. Io. Chris. Theodoretus, Seuerianus, & Iacobus viturien. tractatu de Tropis, tenet in dominio consistere: nā sicut Deus supremus est orbis monarcha: sic hominem super opera manuum suarum constituit. Et videtur huic opinioni fauere, quod in Gene. c. 1. postquam dicitur: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, quasi rationem huius similitudinis reddens, inquit. Qui presit bestiis terrę, piscibus maris, & volatilibus cęli: Ita que, sicut rex super aliquam ciuitatem, solet rectorem aut gubernatorem constituere, qui eius gerat vices, & personam regiam representet: sic Deus super cunctam mūdi familiam hominem cōstituit, qui omnibus imperat. *Et dicitur deus in terra.* Ex hac hominis similitudine nascitur iuxta D. Basilij placitum, quod diabolus summo studio, & incesabili cura eū persequatur. Nullum non mouet lapidē nullam viam intentatam relinquit, vt eius perditionem operetur: non ob aliud precipue, nisi quia similitudo Dei est. Tanto odio Deum prosequitur, quod si posset, de illo vindictam sumeret: quod cum impossibile iudicet, saltem in hominem, viuā eius imaginē totis viribus inuehitur. *Ab omni parte tanto, que non sint ad no te puede ver.* Est aptissima similitudo pardalis, qui naturalis est hominis inimicus, & tanto odio illum prosequitur, quod etiam eius imaginem & similitudinem, dente & vngue dilaniet. Sic nimirum

cruentę illę bestię contigit, Deum odio habet, & quia homo inter omnes mundi creaturas creatorem suum magis representat: hinc est, quod in eū feratur, & eius mortem & damnationem procuret. Adumbrata fuit hæc diaboli persecutio, Gene. c. 3. Vbi cum Deus cōtra paradisi transgressores sententiam ferret, inter alia homini dictū est. Puluis es, & in puluerem reuerteris: serpenti verō dicitur. Terram comedes cunctis diebus vitę tuę. Itaque, homini dicitur quod sit terra, & serpenti, quod terram comedet. In quo absque dubio insinuat, quod diabolus hominem appetat tanquam proprium cibum ad deuorandum eum. Viuit enim ex raptu, & circuit quęres quem deuoret, vt fami suę satisfaciat: Quare summa cura & vigilantia nobis opus est, qui tam crudeli & altuto inimico circundamur. Vocauit Dominus Ezechielē c. 4. & ait illi. Sume tibi laterem & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatē Hierusalē. Annuuit Propheta, sumpsit laterem, & penicillo, ciuitatem Hierusalem domibus & supremis ædificijs constantem, muris circumdatam & turribus ornata depinxit. Ecce domine ciuitatē bene, aut malē, prout potui, depictam. Bene depicta est, verum tamē superest adhuc, vt eam obsideas. Ordinabis, inquit, aduersus eam obsidionē, & edificabis munitiones & cōportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in giro. Quis hoc non miretur? Contra laterē terreum tot parantur instrumenta bellica, tot concitantur exercitus, tot mouentur arma? Quid sibi volunt tot bellici apparatus? Etenim non tam propter laterem, quā propter ciuitatem in eo depictam hoc iubetur. Et si later terreus erat, tamen Hierosolymam famosissimam illam ciuitatem, & superbum illud Salomonis templum in se continebat. Vt ergo intelligant Hierosolymitani ciues, quod ex omni parte inimicis erant circumdati, & quod maxima cura & sollicitudine indigebant, vt se ipsos possent defendere: Prophetę precipit, vt laterem illum circumdet & aduersus eum obsidionem

*Gene. 3.*

*Ezech. 4.*

*Anima nostra in latere Ezechielis significata.*

ordinet. Depinxit Deus in terreo latere, ciuitatem Hierusalem, & omnem eius gloriã, quando animam nostrã ad similitudinem suam factam, in terreo corpore includit, vbi tot potentie, tot virtutes, tot merita reperiuntur. Est enim anima nostra quali ciuitas, virtutũ ædificijs erecta. Contra hanc ciuitatem in latere depictam, munitionem ordinat Sathanas, permitente Deo, & circumdat eam in giro, vt tentationibus, quasi fortissimis arietibus pulset, & vsque ad fundamenta deiciat. Cui hoc admirationẽ non ingerat? Cõtra terreũ lateiẽ Domine, tot parantur arma? contra debile hominẽ tot tentationũ insidie? Cur pateris miserũ hominẽ sic affligi & crudelitate dæmonis esse subiectũ? Verum enim vero licet homo later sit ex terra cõpolitus: tamen magnam Hierusalem ciuitatem in se continet. Continet cõli gloriã, animam scilicet, ad imaginem Dei creatam, quam diabolus perdere, dissipare, & vsque ad fundamentũ demoliri studet. Circundet ergo Propheta ciuitatẽ hanc in giro, & aduersus eam obsidionem ordinet: vt sciat inimicis esse circumdatam, & cum crudelissimis hostibus bellum intestinum gerere; tantum abest, vt desidia, & cõternatione degat, & fallacem securitatem sibi promittat. Rectẽ nouit Euangelista Ioannes, quam crudele bellum Sathanas aduersarius noster, hominibus esset illaturus: quando videns illum quasi fulgur de cõlo cadentem, cepit ex insula exclamare, & dicere. *Vx terræ & mari, vç terræ & mari. Quid hoc est rei? Quid nam vidisti Propheta sancte? Quid iste churz voces significant? Nunquid vniuersa mundi machina soluitur? Corruit cõlum, aut terræ opificium destruitur? Vx, inquit, terræ & mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quoniam modicum tempus habet. Vidit mentis oculis superbum illum draconem de summo cõlo cadentem, tantã ira, & indignatione concepta, quod si contra Deum ipsum posset iram suam ostendere, & de illa*

vindictam

vindictam sumere, facere non dubitaret. Quod cum impossibile sit, saltim contra hominem Dei similitudinem & imaginem laxatis habenis seuiet, irruetquẽ in seuissima vulnera, sciens quoniam modicum tempus habet. Tanta est eius indignatio & crudelitas, quod totum vite tempus a mundi exordio, modicum ei videtur, ad seuitã suam exercendam. D. Gregorius explicans hunc locum, inquit. 34. moral. cap. 1. Extrema mundi diabolus tentaturus aggreditur, quia tanto fit feruentior ad seuitiam, quanto se viciniorẽ sentit ad pœnam: considerat quip̃ quod iuxta sit, vt licentiam nequissimẽ libertatis amittat, & quantum breuitate temporis angustatur, tantum multiplicata crudelitatis expanditur. Ostendit diaboli crudelitatem homo hic dæmoniacus, quem tanta tyrannide possidebat, quod eum cecum, surdum, & mutum, quasi inutile truncum haberet. In hoc dæmone expellẽdo hodie præoccupatus erat Christus, quare inquit Euãgelista. Erat Iesus eijciẽs dæmonium, &c. Verbum illud, erat, licet temporis imperfecti sit, in opere tamẽ nullam imperfectionem dicit, quia opera Dei perfectissima sunt & absoluta. Dei enim perfecta sunt opera, inquit Salomon, sed potius tempus illud imperfectum, peculiarem quandã perfectionem in Deo dicit. Feitur de Appelle, quod perfectis picturis, quas summo ingenio & artificio depingebat, in fine tabulæ, verba hæc apponebat. Appelles faciebat. Quæ verba, licet speciem humilitatis prima facie referant, tamen si benẽ perpendantur, non omnino a præsumptione & arrogantia sunt aliena. Quasi dicat. Si opus videtur vobis mirabile: tamen nollem ex illi metis, quod in eo artifex omnem suam scientiam euacuauerit. Faciebat enim olim, at nunc perfectiora faciet. Et si aliquem in eo deprehẽderitis desectum, parcite obsecro, non mirum est, quia faciebat casu, non enim ex intentione fecit. Ad hunc modum videntur Euangelistæ verba explicanda. Erat eijciens dæmonium. Licet opus fuerit præstantissimũ, huius dæmonis ciectio, & in mag-

L. Grego.

Quid verbum erat significet.

nam admirationem omnes qui aderant raperentur: tamē non ideo credendum est ex hoc opere, omnipotentiam eius fuisse exaustam. *No quedo semido por esso el brazo de la omnipotencia de Dios, no quedaron agotadas sus fuerças.* Posset enim de nouo & alia infinita dæmonia eijcere, & propulsare.

*Christi per  
seuerantia  
ineijcien-  
do. damo-  
ne.  
Perseuerā  
tie necessi-  
tas.*

Dicit etiam Verbum, hoc indefessam in eijciendo demone perseuerantiam. Eiecit eū de cælo, de paradiso, de deserto, de filia Chananeæ, & nunc eijciebat de corpore huius hominis. Sic enim eijciendus est diabolus, vt de illo possimus reportare victoriam, non segniter, sed perseueranter. Quid namq; nobis proderit semel illum eijcere & superare, si continuó arma deponimus, & in virtute nõ perseueramus? Victorix felicia damus initia, sed perseuerantiæ defectu coronam victoribus debitam consequi non mereimur. De filijs Efrain dicitur Psa. 77. Filij Efrain intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. In hastiludio strenui, in torneamentis primi, ludo Troiano exercendo, nemo illis aptior videbatur, at in die belli confusibiliter terga verterunt. *En las burlas parecian hombres de veras, y en las veras fueron hombres de burla.* Nam in die belli, quando eorum fortitudo manifestanda erat, primi se fugæ dederunt. Proch dolor, quanti sunt hodie inter Christianos filij Efrain similes, qui videtur cæli expeditionē feliciter incipere, sed exitum infelicem habent, eo quod in virtute non perseuerēt. Quam primum ad quadagesimale ieiunium se præparāt, peccata sua consententur, & quamplurima se facturum promittunt, cum tamen postea nihil adimpleant. Intendunt arcum pœnitentiæ, & contra carnem, mundum, & diaboli atrocissimos hostes, iacula mittere incipiunt: tamē in die belli & tentationis, quādo oportebat viriliter resistere, terga vertunt, & tentationi per consensum lucubunt. Extra tentationem positi, trasones agunt, & de suis viribus præsumunt, at in tentatione, debiles, segnes, & efeminatos se ostendūt. 4. Reg. c. 13. refert scriptura sacra, quod

4. Reg. c. 13.

cum egrotante Heliseo, Ioas Rex Israel visitaret illū, dixit illi Propheta, quod militarē arcum & sagittas iube: et afferre: quibus allatis, iussit illi vt per fenestram orientalem versus orientem, sagittam iaceret. Quam cum iecisset, ait. Sagitta salutis domini, & sagitta salutis cōtra Syriā. Deīn de ait illi: iace aliam sagittam & percute terrā, quam cū tribus vicibus percussisset, iterit & dimisso arcu non amplius eam percussit. Ex quo vir sanctus iratus, ait illi. O quam malè fecisti non habens perseuerantiā in ipsis sagittis iaciendis: si enim percussisses quinquies, aut sexies siue septies, percussisses Syriam vsque ad consumationē. *Si no te cansieras de tirar, toda Syria fue a tuyi.* Adumbrat nobis hoc factum, quam necessaria sit perseuerantiæ virtus ad victoriam de vitijs reportandam. Non enim arma deponenda sunt, sed semper exercēda. Incipimus arcum flectere contra vitia, sagittas parare, & magna facturos promittere, sed quid profunt hæc omnia? Nam tanquam ignaui & imbelles, opportuniori tempore, quando opera, verbis deberent respondere, arma deponimus, inimico cedimus, & tentationi succumbimus.

D. Efron.

D. Efron, lib. 1. cap. 2. de patribus veteris testamenti agens, inquit. Quidquid à principio arripuerunt vsque ad finem vitæ, nullis negotijs impediti, integrum & sanctum propositum seruare conati sunt. Nemo est qui dubitet templum illud à Salomone constructum, de quo 3. Reg. cap. 6. agitur, supremæ nostræ felicitatis vmbra & typum tenere. In eius ostijs (vt scriptura memorat) sculpsit Salomon picturam cherubin & palmarum species, quæ se ad inuicem respiciebant. Per seraphin in ostijs sculptos, Beda intelligit iustos, qui vitam angelicam inter nos degunt & puritatem sectantes in carne præter carnem viuunt. In palmis verò, eorū perseuerantia, & in virtute obduratio, significabatur. Sic enim D. Ambrosius explicat illud Canticorum. Statura tua assimilata est palmæ, quod viriditas pueritiæ huiusquæ status innocentiæ, per totam vitæ cursum sit seruanda.

Cant. 7.

Ponere

Ponere ergo in introitu templi cherubin & palmas hinc inde dispositas, est aperte inuere, quod illi solum, qui angelicam innocentiam habuerint, & perseverantia palmam fuerint adepti, celi templum ingredientur. Habuit huiusmodi virtutem Christus dominus totius sanctitatis exemplar, qui tam perseveranter demonem persecutus est, quem hodie ex corpore huius hominis expellebat.

Et illud erat mutum. D. Matthæ. c. 20. affirmat hunc dæmoniacum fuisse cæcum, & doctores alij inter quos D. Chrysostomus & Theophylactus, tenent fuisse surdum. Ita quod tria miracula (vt refert Beda imo quatuor) in vno homine perpetrata sunt. *Quatro milagros en vno. o per meyr de zot, fue vn milagro de a quatro.* Nam cæcus videt, surdus audit, mutus loquitur, & possessus a dæmone liberatur. Vbi summa consideratione dignum est, quanta sit dæmonis malitia, quanta eius crudelitas, quam in miseram animam, quam possidet per culpam, exercet. Cavete per Dei viscera, ne hunc tyrannum intra domesticos animæ vestræ parietis semel per consensum admittatis, quia non simplex aut vnicum malum facit, sed multiplex, omnia enim quæ potest operatur mala. Vere enim de illo dicitur. *Vi debam Sathanã quasi fulgur de cælo cadentem.* Fulgur, fere semper fulmen committari solet, illud autem quam plurima damna operatur, fumo suffocat, igne comburit, & ictu suo domum tubvertere solet. Quis enarrare sufficiat, quanta mala peccatum mortale in anima peccatoris operetur? Verè ignis comburens est, & vsque ad consumptionem omnia deuastans, vires enervat, virtutes debilitat, merita interimat, & charitatem omnino destruit. Si hoc peccator attenderet, non tanta facilitate peccaret, non tot peccata committeret. Quam rectè Iob de peccato agens, inquit; quod ædificat quasi tineam domum suam. Generatur tinea in ligno, & quamprimum generatur, viscera eius corrodit, donec euisceratũ lignum conteritur, & tota domus quam sustentabat, corruit. Generatur peccatum in anima per consensum, cuius virtutes &

merita

merita sensim corrodit, & euiscerat, donec totum virtutum fundamentum (vt seppè contingat) ad terram prosternatur. Est elegans locus ad hoc probandum ille Davidicus Psal. 61. Alloquitur dæmones, qui omnes pariter ad hominem prosternendum congregari solent, & inquit. Quousque irruitis in hominem? interficite vniuersi vos tanquam parieti inclinato, & macerie depulsa. Vbi D. Hieronymus vertit ex Hebræo: tanquam paries corruens & maceria depulsa. Ac si diceret. O peruersi dæmones, non vos pudet, quod cum tot sitis numero, tantum fortitudine & robore, omnes pariter contra miserum & debilem hominem conuenitis? Et tanquam si esset inclinatus paries, & maceria, si esset depulsa, si in terram corruerent, vas terreum & fictile sibi subiectũ omnino contererent, & comminuerent, ita vt neque relinqueretur tegula, in qua, vel igniculus, vel guta aquæ portari posset: sic vos tanquam paries inclinatus vel fortissimus murus, supra debilem peccatorem corruitis, quem per peccatum dissipatis, & omnino comminuitis. Manet enim inutilis & ineptus ad omne bonum & meritum, ita quod neque scintilla charitatis, neque cælestis aquæ gutta, gratiæ scilicet, in eo contineri queat. Ecce quam inutilis sit dæmoniacus istæ, quem diabolus cæcum, surdum, & mutum reddiderat.

Sed age, iam singula damna, quæ diabolus per peccati consensum operatur, perscrutemur. Inquit Beda, cui dæmoniam consentit. D. Bonaventura doctor seraphicus, quod dæmoniacus hic figuram peccatoris gerit, & in his effectibus, quos circa illum diabolus corporaliter exercebat significantur illi, quos peccatum quotidie circa peccatorem spiritualiter exercet. Peccatum enim excæcat animam, obsurdescit, & obmutescere eam facit. Excæcat, ne statum miserabile in quo degit, videat, obsurdescit, ne inspirationes & verbum Dei audiat, obmutescit, ne peccata sua confiteatur. Primo enim peccatum excæcat peccatorem, alioquin si cæcus non esset, non pro vili voluptate

*Psal. 61*

*D. Hiero. Notæ.*

*Dæmoniam consentit. D. Bonaventura doctor seraphicus, quod dæmoniacus hic figuram peccatoris gerit, & in his effectibus, quos circa illum diabolus corporaliter exercebat significantur illi, quos peccatum quotidie circa peccatorem spiritualiter exercet.*

*Beda.*

*D. Bonaventura.*

*Peccatum excæcat.*

voluptate

*Chrysostomus. Theophylactus. Beda.*

*Quærendo.*

*Lucæ. 10. Diabolus fulgur.*

*Peccatum quasi tinea in opere.*

*Iob. 27.*



voluptate, cælestiū bona commutaret. Manifestè cæcus esse conuincitur, qui lucem fugiens, tenebras diligit, & qui Deum contemnens, terrena & pèitura eligit. Excecat etiam, ne se ipsum aspiciat, & infelicè statum peccati agnoscat: si enim hunc agnosceret, còtinuò de remedio ageret. Quamprimùm Nabuchodonosor ciuitatem Hierosolymorum cepit, & vi armorum templum est ingressus, candelabrum aureum, cuius luce tota domus splendebat, de medio abstulit, & continuò templum ipsum prophanauit. Quo facto innuitur, quòd diabolus animā templum Dei ingrediens, primò eam excecare intendit, & rectæ rationis lumen extinguere, vt facilius quidquid prophanum libuerit, circa illam operetur. Semel enim excæcata anima, facile erit illam prophanare, & quidquid in ea diuinum & preciosum est, dissipare & destruisse. Intueri possumus veritatem hanc quasi in lucidissimo scripturæ speculo delineatam, in ea historia quæ refertur. 4. Reg. 25. Quòd cum Rex Sedechias Nabuchodonosoris arma fugiens, ciuitatem suam defereret, à militibus comprehensus est, & coram Rege Babylonis præsentatus, ab eoquè iudicatus. Locutus est, inquit textus, cum eo iudiciū. Et quidè iudiciū durissimū fuit, & sine vlla misericordia: nam primò filios eius corā eo interfecit, deinde pugione oculos illius effodit, & tandem vinctum catenis, in Babylonem misit. O quā ad vnguem depicta nobis est in hoc crudeli spectaculo peccatoris miseria. Peccator enim, qui tétatione victus, arcem animæ suæ deserens, inimico terga vertit, nec viriliter ei resistit, statim còprehenditur, cuius filios diabolus occidit, quia omnia eius merita & opera (si quæ fecerit) per peccatū mortificatur & pereūt, deinde eruuntur eius oculus & excecat, vt securius in Babylonè & peccati confusione, possit duci captiuus, & tandè ligatis manibus & pedibus, ne bonū possit operari, aut captiuitatē fugere, in ipsa peccati confusione iacet sepultus. O me miserū, o hominū peccatorū dementiam. Quis non cæcū & igno-

ignorantem eum iudicabit, qui pro exigua voluptate, ad tantā miseriā non pertimescit deuenire? Illumina domine oculos mentis nostræ, ne vnquam dormiamus in morte, & nè ad tantam perueniamus dementiæ cæcitatē.

Secundus peccati effectus, est, animam obfuscescere, ne voces & inspirationes Dei audiat, qui semper stat ad ostium & pulsat, vt aperiatur illi cordis ianuam. Vulgò enim dicitur, quòd nō est deterior surdus aut peior, quā qui non vult audire. Talis est peccator in peccatis obduratus, qui obturat aures suas ne audiat verbū, Dei: Quis est cæcus (inquit Deus per Isaiam) nisi seruus meus? & quis est surdus, nisi ad quem misi nuntios meos? Itaque, iuxta hoc cæcus appellatur, & surdus, non tam paganus, idolatra, & infidelis, quam Christianus, qui seruum Dei se iactat, ad quem Deus nuncios suos, prædicatores, scilicet, quotidie mittit, quorum nuncia & monita contemnit, & pendit pro nihilo. Caueamus igitur omnes, ne voces Dei, & vocationes eius negligamus, & ne secundū cordis nostri duritiā thesauricemus nobis irā, & vindictam indie iræ: ne illud Salomonis dictum nobis impingatur. Quia vocaui & renuistis, & ego quoque in interitu vestro irridebo. Vocaui vos prædicatorum meorum ministerio, & nolulistis vocationibus meis, per veram peccatorum cōfessionem respondere, quapropter inuocabitis me in calamitatē, & tribulatione positi (licet non verè & ex corde) & tunc quidem non exaudiemi ni, sed vos, vestros què clamores irridebo.

Valdè pertimescendum est, nè ad tam miserabilè statū deueniamus, vt vocationi Dei resistamus, & verbis oris eius obturemus aures: quia hoc supplitio non nisi grauissima peccata Deus vindicare solet. Dicitur enim Esaiæ. 6. Ex cæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur. Durissima quidem verba, siue sint Dei ad prophetam, siue prophetæ ad Deum, vtrumque enim sensum habere

I. Mac. I.

Figura.

4. Reg. 25

Figura.

Peccatoris

image.

Peccatum  
obfuscescere.

Esai. 42.

Prouer. I.

Esai. 6.

habere possunt. Vbi obiter sciendum, quod Deus neminem possitiuè excæcat (vt Origenes adnotauit) sed permittit excæcari aliquos, & auribus aggruari propter aliqua grauissima peccata quæ comisserunt. Sed dubitabis forsitan quomodo aggruantur aures, ne verbum Dei audiant. Dico quod sunt quædam peccatorum genera, tantam in se grauitatem continentia, quod dicuntur aggruare aures, in quæ interdum cadere permittuntur, illi qui æternæ morti & damnationi adiudicati sunt. Sicut in reprobo Pharaone patuit, cuius Deus indurauit cor, & aures aggrauauit, ne vocem eius audiret, & populum dimitteret. Quando occasione alicuius solennitatis tauri agitantur, solent aliquos ex eis dimittere. Postquam enim per aliquod tēpus defatigati sunt, virgis percussi, & vulneribus affecti, colisei ianuam illis aperiunt, vt per eam egredientes, ad flumen properent, vt ibi vulnera sua lauent, & à morte liberentur. At si interficiendi sunt, canes illis solent obijcere, qui auribus eos apprehendant, vt tanto onere prægrauati, faciliter possint occidi. Non secus Deus, cum peccatoribus obstinatis & vltimo supplicio perimendis, se habet. Permittit enim quod grauissima peccandi consuetudine aures eorum grauentur, & quod verbum oris eius animas conuertens, despectui habeant, vt omni salutis spe priuati, æternæ morti mancipentur.

Hoc quidem quantum ad præcitos, & obstinatos corde: at prædestinati & iusti, licet aliquando à Deo per peccatum elongentur, tamen audita eius voce, continuo ad eum properant, & per veram penitentiam conuertuntur. Et huc spectant verba illa sponsæ, quæ habentur Cant. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Solet liquefieri cera, vt sigillum in ea imprimatur, nam si duritiem habeat, nihil in ea potest imprimi. Cor peccatoris obstinati ferreū est & durum, in quo sigillum verbi Dei non imprimitur. Cor vero iusti quasi cera liquefacta, & ad omnem verbi Dei impressionē disposita. Est ad hoc propo

propositum quod per Oseam Dominus promittit sui vaticinij. 5. capite. Ego quasi Leena Efrain, & quasi Catulus Leonis domui Iuda. Non solum Leena, sed & Catulo dicitur esse similis, vt & diligentiam, quam habet in inquirendis nobis, & verbi sui virtutem & efficaciam circa iustos commendet. Primò enim Leena, non leo futurus esse dicitur, quia leena in inquirendis catulis, maiore diligentiam habet, & leone solet esse fortior. Sic enim Maro in Georgicis cecinit.

*Tempore non alio catulorum oblita leena,  
Senior errauit campis.*

Vt ergo indicet indefessam curam, quam in exquirendis prædestinatis habet, qui ab eo per peccatum morte recesserunt, leena se comparat. Nam si hostis nosster tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuoret, ipse tanquam fortis & animosa leena, circuit quærens quæ saluet. Habet etiam hoc leena, iuxta Magistrum, de proprietat. lib. 12. & refertur à Doctore Incognito, super psal. 68. in expositione illius versus. Laueram clamans, raux factæ sunt fauces meæ, quod virtute & efficacia rugitus sui, catulos suos, quasi mortuos, ad vitam reuocat & suscitatur: quod si aliquis ad vocem eius non consergat, signum erit, non esse eius filium neque ad eam villo modo pertinere. Sic Deus quos prædestinatos habet, & ad perpetuæ gloriæ filiationem electos, rugitu verbi sui suscitatur, & de peccati morte, ad gratiæ vitam reuocat. Quod in præcitis & obstinatis non contingit, qui aures suas obduratas habent, ne vocem eius audiant, aut percipiant.

Tertius effectus est obmutescere, & linguam ligare, ne peccata nostra confiteatur. Scit enim inimicus nosster, quod lingua solet esse instrumentum nostræ salutis, clavis qua media cor Deo referatur, vel occluditur, vena per quam pectoris venenum euomitur.

Oseas. 5.

virgi. lib.  
3. georgi.Mag. st. li.  
12. de pro  
pic.  
Incognit.

Sicut canis omnia ea vulnera, quæ lingua potest attingere facilliter curat, ea verò quæ lingua sua lambere non potest inueterascunt, & computrescunt: sic eorum peccatorum veniam & salutem consequimur, quæ lingua & confessione deteguntur, quæ verò lingua non confitemur, proculdubio corrumpuntur, & in desperationem abeunt. Hoc est vnicum peccatoris remedium (si tamen facultas suppetat) quòd peccata sua coram sacerdote confiteatur. Nec erubescere oportet ad confitendum: quia sicut medico omnia vulnera detegenda sunt, ita & confessori omnia peccata, vt necessaria medicamenta possit illis applicare. Tam necessaria est peccatorum confessio, quòd solet Deus aliquando per vim à nobis, eam extorquere. Sicut iudex latronem apprehendens, qui delictum de quo conuictus est, negat, solet equleo suspendere, vel alio tormentorum genere torquere, vt vi tormentorum coactus veritatem illi aperiat: non fecus Deus, cum peccatore rebeli se habet multoties: cum enim peccata sua nec agnoscat, nec confiteatur, laboribus, erumnis, & calamitatibus eum cruciat, vt vel sic vexatio det, non solum intellectum & cognitionem culpæ, sed etiam eiusdem confessionem. Hinc est, quòd Iob in medio laborum suorum certamine positus, aiebat. Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celavi in sinu meo iniquitatem meam. Quasi diceret, tu scis Domine, quòd nunquam quasi homo peccatum meum coram te confiteri erubui, nec celavi iniquitatem in sinu meo, credens tuam providentiam aliquid latere posse: qui potius, soleo aduersum me eloquia mea dimittere, & in amaritudine animæ meæ veniam poscere. Quare ergo tot laboribus afficior? quare sic crucior? Quare his vermibus, quasi crudelissimis tortoribus, examinandus trador? Non abscondi quasi homo peccatum meum, inquit, nec iuueritò, quia stat peccatum dupliciter abscondere, & reticere, vel quasi homo, vel quasi diabolus. Diabolus, sic peccatum suum abscondit, & in sinu suo

suo celat, quòd neque agnoscit, neque confitetur: non enim confessionis est capax: quia à mortuo perit confessio inquit Ecclesiasticus. Quare, cum idem sit apud diabolum peccatum, quod apud hominem mors, non est cur ab eo expectetur. Aliter stat abscondere peccatum quasi homo. Id est præ verecundia aliquantulum excusare & non distindere, & cum omnibus circumstantijs aggravantibus illud confiteri. Sunt enim, proch dolor, non perpauci, qui ad pedes confessoris positi, peccata sua magis excusant, quam accusant. Referunt enim oca siones quas habuerunt ad peccandum, & quam fortiter à dæmone tentati sunt: tot fucis & coloribus peccata sua ornant, vt magis virtutum quam vitiorum spetiem, præferre videantur. Alij sunt, qui ad confessionem, nulla præuia examinatione facta accedunt, & inde prouenit, quòd in curia & verecundia præpediti, cum pleni sint peccatis & sceleribus, neque vnus quidem reminiscuntur, voluntque confessorum suorum, ariolum, siue coniectorem esse, & quòd peccata propria, quæ ipsi contraxerunt, ad memoriã illis reducãt. Propheta sanctus Esaias, de destructione sacre Ige Hierosolymæ agens, & sub his velaminibus aliqua ad Ecclesiam pertinentia præuidens, sic ait. Ibi habuit foueam Ericius, & enutrit catulos suos. Per ericium catulos suos nutriente, peccatorum intelligit. D. Basilii, & non immeritò, quia sicut Ericius spem ex omni parte abundat, sic peccator, suorum peccatorum spinis configitur. Habet quidem foueam, & fouet catulos suos, quia in antro delicti sui libens inhabitat, & catulos culparum quas comisit, iugulare renuit per confessionem. Sed deueniamus ad rem, & metaphoram ad propositum explicemus. Videbitis Ericium catulis suis committatum sub malo, vel sub arbutto existente, qui manibus pomum apprehendens detibus corrodit, & ore suo comedit, catulisque suis præbet comedendum. Ambulat, comedit, & coludat arbuttis, & pomis saturatur: & tamen si extempore ad eum accedatis, statim exanimem & mortuum se simulat.

Confessio-  
ne aliquan-  
do Deus  
per vim ex  
torquet.

Iob. 31.

Nota.

In orbem segerit, ita quod nequè oculi, neque manus aut pedes appareant. Vbi quaso sunt manus quibus pomum apprehendebas? Vbi pedes quibus ambulabas? Vbi os quo arbutta dulcia comedebas? Nihil aliud præter exteriorem cutem spinis pungentibus plenam videbis. O ericij ericij, o insensati peccatores, qui ad confitenda peccata vestra accedentes ericij stultitiam magis quam prudentiam, imitami. Qui cum tot mala, tot scelera, tot crimina, per anni discursum patraueritis, tamen quasi mortui & exanimis apparetis, & nullius delicti conscios esse affirmatis. Et quidem cum nullum sit peccati genus, in quo legem Dei non fueritis transgressi, nullum facinus quod non commiseritis (non enim defuerunt blasphemix, rapinæ, adulteria, & falsa testimonia & huius generis alia) tamen quasi nihil horum gesseritis, obmutescitis.

Prouenit quidem malum hoc, non ex peccatorum defectu cum tanta sint, sed considerationis, & præparationis animæ: nam absque vlla vitæ ante actæ præmeditatione ad sacramentum hoc confessionis acceditis.

*Luc. 15.*

Antequam filius prodigus, de quo apud Lucam cap. 15. agitur, ad domum patris sui regederetur, veniam sui erroris postulaturus: apud semetipsum deliberauit, dicens.

*Ad confessionem, peccatorum præmeditatione necessaria.*  
*Psal. 31.*

Ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater peccavi in cælum & coram te &c. David etiam qui contra Deum deliquerat per adulterium & homicidium, ad se ipsum conuersus, ait: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Illud, dixi, tantumdem significat ac statui, deliueravi apud memetipsum. Dilicti mei conscius, grauitatem eius, præmeditatione non leui considerauit, deinde iniustitiã meam confesus sum, & tu pietissime Deus, impietatem peccati mei remisisti. Prius enim vnusquisque debet peccata sua præmeditari, & reuocare ad memoriam, vt debitè possit illa confiteri. Peccata quorum obliuisceris (si tamen

*incuria*

incuria & culpa tua fit) Deus recordatur: illa verò, quorum reminisceris ad confessionem, obliuioni mandata. Versio simachi hoc magis confirmat, sic habens. Dixi confitebor, &c. Vt ipse auferas iniquitatem meam, quasi talis deliberatio ad remissionem peccati sit necessaria: Confurge (inquit Ieremias, animam alloquens) in principio vigiliarum, effunde cor tuum quasi aquam in conspectu Domini. Qui enim cor suum quasi aquam in conspectu Domini per veram delictorum confessionem effusus, debet prius consurgere in principio vigiliarum, ad peccata sua præmeditandum, & omnes vias suas exquirendas. Debet enim cum sponsi dilectum suum per omnes vicos & plateas in quibus deliciatus fuerat, inquirere, & ad memoriam voluptates præteritas reuocare, vt possit eum inuenire. Deinde verò, cor suum sicut aquam in conspectu Domini effundat. Et recte quidem quasi aquam cor suum effundere iubetur: nam qui bibit quasi aquam iniquitatem, vt Iob ait, quasi aquam cor suum iniquitate plenum, debet effundere. Inter omnes liquores, nullus est qui facilius effundatur aqua. Si mel effuderis, si oleum, si sapam, semper aliquid in vase remanet: at si aquam, totaliter effunditur, ita vt neque saporem aut odorem relinquant. Sic sic effundenda sunt peccata, tanquam aqua, non tanquam mel, aut oleum: totaliter enim effundenda sunt & confitenda, ita vt neque saporem aut odorem relinquamus. Debet confessio esse integra cum omnibus suis circumstantiis notabiliter aggravantibus, taliter quod nihil remaneat in vase. Fertur de quodam mari no pisce, qui dicitur Scolopendra, quem alij Centipedã vocant, quod si captum homo se sentierit, omnia viscera simul cum hamo euomitione eijcit, & sic ab hamo dissoluitur: mox resorptis visceribus liber abit, & effugit mortem. Peccator quidem quasi piscis, hamo peccati comprehenditur. Sic enim Salomon affirmat. Sicut pisces capiuntur hamo & ates laqueo, sic homines in tempore malo. Si ergo hamum declinare volumus, & mortem

*Ierem. 12.*

*Vide apud Danielom barbarum in catena. Not. Iob. 15.*

*Confessio integra. Pierius lib. 30.*

*Ecce. 15.*

eternam effugere, viscera nostra, ante conspectum Domini effundamus. Nulla sit culpa intus latens, quæ foras per confessionem non exeat. Sic fiet, quod loquatur mutus, cæcus videat, & surdus audiat, & denique possessus à dæmone, per gratiam Dei liberabitur: quam recipiet in præsentis & in futuro gloriam.

# FERIA QVARTA

post tertiam Dominicam.

## CONCIO.

*Quare discipuli tui transgrediuntur præcepta seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant.*

Matthæi. 23.



In Euangelio Dominicæ præteritæ, à ministris fratres, de dæmoniaco egimus, in quo tanquam in lucidissimo speculo, imaginem peccatoris depictam vidimus, & effectus quos in anima peccatrice operatur. Horum præcipuum, cæcitatem quandam mentis esse, docuimus. Cæcus enim est peccator, & oculi eius Sathanæ opera obscurantur, ne propria crimina possit aspicere, qui

& intueri. Et licet doctrina hæc in omnibus peccatoribus locum habeat, de illis maximè verificatur, qui ad obstinationis statum peruenere, & in sceleribus suis profundas iecerunt radices. In his tenebrarum caligo tanta est, quod iudicant bonum malum, & malum bonum, album nigrum, & nigrum album, dulce ponunt in amarum, & amarum in dulce, & omne denique mētis iudicium subuertunt. Ambulabunt ut cæci (inquit Sophonias) quia Domino peccauerunt. Sicut eius qui multum & diu fuit in tenebris, vel in aliquo obscurissimo carcere inclusus extenuatur visus, & obnubilantur oculi, ita ut non possit rectè aspicere. sic qui in vitijs & sceleribus obstinati sunt, hoc laborāt morbo, quod fere cæci sunt & lumen ipsum non valent aspicere. De illis venit intelligendū, id quod per Psalmistā dicitur Psa. 81. Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ. Paraphrasis Caldaica sic habet quæ quasi explicatio est huius loci. Nescierunt bonum operari, & non intellexerunt legem. Et ratio huius est, quia in tenebris ambulāt, quia excæcauit eos malitia eorum, quia ex longa peccandi consuetudine, densissimas contraxerunt tenebras, quapropter, mouebuntur contra eos fundamenta terræ. *Las pedras se leuantan contra ellos.* Ipsa veritas aduersus eos conclamabit. Explicat hunc locum doctor Innominatus de Pharisæis, qui nescierunt bonum operari, neque intellexerunt legem Dei, ex qua possent nullo negotio colligere, Christum esse Deum, sed obstinati in sua malitia noluerunt illum recipere, quin potius vsque ad crucem & mortem persequuti sunt eum. Venit super eos illa maledictio, quam super impium & obstinatum imprecaus fuerat Iob c. 3. Expectet lucem & non videat, nec ortum surgentis auroræ. Hæc enim maledictio super Pharisæos cæcidit, qui diu lucem expectarunt, & tamen præsentem non viderunt. O quantum fuit ab illo populo sol illæ iustitiæ expectatus, quantum aurora lucis Evangelice

Peccator obstinatus cæcus est.

Sopho. 1. Simila.

Psal. 81.

Paraphr. Caldaica.

Doctor Innominat.

Iob. 3.

Christus à Iudæis desideratus.

Esa. 26.

Psal. 39.

Psal. 42.

Qua occasio  
legatione  
fuit  
Christo  
facta.

Psal. 43.

gelica desiderata. Anima mea, aiēbat quidam desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis. Vtinam dirrumperes cælos & descenderes, á facie tua montes disfluērent, vt notū faceres nomen tuum hominibus. Alius vero, expectans expectaui dominū, & intendit mihi, & alibi. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, &c. Et tamen, cum tot flagrant desiderijs, vident hanc lucem, quando illis exorta est in mundo, auerte tunc oculos suos, ne illam viderent, & dilexerunt magis tenebras quam lucem. Huius cecitatis (vt ex Paraphraste tetignus) causa fuit, quia nescierunt bonum operari, neque intellerunt legem Dei: quare vtrumque, illis impropert Christus in præsentī Euangelio, defectum operū, quō patentes suos non honorabant, ignorantiam legis, quia veram iustitiam in interiori cordis consistentem, in rebus exterioribus, lotionē manuum, & alijs huiusmodi collocabant.

Refert hanc historiam D. Mattheus dicens: *accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribae, & Pharisæi dicentes: quare discipuli tui transgrediuntur præcepta seniorum?* Opere pretium erit occasionem inuestigare quam habuerunt Pharisæi & Scribae, mittendi domino hanc legationem, & discipulos accusandi, quod non lauant manus, cum ad mensam sedebant. Fuit quidem occasio, vt ex contextu Euangelistarum colligitur: quod post famosum illud patrum & piscium miraculum in monte patrato: populus fatiatus & lætus, in operis gratificationem, voluit eum vt regem coronare. Fecerunt enim sertum ex fenō & floribus intextum, vt eius capiti imponerent, & vt regem & Mesiam acclamarent: Quam pulchre Citharedus dixit: Confitebitur tibi homo, cum benefeceris ei. Saturati sunt ab ipso, quapropter, Mesiam illum confitetur, & vt regē, corona voluerunt insignire. Dominus autē gloriosam illam humanā fagiens, de eorū manibus dilapsus est & nauim ingressus, mare Galilææ traiecit, & venit cū discipulis suis in terram Gerazenorū, vt illis quoque verbū

vitæ

vitæ administraret. Gerazeneri vero, tanti hospitis aduētū grauisi sunt, & omnes illius regionis incolæ, huius rei certiores fecerunt: vt suarum infirmitatū apud eum reperirent medelam. Accurrebāt omnes, cæci, infirmi, surdi, & dæmoniaci, & optatam cōsequēbantur salutem. Cum autem fama hæc Hierosolymis diulgaretur, Pharisæi liuore & inuidia cruciabantur: non enim ferre poterant nomen Iesu, per omnium ora celebrari. Hinc a reperta occasione, legatos mittunt ad eum, qui coram omni populo, hanc accusationem ad discipulos spectantem illi imponant, vt vel sic detraherent illi: & ab opinione quam inter Gentiles habebat, aliquantisper caderet, tanquam legis transgressor, & qui discipulos suos, antiquas Patrum traditiones obseruare non doceret. Et cautē quidem hoc illi exprobrabant, quia discipulorum culpa, in magistrum redundat, tanquam in eum, qui virtutem & iustitiam non docuerit. Vnde est, quod Diogenes (referente Conrado Licostene) lib. Apotegma, titulo de præceptoribus malis & indoctis, cum iuuenem quendam, turpe aliquid committentem videret, baculo quem manu gestabat, non puerum sed pedagogum, & magistrum percussit, dicens. Cur sic instituis? vt latenter indicaret, culpam discipuli in magistrum esse reiiciendam: nam sicut discipulus bene institutus cedit in gloriā magistris: sic indisciplinatus, in eius confusionem & dedecus. Intelligentes hoc Scribæ & Pharisæi, coram omni Gerazenorū populo magistrum arguunt, quod discipuli eius, traditiones seniorum transgrediantur, quasi ipsum Christum in discipulis suis accusantes.

Quam commune est hoc peccatoribus & impijs, qui ad cognoscenda propria scelera oculos habent clausos, illos perspicacissimos habere ad alienos defectus, etiā minutissimos, corrigēdos. Qui in tenebris sunt, omnia que sunt in lumine solent aduertere & iudicare, vt si aliquis in fouea profunda sit constitutus, nihil fiet exterius, quod oculi eius non aduertant: cum tamen e conuerso,

O s qui in

Discipuli  
culpa, in  
magistrū  
redundat.

Licostenes

Peccato-  
res respec-  
tu sui ca-  
ci sunt, ef-  
fectu alio  
rū oculari

Prouer. 4.

qui in lumine ambulant, nihil iudicant de his quæ sunt in tenebris. Iustus ambulat in lumine, peccator verò, in tenebris. Testis nobis sit Salomon in Prouerbijs, vbi inquit, vtriusque viam depingens. Iustorum semita, quasi lux splendens, & procedit vsque ad perfectum diem: via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Hominem considerate, qui media nocte per viam incedat, lucernam accensam manibus suis gestans: ille quidem, se ipsum intuetur, & viam per quam incedit optime videt, & cauet, si forte sit aliqua fouea aut lubricum vbi possit corruere, alios autem qui per viam incedunt, lumine quod gestat preoccupatus, non videt. E conuerso, reliqui illum vident, & se ipsos non intuentur. Hæc differentia inter peccatores & iustos reperitur, quod iusti semita, clara est & splendida, lucernam enim diuine legis in manibus suis portat, ad cuius lumen quidquid in eo culpæ est, & emendat & corrigit. Peccator verò, qui per viam lubricam & tenebrosam incedit, se ipsum & suos defectus non videt, & in alios, mentis oculos, per curiositatis studium conuertit. Vix aliquis est in ciuitate aut in populo, qui crudeles eius effugiat oculos, & de illorum lingua sit securus. Hic, ex quo viuit & alitur? Illa verò, unde vestem sericam & præciosa ornamenta sustentat? Contra hos inuehitur acriter Salomon in Prouerbijs. cap. 30. Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in altum surrectæ, Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis. Quis non miretur talem ac tam monstruosam generationem? Primò est generatio quæ sibi videtur munda, cum tamè non sit lota à sordibus suis. O summa dementia, quod sit homo peccatis & sceleribus plenus, & se ipsum non agnoscat, sed reputet se esse sanctum, & iustum, & aliorum vitam posse corrigere. Secunda conditio huius malæ generationis est, quod oculos semper excelsos & apertos habet ad alienos defectus contemplandos, ex quo sequitur

Prou. 30.  
Destructio  
damnatur

tur tertia quod pro dentibus gladios habet, ad proximum famam dilacerandum. *No labia palabra que no suque sangre con ella.* Hæc eadem metaphora vsus fuerat Dauid, Psal. 58. dicens: Et gladius in labijs eorum, quoniã quis audiuit? Ac si apertius diceret, quis rem adeò insolitam & monstruosam vidit, quod homines in labijs, acutissimos gladios, loco linguæ habeant. Nonne gladius fuit, in ore Doeg Idumæi? qui cum vidisset quod Achimelech sacerdos dedisset Dauid sanctificatos panes & gladium Goliat, statim detulit ad Saul, dicens: Vidi filium Isai in Noibe apud Achimelech filium Achitob sacerdotem, qui consuluit pro eo dominum, & cibaria dedit ei, &c. Et occasione huius verbi, Saul contra sacerdotes Domini gladium suum conuertit, & occidere fecit octoginta quinque viros vestitos ephiot lineo? Nonne gladium paratum in labijs suis habitatores Cellæ contra Dauid habebant, qui Sauli nunciauerunt ibi manare dauidem, & tunc cõgregata manu contra eum processit, vt intra urbem per traditionem apprehenderet? Quod cù Dauid suspicaretur, præcepit Abiatar sacerdoti vt applicaret Ephor, & offerret pro eo sacrificium. Dum autem sacra faciebat sacerdos, ipse Dauid genu flexus consuluit Dominum. Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus, quod disponat Saul venire in Ceilam, & euertat urbem propter me. Si tradet me viri Ceile in manus eius, & si descendet Saul sicut audiuit Dauid seruus tuus? Et ait illi Dominus descendet. Audito hoc oraculo, rursus interrogauit. Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum in manus Saul? & responsum est illi, tradent. Et sic fugit, & gladios in labijs Ceilæ existentibus euasit. Sed quid immeror in hoc comprobado, cum labia Pharisæorum & Scribarum, non aliud nisi acutissimi gladij, cõtra Dominum & discipulos eius fuerint? Gladij quidem ancipites, qui discipulis minari videbantur, cum tamen, magistrum famam trucidare intenderent. Quare, inquit, discipuli qui transgrediuntur, &c.

Psal. 58

Lingua de  
traitoris,  
gladio cõ-  
paratur.

1. Reg. 22

1. Reg. 23

Et ob-

Et obseruandum est antequam ad alia progrediamur, quod Pharisei isti, non solum de discipulis, sed etiam de magistro murmurabant, vt in illis, illud Dauidicum adimpleatur. Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transiit in terram. Cæterum quando murmurabant de magistro ad discipulos aiebant. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester? Ac si diceret, pares cum paribus facillime congregantur. Siquidem cū publicanis & peccatoribus manducat, & familiariter loquitur, similis eis esse conuincitur. Nunc autem, vt de discipulis murmurent, ad magistrum pergunt. Quare discipuli tui transgrediuntur, &c. Hoc detractorum ingenium, & hic detrahendi modus, frequentissimus est apud illos, & nihil communius. Cum tecum alloquitur detractor, de alijs murmurat, & cum ad alios de quibus murmurauerat accedit, de te ipso etiam male loquitur. Dum tecum alijs detrahit, te ipsum attente contemplatur, vt aliquid in te inueniat, de quo possit coram alijs murmurare. Sunt enim quasi alienorum morum delatotes. *Corredores de vidus agenas.* Iam ad hunc accedūt, iam ad illum, & neutrius fama in lingua illorum secuta est. Fertur in aliquibus ciuitatibus lege sancitum esse, ne muliones aliquid ex illis ciuitatibus ad alias deferant, nisi prius aliquid ad vendendum attulerint. Itaque, si triticum extra tūri sunt, prius vinum adducunt, si oleum, loco illius mel afferunt, aut aliquid huiusmodi. Sunt huius generis, (quod valde dolendum est) non petrari in republicis, qui onus afferunt & onus deferunt. *Arrieros del demopio, que traen carga, y lleuan carga.* Cum ad te accesserint colloquendum, onus afferunt & proximum absentem linguis suis maledictis lacefunt: deinde cum a te descendunt non sine onere progrediuntur, quia etiam deferunt quid alijs narrent, & de te loquantur. O quanta mala ex hoc hominum genere reipublicæ oriuntur. Deficeret mihi tempus, & lingua non sufficeret ad enarrandum. Ecclesiasti. c. 28. aliqua ex eis recensuit. Lingua tertia multos commo-

commouit, & disperfit illos de gente in gentem: ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effudit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat. Vide quanta mala & incommoda ex lingua tertia proueniant.

Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditiones vestras? Ericus sic inquit, hæc verba expendens. Cum vos præcepta Dei propter traditionem hominum negligeritis, quare discipulos meos reprehenditis, quod seniorum traditiones paruipendant, vt diuina iussa custodiant. Quasi dicat, qui alios in paruis reprehendit, debet maiora custodire: non enim habet authoritatem corrigendi alios, qui legem Dei, vel in minimis non custodit. Sunt enim multi aliorum accusatores, qui sic viuunt, quasi nullus eos accusaturus esset. De his Iuuenalis cecinit.

*Vltra Sauromatas fugere hinc licet, & glaciale  
Oceanum, quæries aliquid de moribus audent,  
Qui Curios simulant, & Bachanalia viuunt.*

Oportet enim, vt qui accusatoris aut reprehensoris vires acturus est, omni vitio & culpa careat, ne reprehensionem in ipsum retorquere possint, dicentes Quare & vos, &c. Concionator verbi Dei, cui ex munere hoc incumbit, prælatus & iudex, & quicumque alius, cui gubernatio & correctio Reipublicæ commissa est, debent ab omni vitio esse alieni, alioquin, si in vitijs & sceleribus cum alijs communicauerint, non poterunt liberè eos reprehendere. Nemo quidem liberè reprehendit id, in quo se ipsum accusat. Præcipiebat Deus in Exodo, quod in templo esset candelabrum aureum cum septem calamis ex ipso procedentibus, & in ipsis septem lucernæ, quæ semper coram Sancta Sanctorum lucerent. Et quia necessariò ex his lucernis fauillæ erant producendæ, siue lichinium,

Psal. 72.

Luca. 5.

Detractor  
nulli par-  
cit.

Simile.

Eccle. 28.

Ericus.

Iuuenia.

Qui alii  
accusat,  
crimini-  
bus expers.  
Concionator  
& præ-  
latus. ut  
pa. asbeut  
esse alieniExod. 25.  
figura.



lichinium, præcipiebat etiam, quod essent emunctoria, quibus emungerentur lucernæ: & hæc quidem, non ex ære neque ex ferro, sed ex auro purissimo. Quid autem hæc ad mores nostros spectent, intelligemus, si metaphoram illam qua Christus redemptor noster vitur, Matthæi. 5. capite, ad memoriam reducamus. Comparamur enim ibi ardentibus lucernis, propter ignis charitatem & lucis splendorem. Sic luceat, inquit, lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Et apud Evangelistam Lucam, cap. 12. iubemur lucernas ardentis semper in manibus tenere. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentis in manibus vestris. Semper enim coram Domino, quasi spirituales quædam lucernæ, per opera charitatis debemus ardere, & lucere per bonum exemplum. Sed quia secundum naturæ nostræ fragilitatem, culparum faultæ deficere non possunt (nam difficile est semper ardere & lucere, & incolumem ab omni peccato se custodire) iussit Deus, & sic misericorditer dispensavit, quod in domo sua forcipes essent & emunctoria, quibus lichinium emungeretur. Emunctoria hæc sunt prælati, iudices, rectores, prædicatores verbi Dei, confessores, & alij viri ecclesiastici, quibus cura emungendi peccata, commissa est. Verum hæc emunctoria (inquit Deus) sicut ex purissimo auro, non habeat aliquod adulterinum metalum admixtum, Magna puritas & perfectio in ijs requiritur, qui aliorum vitia emungere debent & corrigere: alioquin si vitij contaminati fuerint, munus suum exequi non poterunt. Esaias Propheta capite. 23. Sydonem introducit civitatem maritimam, & caput totius Phœnicæ, ad quam magna mercatorum & negociantium copia confluebat, & ob hanc causam vitij abundabat & sceleribus, vsuris, mendatijs, lucris, & rapinis. Quam quidem civitatem, mare reprehendit scelera sua & flagitia contemplan, & ait illi. Erubescet Sydon civi-

tas inter omnes Phœnicæ potentissima, rubore perfundere & confusione, videns tot scelera & flagitia quæ in te patrantur, tot mala quæ committuntur, tot iniustos contactus qui in te fiunt. Cui Sydon libera voce respondit (iuxta literam Septuaginta, quæ sic habet. At fortitudo maris ait. Et per fortitudinem maris ipsam Sydoniam intelligit.) Non parturivi nec peperivi, nec enutriivi iuvenes. Ego quidem iuvenes & negociatores in me existentes, non peperivi neque enutriivi, nam ferè omnes aliunde venerunt, quare scelera ab eis patrata, non mihi, sed potius mari ipsi, viam eis præbenti, imputari debent. Ac si apeatius diceret. Tu quidem mare qui me accusas in causa es, quod hæc crimina committantur, qui mercatorum nauibus vias præstas. Qui enim à culpa non est alienus, aliena crimina accusare non debet. *El que tiene el tejido de vidrio, no tiene piedra al de su vezino.* Quomodo namque confessarius, aut verbi Dei concionator, hominem carnalem, & in delicijs & voluptatibus vitam degentem, reprehendere audebit, si tamen ipse ab his omnino nõ est alienus? Quomodo prælatus subditis suis ad claustrum observantiam, morum compositionem, & reformationem vitæ suadebit, si tamen ipse nihil horum observat? Quomodo iudex & gubernator reipublicæ in furem excandescet, & de illo debitas penas sumet, si ipse socius furum est, & in rapinis particeps? Est ad hoc propositum exemplum Doniæ Piratæ ab Augustino traditum. Cum enim hic Pyrata captus fuisset, & ad Alexandrum adductus, acriter reprehendit illum dicens, cur mare infestas, & ex rapto vivis? At ille imperterritus respondit: & quare tu opprimis mundum? Ego vocor latro quia parva classe mare conturbo, tu verò quia tanta acie totum mundum conturbas, vocaris imperator. Me paupertas fecit aliorum oppressorem & paucorum, sed te cupiditas multorum fecit turbatorem. Miratus Alexander constantiam eius, dixit. Experiar, an mutatio fortunæ te faciat meliorem, & ad hoc probandum eum fecit.

Matth. 5.

Lucæ. 12.

Ecclesiasticus  
viti, quæ  
viti puri-  
tate nre-  
re d. be. it.

Esai. 23.  
Nota.

Refert In-  
cognit. su-  
per Psal. 41.  
Libera Do-  
nida Piratæ  
re respon-  
dit.

fecit militię ascribi. Acutē quidem in Alexandrum re-  
torfit eandem culpam quam in eum conijciebat. Hac  
arte vsus est Christus vitę reparator, qui videns quod  
scribę, & Pharisei discipulos suos reprehendebant, cū  
tamen ipsi sceleribus, & peccatis essent pleni, in illos re-  
prehensionem retorquens, ait. Quare & vos &c.

*Non Deus dixit, hoc tota patrem tuum, & matrem tuam &c.*

Pręceperat Deus Exodi. 20. vt filij parentes suos hono-  
rarēt. Qui honor non tantum in exteriori cultu, & re-  
uerentia, quantum in rebus ad vitę sustentationem ne-  
cessarijs consistit, in xta Erici & Emiseni interpreta-  
tione. Hoc enim sonat honorare in scriptura. Dicitur  
namquę Prouer. 3. Honora Dominum de tua substantia.  
Et Apostolus inquit. Presbiteri duplici honore digni  
sunt, maximē qui laborant in verbo & doctrina, & hic  
honor non solum in officijs deferendis, sed etiā in mu-  
nerum largitione consistit. Volentes igitur Pharisei hęc  
ęquissimam & sanctissimam Dei legem subuertere, vt in  
eorum cederet lucrum: impietatem sub pietatis nomi-  
ne induxerunt, docuerunt quę, vt si quis ea quę ex iure  
offerenda sunt parentibus, Deo vouere vellet qui omniū  
est vniuersalis pater, in hoc pręceptum adimplet, nequę  
parentes ad ea amplius petenda ius habent, cū Domino  
sint consecrata. Et hoc est quod in euangelo dicitur,  
Quodcūq; munus ex me est, tibi proderit. Id est, ęquius  
est & magis rationi consonum, quod munus hoc quod  
tibi oblaturus eram, Deo deferas cui consecratum est,  
quam accipiens, aliquod sacrilegium committas. Vbi  
summopere aduertendum est, quod cum Pharisei tot  
abundarent sceleribus & flagitijs, tot legis transgressiones  
committerent, erant enim superbi, auari, inuidi, hy-  
pocrite, & nullum erat vitij genus quod in eis sedem nō  
haberet: tamen solum de transgressione huius pręcepti  
honorandi parentes eos redarguit, & ob hoc contra eos  
acriter exandescit: nimirum, quia pręceptum hoc, tā  
est ipsius nature legibus consentaneum, vt transgressio  
eius,

eius, pro maximo crimine computetur. Tam strictis obli-  
gationis vinculis tenentur filij, honorandi parentes,  
quod Aristoteles in Thopicis dixerit, non minus inso-  
lentem esse qui hoc in dubium verteret, quam dubitans  
de niuis albedine, &c. Thopicorum cap. 9. inquit. Qui  
quærunt sint dij colendi nec ne, & amandi parentes,  
supplicio coercendi sunt. Allusio est ad illud, quod de  
Atheniensibus refert Valerius libr. 1. cap. 1. de neglecta  
religione. Vbi inquit, quod Athenienses Philosophum  
Diagoram exilio affecerunt, eo quod Deum esse an non  
esse, in disputationem verterit. Eodem supplitio,  
ait Aristoteles, puniendus est, qui dubitat, an parentes  
honorandi sunt. Itaque eidem ascribit ordini, & Deo-  
rum fidem, & parentum honorem, quasi sentiens, quod  
sicut primum, ita & secundum, natura docet. Sed ò su-  
peri, quis non & miretur & horreat, filiorum ingrati-  
tudinem erga parentes considerans? Qui cum ex lege &  
naturali & diuina, eos honorare teneantur, sustentare &  
alere, & necessitatibus eorum succurrere: tamen tam  
præposterē hac tempestate fit, quod multi parentes suos  
in senectute deserunt, iniurijs prouocant, & contume-  
lijs afficiunt. Benē quidem Hispano prouerbio dicitur.  
*Vn padre para cien hijos, y no cien hijos para vn padre.* Sicut  
enim radices virtus naturaliter ad palmites suos deriuat,  
& non è conuerso à palmitibus ad radicem, & sicut  
aqua suapte natura deorsum fertur, sursum autem, non  
nisi violenter ascendit, sic parentum amor deriuatur ad  
filios, filij verò, licet parentes suos diligere & honorare  
præcipiantur: id tamen non nisi violenter præstant, &  
quasi ad id naturali iure non tenerentur. Vt aqua vase  
aliquo cõtenta sursum ascendat, solemus pòdus aliquod  
in vase ipso immittere: si enim lapidem, ferrum, aut ali-  
quid ponderis immittas, statim aqua sursum ascendit.  
Non secus Deus cum filijs, in hoc honorandi parentes  
pręcepto, fecisse videtur: vt aqua dilectionis à filijs ad pa-  
rentes, quasi sursum ascendat, pręmium magni ponderis

*Arist. in  
Topic.*

*Valer.*

*Filiorū in  
gratitudo  
erga pa-  
rentes.*

*Simile.*

*Simile.*

*Simile.*

*Exc. 20.  
Honor pa-  
rentum in  
quo confi-  
tat.*

*Pr. ucr. 3.*

*Thim. 5*

præcepto apponit, dicens, Vt sis longeuus super terram: nam nemo est, qui longioris vitæ non teneatur desiderio. Et quidem solet Deus ingratos filios, & parentibus suis inobedientes prepropera & immatura morte mulcta resiccut in rebelli Absalone patuit, qui in iuuentutis flore, capillis suspensus in quercu, tribus lanceis confossus interijt. Vice versa filijs parentibus suis obsequentibus, longissimam & felicem vitam concedit. Apostolus Paulus de Melchisedech agens, in ea, quã ad Hebræos scripsit, ait. Melchisedech rex Salem, sine patre, sine matre, & genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens. Quod non est intelligendum (vt Bruno Cartusianus, & post eum Claudius aduertit) quasi parentes non habuerit, sed quia scriptura eum uerbis, nullatenus dicit, fuit etiam sine genealogia, quia filios non habuit. Caruit initio dierum, & sine vitæ, quia hæc in scriptura non memorantur. Sed dubium est apud sacros interpretes, quisnam iste Melchisedech fuerit, qui sine patre & sine matre dicitur? Cui dubio D. Hieronymus & Lyranus respondet de mente Hebræorum esse Sem filium Noe, qui verenda patris palio cooperuit, quando maledictus Cham illi illudebat: quapropter tam longeuam vitam habuit concessam, quod temporibus Abraham adhuc uiuus superfuerat. Condecens enim fuit tam longam illi præstare vitam, qui circa eum, a quo vitam ipsam acceperat, tam gratum animum exhibuit, quod non est passus ab alijs filijs irrideri. Quam absimilis eius Euilmerodac, imperatoris Nabuchodonosor filius, de quo refert glossa super illud Esai 14. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, &c. quod mortuo Nabuchodonosore pariete suo, hæc apud se cogitauit. Pater meus cum ab omnibus mortuus crederetur, quando in belluã cõuersus est, & in siluis & nemoribus morabatur, tamẽ postea, quasi reuixit & regno suo restitutus est: nunc autẽ, ne idẽ contingat, dilacerabo corpus eius, & aubus cæli deuorandum trahã. Dilacerauit igitur eius corpus, & in frustra minutissima

ssima concidit, & tercentis aubus quas ad hoc collegit, deuorandum dedit. O inauditum facinus in quo iura nature soluuntur, & lex diuina & humana violatur. Tantum enim in ingrato filio dominandi cupido præualuit, quod in proprium parentem inauditam crudelitatem fuerit machinatus. Quapropter christiani filij, ab his, & alijs. Si milibus casibus pijs aures auertite, & parentes vestros quantum in uobis fuerit honorate, vt veros esse filios progenitorũ uestrorũ cõprobetis. Qui enim in parentes suos crudelis, & immisericors est, iste non naturalis filius, sed adulterinus, & spurius est iudicandus, & de sua filiatione non ineptè suspectus. Nã quomodo reluctante & contradicente natura ipsa, in proprium parentem, malũ aliquid poterit attentare? Referunt grauissimi authores inter quos Bernardus deustis religionis nostræ illuminatissimus doctor, quod mulier quaedam ira accensa contra proprium maritum, dixit illi, quod ex tribus filijs, quos suo nomine educabat, vnus dum taxat ad illum pertinebat, nam reliquos ex adulturio genuerat. Obijt mortẽ mulier, & cum maritus morti etiã appropinquasset, suorum honorũ illũ filium heredẽ instituit, qui suus esse filius comprobaretur. Cũ ergo filij apud principem terre illius disceptarent, & vnusquisque se verum esse filium preterderet, iussit princeps vt mortuũ parentis corpus e sepulchro edducerent & ad palum alligarent in quem filij sagittas mittentes, qui dexterius cor eius transfigeret, ille filius legitimus haberetur, & paternam hereditatem acciperet. Primus & secundus incũctanter in illum sagittas suas miserunt, at tertius, arcũ manu accipiens, in semet ipso contremuit, & omnia eius membra dissoluta sunt, quare dimisso arcu & proiectus sagittis, se malle perdere hereditatem quam cor paternũ transfigere protestatus est. Tunc Rex pro illo sententiam suam dedit, declarans illum esse verum & naturalem filium, qui parentis sui mortui miserus est. Iudicauit enim, & ecclẽ, apud semetipsum

*Bernardus*  
*suorofa-*  
*rio.*  
*Notabile*  
*factum.*

2. Reg. 18

Heb. 7.

Bruno Car  
tusianus.  
Claud.D. Hier.  
Lyranus.Melchise-  
dech, quos  
fuerit.Filij patris  
tes honora-  
tes lon-  
geui su-  
per terrã.

Glossa.

Isai. 14.

aut crudele est, in illos patrare, aborret: quare filij censendi non suere, qui proprium parentem iaculare, non sunt veriti. Inuehitur acriter Salomon Proverb. cap. 30. in filios parentibus suis ingratos, dicens. Oculum qui subfanat patrem, & qui despicit patrum matris suæ, effodiat eum coruus de torrentibus. Meretur quidem oculus subfanâs patrem, & qui debitam reuerentiam ei non tribuit, quôlâ coruis voracibus eruat. Sed quare â coruis? Vtique, quia coruus ingratitude est symbolum, qui in proprium benefactorem malum demolitur, vnde Hispano prouerbio dicitur, *Cria cueruo, y sacante ha él ojo*. Eruant igitur corui oculos perfidorum filiorum, vt supplitij genus ostendat, illos parentibus suis fuisse ingratisimôs. Deus enim ingratitude populû sui aggrauare volês, prius filios eos appellat, deinâe cõtra eos acriter inuehitur, & multa mala illis comminatur. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autê spreuerunt me. Quasi ostendens, filios parentes suos spernere, qui eos genuerunt, summum genus ingratitude esse. Diligamus ergo parentes, ne ingratitude arguamur, linguam nostram refrenemus, ne proximis nostris detrahamus, aperiamus oculos, non tam ad alienos defectus contemplandos, quam ad nostros corrigendos. Sic fiet, vt consequamur gratiam & gloriam.

(3.)

FE

# FERIA SEXTA

## post tertiam Dominicam.

CONCIO.

*Iesus autem fatigatus exit in eam sedebat sic supra fontem.*

Ioannis. 4.



VNDVM hunc visibilem, quem *Mundus reipublica assimilatur.* Deus miro artificio extruxit, ad modum cuiusdam benè ordinatæ reipublicæ constitutum esse, nemo est qui dubitet. In reipublica, quædam sunt personæ publicæ & eminentes dignitate, totius populû duces & capita, ad quorum imperium & nutû, omnia ordinantur & fiunt, cuiusmodi sunt reges & principes, ducês atque rectores. Alij sunt inferioris ordinis, & in loco humili & infimo constituti, qui quasi manus sunt reipublicæ, per quas, quidquid supremi gubernatores ordinant, exercetur, & executioni mandatur. Non secus in mundi huius opificio contingit. Quædam sunt causæ vniuersales omnium rerum, sicut sunt cæli, & supremi orbis, sol hic visibilis, cû reliquis celi astris. Alij sunt particulares & inferiores, quæ superiorû iussa exercent, & earum imperio, sine contradictione vlla obediunt. Omnes istæ causæ tanta sunt inter se prouidentia ordinatæ, & tam miro artificio dispositæ, quôd nulla illa

rum alterius munere fungitur, neque alienam iurisdictionem usurpat, licet ad inuicem se adiungent, & procreationi rerum, mutua inter se vicissitudine copulentur. Sol non potest, vel vnicum folium producere, nisi virtute terræ & aquæ interueniente, terra aurum & argentum in suis visceribus non proferet, neq; mare præciosas gemmas, nisi solis virtute, tanquam communi & vniuersali causa concurrente. Pari modo, in Ecclesia posuit Deus vniuersalem, quandâ & supremam causam omnium effectuum a gratia proueniens, quæ causa, Christus redemptor noster est, hominum & angelorum caput, a quo, tanquam ab vniuersali causa, quicquid in nobis meriti & gratiæ est, procedit. D. Paulus ad Hebræos sic eum appellat, dicens. Factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Causa inquam vniuersalis factus est, nam per passionem suam, gratiam nobis & gloriam promeruit. Hinc factum esse existimo, quod sol iustitiæ non semel in scriptura sacra fuerit appellatus. Orietur vobis timentibus Deum, sol iustitiæ. Et Zacharias, magni Ioannis pater, in suo Cantico ait. Visitauit nos Oriens ex alto, illuminare, &c. Ratio est, quia sicut sol causa est vniuersalis omnium quæ ex terra gignuntur, sic Christus, iustitiæ & gratiæ. Propter hanc eandem rationem, caput etiam totius Ecclesiæ appellatur: quia sicut caput virtutem suam super alia membra infundit, sic Christus omnibus Ecclesiæ membris, virtutem suæ gratiæ communicat. Ex hoc facile deduci potest, quod cum Christus vniuersalis causa extiterit, non teneri eum, nisi ad vniuersales effectus, non ad particulares operandum. Sufficiebat enim, sanguinem suum, merita, & alia sacramentorum remedia nobis contulisse, sine hoc, quod ipsemet, tanquam particularis causa ea applicasset, quia hoc non nisi ad inferiores & singulares causas spectat. Quare dicebat Paulus ad Colosenses. Adimpleo ea, quæ defunt passioni Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia, nihil enim passioni eius

eius defuit, si sufficientiam spectemus, sufficientissima quidem fuit pro mille mundis redimendis, nam Passio Christi copiosa apud eum redemptio, vt Psalmista inquit, sufficiens. solum defuit, quod per aliquas particulares causas, medicamenta suæ passionis applicarentur, & hoc est quod supplebat Paulus, & quod per alios Euangelij ministros nunc suppletur. Sed nihilominus celestis medicus, in aliquorum salute procuranda, non solum causa vniuersalis, sed etiam particularis extitit, quibus ipse non per alios ministros, sed per se medicinam applicuit. Sic enim Apostolos, Diuum Paulum, Magdalenam, Zacheum, & Latronem texit. Diuus Palus ad Galatas. i. postquam dixerat: Diligit nos, & tradidit se metipsum pro nobis, etiam subdit Qui dilexit me, & tradidit se metipsum pro me. Ac si diceret, fateor me illi deuinctum esse, non solum tanquam vniuersali causæ, sicut cæteri qui ab illo fuerunt vocati, sed etiam tanquam particulari, per se metipsum salutem meam operanti. Exemplo hoc fiet manifestius. Si peritus aliquis medicus egrotum principem curasset, qui non solum ordinasset remedia & beneficia, verum ipsius manibus applicasset ea, ipse incisionem faceret, & potionem amarâ contulisset: certum est, quod non solum tanquam medico salutem illi deberet, sed etiam tanquam ministro per se ipsum beneficia exhibenti. Hoc igitur est, quod modo ait Paulus. Qui dilexit me, &c. Id est, non solum tanquam generali causæ, sed speciali, non vno, sed multis nominibus, salutem quam consequutus sum, Christo meo debitam esse fateor. Inter hos felicissimos egrotos, quos per se ipsum dominus dignatus est curare, etiam mulier hæc Samaritana & idolatra annumeratur. Hanc Dominus visitauit sua gratia, illuminauit sua luce, aqua sapientiæ salutaris inebriauit, & ex muliere idolatra & infideli, suæ fidei ministram & preconem fecit. Sed iam ad literam accedamus.

Passio Christi  
sufficiens.

Ad Galatas

Simile.

Deus per  
se ipsum  
vniuersalis  
noster Samaritana  
idolatra  
fuit.Christus  
vniuersalis  
causa  
effectuum  
gratiæ.

Hebræos. 5.

Matth. 4.  
Luc. 1.

Colos. 1.

*Erico.* Venit Iesus in ciuitatem Samarie qua dicitur Sichar. *Causa huius itine ris per Samariam.* huius itineris (si Erico credimus) æmulatio Pharisæorum fuit, quod etiam ex contextu Euangelistæ colligitur, in quo habetur: quod cum audisset Iesus, quia dixerunt de eo Pharisæi invidia & libore commoti, quod plures discipulos haberet quam Ioannes, & ad imitationem eius baptizaret, reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galileam, quare per mediam Samariam transiturus erat. In hac regione Samaritanorum, quædam ciuitas sita erat Sichar, vel Sichen appellata, & in hanc venit Iesus. Ciuitas hæc, vt notauit Hieronymus in Epitaphio Paulæ, proprio vocabulo Sichen dicta erat: at Christi tempore, vulgò appellabatur Sichar, quo nomine Euangelista vsus est. Fuit ciuitas hæc famosa inter omnes illius prouinciæ propter multa memoranda, quæ in ea ciuitate contigisse, scriptura vetus narrat. Cum Abraham Dei iussu ex Mesopotamia in terram Chanaan venisset, primum venit Sichen, ibique primò altare edificauit Domino, & terræ illius promissionem accepit vt habetur Gene. 12. & 13. Iacob regrediens ex Mesopotamia cum vxoribus & filijs, in Sichen fixit tabernaculum, & ibi emit partem agri à filijs Emor Gene. 33. In hac ciuitate Dina Iacob filia, corrupta est à filio regis Sichen, & facta est occisio magna à Simone & alijs filijs Iacob, Gene. 34. Sichen constituta fuit Asylum & refugium fugitiuis Iosue. 20. In hac ciuitate decem tribus propter stultitiam Roboam à Iudæ recesserunt, & à veri Dei cultu defecerunt vitulis aureis erectis. Et denique, in ea ossa Ioseph sunt sepulta. In hac ergo famosissima ciuitate, voluit Deus sapientiæ, misericordiæ, & omnipotentia suæ vestigia relinquere, & mirabilem huius mulieris conuersionem operari. Et ideo forsan in earrando opere, tot vsus est circumstantijs loci, & temporis, & personarum: quod fuit propè ciuitatē Sichen, quod Ioseph filio suo, dederat, quod erat hora ipsa sexta. vt ex his magnitudo operis commèdaretur. Magnum quidem opus, & fortè miraculo maius, peccatoris

toris cōuersio est; & cordis humani commutatio, & ideo in conuersione huius mulieris quasi Herculeas columnas, in huius rei memoriam, Euangelista nunc erigit. Quasi diuisiones aquarum, inquit Salomon, sic cor regis in manu Domini, quocumquē voluerit verit illud. Ostendit Deus infinitam suam virtutem in diuisione aquarum, quando mare in duodecim diuisiones diuisit, vt exercitus Mosiacus sic pede transfret, & cum in Iordane retrocesserunt aquæ, & quasi murus altus supra se ipsas extiterunt vndæ. Sic cor Regis in manu Domini, quia non minoris virtutis est, cor humanum commutare & facere illud retrocedere, vitia quæ relinquere, quam aquas diuidere, & populo liberum iter præbere. Si ergo Iosue in huius facti memoriã, duodecim erexit lapides, quos posuit in monumentum, vt nulla rei esset obliuio rationi consonum est, quod etiam Ioannes, in loco vbi mulier idolatra, & pagana ad fidem est conuersa Christi trophea erigat ad perpetuam rei memoriam, quam nulla temporum possit obliuio delere. Tanti momenti est peccatoris ad Deum conuersio, quod diem illam in qua aliquis relictis vitijs ad Deum conuertitur, deberet in felice literis aureis conscribere Tali die pænitentia egi de peccatis meis tali die peccati iugum deposui, de seruitute diaboli, ad amicitiam Dei sum rranlatus, liberatus à morte, ereptus ab inferis, deculpa ad gratia cōuersus Titulus Psalmi. 37. qui incipit: Domine, ne in furore tuo arguas me, talis est: Psalmus Dauid in remembrance di ei Sabbati. Vbi magnus Basilius ait, Dauidem hunc Psalmum confecisse, ad memoriam Sabbati illius, in quo peccata fuerunt illi dimissa, vt diebus Sabbatinis in gratiarum actionem, & tanti beneficij memoriam illum coram Domino decantaret. Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Fateor enim, sagittis verbi tui per os Nathan mihi propositi, cor meum esse transfixum, non me latet manum tuam vlticem valde super me aggrauatam fuisse, cum filium mihi natum

Prouer. 21

Iosue. 4.

Titulus  
Psalmi. 37.  
D. Basi.  
nota.

abstulisti, & omnia effamea dolore & tristitia cõcussisti tamen, inter vulnerum dolores & sagittarum ictus, dulcissimam illam vocem de ore tui prophete egresam, audire me fecisti: Dominus quoque, transtulit peccatum tuum à te. Quæ vox omni melodia dulcior auribus meis extitit. Tanta enim suavitate repleta est, quòd beneficium hoc, perpetuæ memoriæ mandare decreui, Psal- mus hic, ob recordationem facti describetur, & singulis sabbatinis diebus per totum anni circulum tibi decantabitur. Huc spectat, quòd in Canticis Salomonis fertur cap. 8. Cum cœlestes illi sponsi quadã die, causa creandi animi, per hortum suum deambulant, versus omnem partem respicientes, casu arborem quandã pulcherrimam offenderunt: tunc sponsa figens pedem, dixit. Vides ò charissime spõse malũ illud: libetẽr illud respice, nõ enim sine iucunditate magna, ego illud possũ respicere. Memini aliquãdo patrem meũ interrogasse, & ab illo quaesisse, vbi nam vmbraculũ haberet aut tuguriũ, quãdo me ex mea matre genuit? Ipse verò mihi interroganti, dixit. Sub arbore malo suscitavi te amica mea, ibi corrupta est mater tua. Scito filia quòd sub illa arbore erat tũc vmbraculũ, ibi matri tuæ sum despõsatus ibi primo, & illã agnoui, & te ipsã genui. Respice ergo chare sponse illã arbore, quia ego sine magno gaudio eã nõ aspiciã. Arbor enim ista, quasi memorię annulus, ad recordationẽ erit mihi cõstituta. Statim ac illã cerno, diem illũ, natalis mei felicissimũ, ad memoriã mihi reuocat, in quo, tibi potius nata sũ quã mihi, ex quo ad tantam sum prouecta gloriã, vt sim tua coniux, tua quẽ dici merear, tu quẽ meus. Optima quidem ratio, & christiani auribus digna, quam etiam nos omnes, qui per gratiam Christo concepti sumus, imitari deberemus. Aequum enim esset, vt ingredientes Ecclesiam, & locum intuentes, vbi peccata confessi sumus, vel contritionem cordis habuimus, qua mediante cœlo nati sumus, imã ensas illi pro tato beneficio gratias ageremus.

2. Reg. 12

Cant. 8.

Dus con-  
uersionis.  
nostra nõ  
est obliuio  
ne mãm  
dus.

Gratia  
pro conuer-  
sione Deo  
agenda.

Bene-

benedictus sis in sempiternum Domine, qui me de morte ad vitam suscitasti, qui me a peccatis absolulisti, qui de seruitute diaboli, ad dignitatem tuæ gratiæ, prouexisti. Quis dubitat, Samaritanam non semel post conuersionem, ad fontem accessisse, & oculorum lacrimis fontem illum irrigasse, & aquas eius auuisse. Quanta putas verborum dulcedine loqueretur puteum? O putee, putee, fons & origo, meæ salutis, tu principium omnium bonorum meorum fuisti, tu magistri mei cathedra, tu misericordiæ suæ solium, & conuersionis meæ testis. Non secus Magdalena, cum præsentia Christi fruebatur, continuo ad pedes eius accurrebat, vbi peccatorum veniam adinuenit. Lauabo per singulas noctes lectam meam, exemplar illud penitentiaæ aiebat, lacrimis meis stratum meum rigabo. Sed cur o Propheta sancte, in lecto & in stratu, potius quam in alijs locis, flere & lamentari libet? Quia in lecto iacens Deum offendi, & in stratu sedens ueniam accepi, in lecto adulterium commisi, & in stratu regio, à crimine sum solutus: quare tam lectus quam stratus, commissa & dimissa scelera ad memoriã reducent.

Jesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Profectus fuerat Dñs nudis pedib⁹ & ieiunus, terra erat montuosa & aspera, longũ iter, ardor solis nimius, ipse valde delicatus, quare cum ad locum hunc accessisset, ex itineris labore fessus, iuxta fontem illum sedit. Præpenderat D. Aug. hanc Christi defatigationẽ & susceptam pro nobis infirmitatem: nam mirum est hodiẽ defatigatum videre illum, de quo regalis Propheta cecinit: Dns fortis & potēs, Dñs potēs in prælio. Si ergo fortis & potēs, quomodo ex itinere lassat⁹. Eodẽ attinet illud Esaię. Qui appēdit tribus digitis molē terræ. Eadẽ enim facilitate qua cuncta creauit & produxit de nihilo, ea appēdit & cõstruat. Nũquid Domine in creatione mũdi defatigatus es? Nũquid molestiam aliquam expertus? Audi qui hoc interrogas, quid ipse per Salomonem in prouerbijs

Psal. 62

Nota.

D. Aug.  
Christi de  
fatigatio.  
Psal. 23.

Psal. 40.

dicat.

Eru. 8.

dicat. Quando præparabat cælos aderam, quando certa lege & giro valabat abiffos, quando ætera firmabat firmum, & librabat fontes aquarum: cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore. Ego, inquit, simul cum patre meo omnia quæ cælorum ambitu cõtinentur operatus sum, & nulla ex creaturis est, quæ meas ignoraret manus; tamen delectabar per singulos dies, & omnia hæc ludens, quasi per occium faciebam. *Andauame yo florendo, y era para mi criar el mundo como hace vn brinquin,* nullum laborem ex tam laborioso opere sum expertus. Hunc ergo, quæ mundi machina defatigare non potuit, iter Samariæ pro conuersione peccatorum susceptus, hodie vexat, & fatigat, quia peccata nostra sunt quæ Deum fatigant, & illum vexare potuerunt. Seruire me fecistis in peccatis vestris, præbuitis mihi laborem. Et ideo, Augustinus inquit, post susceptam mortalitatem nostram, galinæ se comparat, vt hunc laborem pro nobis voluntarie susceptum, & mortalitatis infirmitatem, domestica galinæ similitudine ostenderet. Quoties volui congregare filios tuos, quem admodum galina congregat pullos suos sub alas, & noluit: ille enim qui in lege veteri, aquilæ comparari solebat. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, modo debili & infirmæ galinæ comparatur. quod non misterio vacare est credendum. Equidẽ, aquila absque vilo sui periculo, & discrimine, pullos suos ex vno nido in alium transfert, tam altè volat, quod non est cur sagittam timeat vel aliud sibi imminens malum. At galina infirmatur cum pulis, & magnis discrimenibus est exposita. Eduxit Deus populum suum de Aegypto, & quasi de nido in nidum in terram Chanaan perduxit, verum sicut aquila, non enim aliquid laboris aut mali passus est: sed cum factus homo mortalis, de Dæmonis seruitute Ecclesiam liberavit, quasi galina debilis hoc præstitit, nam nostras infirmitates & labores est expertus, & varia tormentorum

*Fatigatur  
Deus expe-  
catis nos-  
tris.  
Esai. 45.  
E. 3. g.  
Lucæ. 13.  
Deut. 32*

*Christus  
quare ga-  
lina com-  
paretur.*

torum genera sustinuit. Tætatur per omnia appellat eum. D. Paulus, quasi nullum esset genus pænæ quod in se ipso non susciperet. Suscepit paupertatem, famem, sitim, & labores, & in longouitæ itinere, supra modum defatigatus fuit. Et aduertit idẽ, Augustinus, quod infirmitates istæ nõ illi cõnaturales, sed aduentiæ fuerunt, & aliunde prouenientes. *Fuerõ enfermedades pegadas.* Sicut medico solet nonnumquam contingere, qui pergens ad visitandam ægrotum quæ carum habet, super lectum eius sedet, & tantum illi adheret, quod eandem infirmitatem contrahit. Sic vnigena filius Dei, qui ad curandum infirmitates humani generis venit in mundum, tantum homini per carnis assumptionem adhesit, quod etiam infirmitates eius contraxit, vrgebat eum sol, vexabat fames & sitis, & ex itinere labore nimis defatigabatur. Sed o stupor, quis non hæc considerans totus hæreat, & rei nouitate admiretur? Creaturæ in suum authorem insurgunt, bellum illi inferunt, & eum aquo acceperunt esse, fatigant & diuexant: nunquid Domine, non iste est sol, qui tibi obsequentissimus esse solet, quem in medio cæli itinere tempore Iosue sistere fecisti? qui ad imperium tuum in Ezechia horrologio retrocessit? Nunquid non tu idẽ ille es de quo Moses ait. In principio creauit Deus cælum & terram, & hanc quidem super stabilitatem suam fundasti, & super eam lineam tetendisti. Quomodo ergo creaturæ istæ, quasi cõtra authorem suum coniurassent, bellum & laborẽ tibi inferunt? Sapientia. 16. capit. legitur, quod creaturæ quæ aduersus Aegyptios inualescebant veribus, iuxta Dei amicos vim suam mitigabant, vel omnino amittèbant. Quod enim mirabile erat in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat, vindex est enim orbis iustorum. Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburentur, quæ ad impios missa erant animalia, & quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescebat vndique, vt iniquam terræ nationem exterminaret. Si ergo in amicos aqua & ignis, & aliæ creaturæ rigorem suum temperate solent, quomodo.

*Simile.  
Infirmitas  
in Christo  
ex huma-  
natura*

*Iosue. 10.  
Esai. 28.  
Gene. 1.*

*Sap. 16.*



*Esai. 45.*  
*Christus*  
*Deus abs-*  
*conditus.*  
*Nota.*

*Creatura*  
*aduersus*  
*hominē cō*  
*iurauit,*  
*propter*  
*peccatū.*  
*Creatura*  
*in sua pas-*  
*sione Deū*  
*cognare-*  
*tunt.*

quomodo nunc, Iesu bone, tantum á creaturis pateris? Solis calore alges, vexaris fame, exardescis siti, lapides viæ te offendunt, & ex longo itinere fatigatus, super fontem sedes. Perbellè quidem Esaias, Deum absconditum illum appellauit. Verè tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator eius. Neque enim creaturæ suæ illum agnouerunt, & ideo fatigare eum non sunt veritæ. Si enim Dominum gloriæ cognouissent (vt verbis D. Pauli utar), non eum defatigarent. Contigit illis, quod equiti hastuludium sustentanti, solet contingere: omnes enim armatos equites ad locum certaminis venientes suscipit, & omnes lancea sua impetit. Contingit fortè, quod rex mutatis habitu & armis cum eo congregitur, què deiectum equo, lancea sua confodit & occidit. Tunc accedunt omnes, nudant eum armis, galeam capitis deponunt, & regè esse cognoscentes, magnū dolorem concipiunt, & præ stupore obmutescunt & mirantur. Qui eum occidit, præ dolore deficit, & sibi ipsi manus inferre parat. O me miserū, qui regè meū occidi: spectatores verò, Quomodo regè nō agnouimus, & auxiliū ei non præbuimus? A die qua homo preuaricatus est, & legè creatoris est trāgressus, creaturæ omnes aduersus eum bellum susceperunt: ignis eum urebat, famēs vexabat, & denique, nulla creatura fuit, quæ cōtra eum non sumpsisset arma. *70* *das publicaron sus cartas de deseso contra el nombre. y se die ron por enemigas.* Deus homo factus est, & armis nostræ mortalitatis indutus, in hunc mundū est ingressus: tunc creaturæ omnes aduersus eum debellarunt. Præsepe præstitit se durum, paupertas nimis eum diuexat, famēs vrget, sol exurit, itineris asperitas eum fatigat, & tandem, improprum manus eum occidit. Tamen, cum in cruce exiuitur vestibus, quando armis denudatur, *Quando sic algan la vifera en la cruz,* et filius Dei declaratur: obscuratur sol, & præ tristitia deficit, terra tremiit, & concutitur, lapides itineris Samaritæ conteruntur dolore, Væ nobis, quia in nobis pedes saluatoris offenderunt, quando in Galileam

leam properabat. Væ nobis, quia creatori nostro præbuimus laborem, & longo itinere & calore fatigatus est. Quomodo creatorem non cognouimus, cuius manu fabricatæ sumus? Quod si irrationales creaturæ lachrimantur, & tanto dolore afficiuntur, eo quod creatori suū offenderint, quanto magis o peccator, dolore & tristitia debes angi, quod in Deum tuum peccaueris, & tuis sceleribus illum affixeris? O durior lapidibus, & pecudibus irrationalior, quomodo credis Deū esse, qui pro te passus est, què iterū tuis sceleribus occidis? Peccata tua laborem illi præbent, & iterū premunt & fatigant. Creaturæ ex ignorantia peccauerunt, neq; ante mortem cognouerunt: at tu sciēs & prudēs offendis illū, quem credis pro te mortuū, quod dolorem eius auget. Omnia vulnera quæ Christus adhuc viuēs pertulit, disponete cælo, lōgè á corde sunt illata, sed cū animā efflauit, statim fuit percussus corde, & viscera eius penetrarūt. Vulnus illud maiore ei dolore intulisset, si doloris esset capax. Quo facto nobis innuit, quod quāuis Phariseorū peccatis offendebar viuēs, sed nostris multo magis, postquā pro nobis ipsis mortuus est & passus. Militū vulnera viuēti Christo inferebatur, nostra verò, iā pro nobis mortuo, quod maiori crudelitati ascribitur. Miresce ergo o peccator, & duritiā cordis tui remitte, vidēs hodiè Xpm tuū pro tuis peccatis afflictuū, ex itinere fatigatuū, & supra Sichimorū fontē sedētē.

*Et ecce mulier venit de Samaria, haurire aquā.* Expectabat benignissimus Iesus hanc mulierē supra puteū sedens, nō in throno regali, quāuis rex regū esset, nō magna militū & cliētū cōmitatus caterua, sicut mūdi magnates solēt, sed solus, humilis, māsuetus, benignus, supra nudam humū sedēs, sicut occasio quā spectabat, requirebat. Expectabat ad fontē diuinus auceps, & ibi tendiculas Euāgelici verbi huic peccatrici parauerat, vt eā capiēs, á peccatorū laqueis liberaret. Nunc portā ciuitatis respiciebat, nūc verò, versus fontē cōuertebat oculos, & quasi in speculo, Narcisi imitar, cōtēplabatur vultū suū. Videbat. gē-

*Peccata*  
*nostra*  
*Deū vul-*  
*nerant.*

nas illas cãdidas & rubicũdas, puluere & sudore cõsper-  
sas, & considerabat, quod citò alapis & viucibus erant  
deturpandæ. Videbat oculos illos sole diurno pulchrio-  
res, & considerabat, quod in passione erant obscuran-  
di. Intuebatur labia illa sicut lilia, quæ aceto & felle  
erant perfundenda, capillos capitis sui sicut aurum,  
quos sciebat impiorum manibus esse auellendos: & dũ  
hæc secum animo versaret, quid putas tunc esset dictu-  
rus, quæ proferret verba? Heu mihi, quot me spectant  
mala, qualia sum pro hominibus passurus. O homines,  
seruire me fecistis in peccatis vestris, præbuitis mihi la-  
borẽ, ego feci, ego teram, ego portabo, & ego saluabo.  
Sed dum hæc secum ipse animo cogitaret, mulier de Sa-  
maria ciuitatem egrediens, venit cum hidria sua haurire  
aquam, ex cuius aspectu Dominus, non mediocriter est  
recreatus.

*Mulier da mihi bibere.* Accessit mulier, hidriã in fune  
ligat, haurit aquã, & hidriam humero superimponens,  
iam in domum suam redire parabat. Videns benignissi-  
mus Iesus, quod mulier parabat fugam, alloquitur eã,  
dicens, Mulier da mihi bibere. Deus enim est, qui in  
iustificatione peccatoris prima salutis fundamenta iacit,  
ipse prior debet loqui, & sua benignitate præueni-  
re. Vocabis me, & ego respondebo tibi, Iob aiebat, ope-  
ri manuũ tuarum porriges dexteram. Peccator enim est,  
sicut Echo resonans, qui non potest respondere, nisi  
prius eum vocauerint, nisi enim prius inter montes vo-  
cem emisseris & clamaueris, nunquam tibi responde-  
bit. Necessè etiam est, quod Deus præbeat illi auxi-  
lij sui manum, vt possit à culpa, in qua iacet, resurgere.  
Et ideò forsan homo ad imaginem Dei factus esse dicitur,  
vt significetur nobis, quantum in omnibus suis  
operibus à factore suo dependeat. Imago quæ in specu-  
lò apparet depicta, omnino in suis motibus à corpore,  
ex quo causatur, pendet. Si corpus ridet, ridet ipsa pa-  
riter, si flet, itidem: vt ipsa manum moueat, necesse est,

vt

vt prius moueat corpus, & vt ambulet, ipsum debet am-  
bulare. Sic homo imago Dei est, non quomodocun-  
que, sed quasi in speculo repræsentata, quæ in suis actio-  
nibus & motibus omnino à Deo dependeat. Deus præ-  
uenire debet sua gratia conuersionem nostram, & quasi  
Diuinus quidam Eliseus, manibus nostris manus suas su-  
perimponere, vt actio nostrã subsequatur.

Præuenit mulierem Christus, aquam ad bibendum po-  
stulando. Mulier da mihi bibere. O summa Dei clemen-  
tia, videte, quibus verbis expugnare cepit. Mulierem  
eum vocat, nomen quidem tenerum, & compassionem  
referens. Mulier, ne sis crudelis & dura, nam mulieres  
quidem compassiue esse solent. Vide quartam suam pa-  
tiar, quantum sum ex via fessus, & ardore solis fatigatus,  
concede mihi aquæ potum, ne sis impia & inhumana.  
Rebeca enim virgo fuit pulcherrima, viro quæ incogni-  
ta, tamen cum Eliezer Abrahæ Patriarchæ seruus, acce-  
dens ad fontem, aquam ab eæ petijt, tantam ei vrbani-  
tatem ostendit, quod illi non solum, verũ & camellis po-  
tum tribuit. Sum quidem æterni patris legatus de cœlis  
ad terram missus, vt hodiè illi te desponderem, ne sis rus-  
tica & inciuilis, & ne deneges mihi parum aquæ. Fuit  
hæc Christi sitis, non tam aquæ illius materialis, quam  
spiritualis, sitiebat enim illam animam, sitiebat eius con-  
uersionem & salutem, Diuus Augustinus inquit. Quid  
est da mihi bibere, nisi sitio fidem tuam? Item Ericus.  
Quid est, quod Dominus à muliere Samaritana potũ ex-  
poscit, qui insequentibus spiritualis affluentiam fon-  
tis in se credentibus, sedaturum repromisit? Sed sitie-  
bat, non tam aquæ, quam mulieris salutem & fidem. Hæc  
sitio potissimè manifestauit in cruce, cum morti iam  
propinquus, dixit: Sitio. Crudeles illi milites arca-  
num ignorantes, spongiam aceto plenam, ori eius impo-  
suerunt, sed cum degustasset potum, noluit bibere. Ad  
eũdem modum aquã à Samaritana petijt, quam tamen bi-  
bisse non narratur, vt intelligatur præcipuã eius, sitim

*Homo in  
suis actio-  
nibus à  
Deo aspẽ-  
det.*

Gen. 14.

*Sitis Chri-  
sti, qualis  
fuerit.  
D. Aug.  
ERICUS.*

IOAN. 19.

Q in

Iob. 40.

*Simile.  
Peccator  
Echo com-  
paratur.*

*Cur homo  
Dei imago  
dicitur.  
Simile.*

in mulieris conuersione sitam esse.

*Christost. hom. 30.* *Cyrl. l. 2. cap. 81.* *Aqua volu- ta, et sitis, & bono- ris, siue di- uitiarum nō sati-ant. Simile.* *Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere á me possis, quæ sum mu- lier Samaritana?* Verba hæc iuxta Chrysostomum, corri- gentis sunt, quasi mulier cum correxerit, quia arbitra- tur, non licuisse Christo Iudæo, quem ex habitu & lo- quela cognouit, vllum cum ea habere commercium. Cy- rillus verba esse putat dubitantis, causamquæ quærentis cur cum ea conuerteretur. Parum refert. Cui respondit Christus. O mulier, si scires donum Dei. id est, donum illud incarnationis meæ, quod propter sui eminentiam, per anthonomasiam, donum Dei nuncupatur. Donum, quod omnium est donorum causa, donum, quod mun- do gratis est donatum, sine vllis eius meritis. Quid non scires, si hoc scires? Omnes quidem mundi sapientes, sa- pientia tua superares. Si eum etiam, qui tibi aquam pe- tit, agnosceres, tu forsitan petisses ab eo, & daret tibi aquam vitam. O summa Dei sapientia, Notate fratres mirum artificium ac diuinum, quo vsus est Christus, ad sitim aquæ, gratiæ scilicet, in muliere hac excitandâ, & in generandum illi eius desiderium. Prius enim aquæ illius materialis insufficientiam ostendit, puta, quod si- tim suam explere non valebat, vt sic aquam illam fasti- diens & contemnens, ad aquam sibi oblatam aspira- ret, Hoc munus concionatoris esse debet, hic eius finis intentus & scopus, nempe, vt peccatori sitienti ostendat, quam insufficientis sit mundiaqua ad appeti- tum suum explendum: sic fiet, vt cœlestem aquam sitiat. Et quidem nulla ratio efficacior esse potest, ad suadendum peccatori huius aquæ contemptum, quam ea, quæ á Christo saluatore nostro, summa Dei sa- pientia assignatur. Ea est. Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Aqua enim terrena, siue diuitiarum sit, siue honorum aut voluptatum, animam no- firam non satiat, quia locum sitis non attingit. Lo- cus sitis est cor, aquæ verò, non cordi sed corpori applicantur, quare semper noua siti æstiuamus. Quid enim

enim infirmo, aut forte hidropico sitienti & aquam postulanti conferret, vase vitreo, aquam eius mani- bus infundere? Certè nihil, id enim potius illius sitim excitaret. Sitis, si quam experitur homo, est in anima, quæ naturalem sitim Dei habet. Sitiuit ani- ma mea ad Deum fontem viuum. Nos verò corpori honores, diuitias, & voluptates, quasi ad ex- tinguendam nostram sitim applicamus, & ideo á fi- ne nostro defraudati, quo plura inquirimus reme- dia, eò magi sitis exardescit & incenditur. Præponderat hoc Diuus Augustinus, dicens. Omnis voluptas ex- eranda aqua in puteo est, in profunditate tene- brosa, quam hauriunt homines miseri, cupidita- tu in hidria. Num homines, cum peruenierint ad vo- luptatem huius sæculi, essuriunt amplius? Verùm ignis concupiscentiæ & infernus, nunquam dicunt, sufficit. Mirabile æstiatu, quod neque in inferno, sitis hæc extinguitur. Anarus ille Euangelicus, sitim quam habebat viuens, secum attulit moriens: ideo ingemiscens, aque guttam deposcebat in medio flam- marum positus. Latior enim est mens humana, quàm vt vlla creatura, neque omnibus simul satiari queat. Non valuit totus orbis, sitim vnus Alexandri satiare: Vnde scitè de illo quidam cecinuit.

*æstiat in salem angusto limite mundi.*

Magna quidè sitis hominis, cui totus mundus nō suffi- cit. Aquæ enim huius mudi falsæ sunt, & quasi aqua ma- ris, quæ quantò ex eis bibitur, tantò magis sitim excitât, replent, sed non faciunt. Dubitant expositores sacri, quare vxor Loth de Sodoma egrediens, in statuam salis, magis quam marmoris aut eris conuersa est. Et quidem Caietanus videtur sentire, quod á Sodomorum volup- tatibus non omnino fuit inamunis. Et ideo forsitan diffi- cile fuit illi, oculos á Sodomis auertere, quia cor sequun- tur oculi, quod in ciuitate relinquebat, & proinde in salem, & non in aliud reuertitur, quæ voluptates salem

*Psal. 41.*

*D. Aug.*

*Auaritie sitis, neq; in inferno sedatur.*

*Inuenalis.*

*Dubium. Vxor Loth quare in statuam sa- lis conuer- sa. Nota.*

auferentes diligebat. Referunt-Lucianus & Pie-  
 ritus, fuisse inter Aegyptum & Libiam columnam  
 quandam, qua homo erat sculptus quasi moribun-  
 dus, ad cuius pedes serpens Dipsas inuolutus erat, quem  
 cum momordisset venenosis dentibus, mulieres,  
 quædam aquam adducebant, aliæ verò decumben-  
 tes, aquam propinabant. Significabant hac pictu-  
 ra, terræ illius proprietatem, quæ maxima ariditate  
 laborat & siti. Dipsadem pedibus habebat obuolu-  
 tam, quia Dipsas Nicandro teste, & Gregorio Na-  
 zanceno, eam habet proprietatem, quod si quem  
 momorderit, siti æstuat, & quò magis potat, eò po-  
 tandi fit avidior. Pulchè illi, Libiæ sitim depinxerunt,  
 nos verò eadem pictura, sitim hominis explicare pos-  
 sumus, quæ nullis voluptatum aquis sedari aut mi-  
 tigari potest: sed quò plus bibimus, plus sitimus,  
 & nunquam voluptatibus satiamur. Sola aqua salua-  
 toris, quam hodiè affert Christus, mentem reficit  
 & faciat. Hinc est, quòd per Esaiam omnes vo-  
 cat, & inuitat. Omnes sitientes venite ad aquas, &  
 qui non habetis argentum, properate. Vt quid  
 enim sitientes vocaret, nisi posset eos satiare? Et  
 in Euangelio inquit. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat,  
 & flumina de ventre eius fluent. Quibus verbis ni-  
 hil aliud, nisi facietatem designauit. Hoc est, mens  
 eius, magna cœlestis huius aquæ copia, instar flu-  
 minis redundabit, quæ omnem cordis eius sitim re-  
 stringuat. Nihil mihi deerit, David aiebat. Quare;  
 quia super aquas refectiois educauit me, animam  
 meam conuertit. Vbi Felix vertit: Enutriet, vel su-  
 stentabit me. Communis aqua refrigerat, non susten-  
 tat aut reficit, verùm aquæ istæ vtrunque faciunt, nam  
 verè mentes nostras satiant & recreant. Et loco eius,  
 quod nos legimus: Animam meam conuertit, Fel-  
 ix habet: Animam meam quietauit. Sola hæc  
 diuinæ gratiæ aqua, animæ nostræ inquietudi-  
 nem

*Dipsas.**Nicander.  
N. z. c.**Libia sitis  
& Hemi-  
nis.**Esai. 55.**Ioan. 7.**Psal. 22.  
Felix  
verso.**Aqua diu-  
ine gratiæ  
faciat.*

nem sedare potest. In nullo quietatur homo, nisi in  
 Deo, & cum gratia, si diuini esse quædam participatio,  
 hinc est, quod habens gratiam, quietudinis illius,  
 quam in Deo sumus habituri, etiam in hac vita um-  
 bram quandam habet. Vide aquæ huius virtutem: vix  
 guttam vnâ mulier hæc gustauerat, & derelicto fonte,  
 hidriæ quæ oblita, ad Sichem reuertitur, & quasi ebria  
 spiritu, nil aliud nisi Christum prædicabat. Obliuiscit-  
 ur statim aquæ humanæ voluptatis, qui aquam spiri-  
 tus gustare cœperit. Quam rectè Diuus Augustinus  
 ait. Qui biberit ex fluuio paradisi, cuius vna gutta  
 maior est oceano, restat in eo, vt sitis huius muni-  
 di extinguatur. Accedamus ergo fratres ad hunc di-  
 uinum fontem aquæ, mundi cisternas dissipatas &  
 fallaces relinquamus, quarum aquæ falsæ sunt, &  
 ad maiorem sitim prouocantes, & eam à Domino  
 petamus aquam, quam hodie mulieri Sichimitæ pro-  
 pinauit, & quæ vim in vitam eternam salendi habeat.  
 Ex qua si semel biberimus, nunquam amplius si-  
 tiemus, sed dabit nobis veram satie-  
 tatem per gratiam, & in futu-  
 turo per gloriam.

*D. Aug.**(.?..)*

Q 3 DO-

**DOMINICAE**

quartæ quadra-  
gesimæ.

CONCIO.

*Abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, & sequebatur eum multitudo magna.*

Ioannis 6.



EVITATI sumus hodiè ad conuiuium magnum & splendidum, per omnipotentiam Christi factum in deserto, sumptibus sue diuinæ prouidentia. Et quidem, motus est ad hoc sumptuosum conuiuium faciendum, ex sua diuina misericordia: misertus namque est super

turbas, & illis valde compassus, eo quod per triduum sequutæ cum fuerant, dulcedine verbi sui attractæ, & nihil iam quod manducarent habebant. Meruit horum hominum confidentia, Deum suæ famis prouisorem habere. Confidentia enim est clauis diuini thesauri, miserationum eius dispensatrix, & quæ cælestes diuitias, ad votum solet egentibus impartiri. Iuxta mensuram quidem confidentia, est etiam diuinæ dispensationis liberalitas. Huius veritatis experientia, in filiis Israel de Egipto exeuntibus manifestè enituit. Quando enim egressi sunt de dura illa seruitute, ad iter suum peragendum, aliqua sustentationi suæ necessaria secum asportarunt: triticum scilicet, farinam, & aliquos panes,

*Locus pro  
confiden-  
tia.*

in quibus suæ sustentationis fiduciam habebant repositam. Quapropter, toto tempore quo prouisio hæc durauit, Deus mana illud suauissimum illis non dedit, deficiente autem farina, quando in solo Deo suæ refectionis fiduciam collocarunt: tunc quidem de sua largitate panem illum cælestem ministerio Angelorum factum, liberaliter illis concessit. Non enim fiducia nostra in aliquo, præter Deum est collocanda: quia

*Exo. 16.*

solus ipse, & necessitati nostræ prouidere, & indigentia potest succurrere. Et ideo forsitan (vt quidam adnotauit) peracto miraculo, ad discipulos suos conuersus, dixit Dominus. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant, vt Philippus, qui diffidens nimis, dixerat: Ducentorum denariorum panes non sufficient, vt modicum quis accipiat, & Andreas pariter, qui verbum illud diffidentia protulerat: Sed quid inter tantos? magnam panum & piscium abundantiam colligentes, ex hoc facto confundantur, & deinceps confidere adiscant. Hoc est argumentum, quod Dauid obseruat toto illo Psalmo. 142. Vbi adamusim docet, in quo fiducia nostra collocanda sit. Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus. Exhibet spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quomodo confidentia firma esse poterit & stabilis, quæ in re tam instabili, sicut est omnis humana potentia collocatur? Potentes enim huius sæculi, mortales sunt & infirmi, interitui & corruptioni obnoxij, quare in die obitus eorum, spes in illis collocatæ, frustrabuntur, & deficient. In die enim interitus sui, omnes cogitationes illorum, qui spem suam in illis posuere, infeliciter peribunt. Si sepulchrum, in quo rex, aut princeps aliquis sepultus est, aperires, ibi cum eo quamplurimas domesticorum cogitationes sepultas, procul dubio videres. Eodem die quo curia præfectus, auditor a cõsilijs, siue cubicularius

*Fiducia  
nostra in  
Deo collo-  
canda.*

*Psal. 142*

*Psal. 141.  
Confiden-  
tia in prin-  
cipibus po-  
sita, salu-  
lax.*

regis moritur, simul cum eo multorum qui in illo confi-  
debant, spes, pariter moriuntur. *Cotta Dñs en agraz y mallogra sus esperanzas.* Non abs re erit picturam quan-  
dam spei re ferre ab reliquis traditam, quæ vanitatem  
eorum, qui in hominibus confidunt, mirabiliter expli-  
cat. Depingebant procerissimam arborem in margine  
alicuius fluij positam, & versus ipsam fluuium inclina-  
tam: qualis esse solet vltimus in litore plantata, quæ ex  
rapidissimo vndarum decursu, penè radicitus euulsa est  
& inclinata. Ex ipsa arbore, virgo quædam pendebat  
auræ catena colligata, ex præsentaneo periculo nõ me-  
diocriter afflicta. Intelligemus huius picturæ rationem,  
Si aduertamus: quod tam in diuinis quam humanis lite-  
ris, homo, arbor solet appellari. Plato, hominem, arbo-  
rem inuersam esse dixit, & in scriptura sacra frequens  
est hæc methaphora. Depingitur spes in hominibus  
posita, virgo ex arbore male radicata pendens, & versus  
iætum fluuij, inclinata, quia spes & fiducia in homine po-  
sita, maximis periculis, & discriminibus exposita est. Ma-  
ledictus homo qui pendet in ligno ait Moses. Deut. 21:  
Quæ locum, dum interpretaretur Origenes, inquit.  
Exillimo hanc eandem esse sententiam cum illa: Maledi-  
ctus homo qui confidit in homine. Idem enim est ex  
arbore dependere. quã in homine confidere, & spem  
suam in illo collocare: nam in die mortis, peribunt om-  
nes cogitationes & machinæ eorum, qui in illo confide-  
bant. Hactens David explicuit nobis vbi fiducia nostra  
collocanda non est: par erat, vt nobis aperiret in quo  
debeat collocari. Beatus, inquit, cuius Deus Iacob  
spes eius. Nõ mysterio vacare existimandum est, quod  
desidutia agens Deum Iacob illum appellat, cum Deũ  
Abraham, aut Deum Isaac, eum appellare posset. Exil-  
tuno hoc ideo factum fuisse, quia Iacob (vt ex sacro  
instrumento nobis constare potest) symbolum con-  
fidentie fuit. Exiuit Iacob de domo patris sui pau-  
per, & solus, & omni humano fauore destitutus, palio  
coopertus

coopertus, & baculum manu sua tenens. Qui in solo  
Deo omnem fiduciam suam reponens, hæc verba pro-  
tulit: Si fuerit Deus mecum in via hac, per quam ambu-  
lo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimen-  
tum ad operandum, &c. erit mihi Dominus in Deum.  
Deus autem, Iacob in illo confidentem, tantis muneribus  
auxit, quod magna familia commitatus, in domum  
patris sui prosperè reuersus est. Beatus igitur ille, cuius  
Deus Iacob spes eius, qui omnem suam fiduciam in Deo  
Iacob, & non in alio, collocat. Huius namque spes firm-  
ma erit, & vera, & in nullo frustrabitur. Est in eodem  
Propheta huius confidentiæ, non spernenda pondera-  
tio: nam vbi secundum nostram lectionem vulgarem di-  
citur. Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes au-  
tem Dominum, non deficient in omni bono. D. Hie-  
ronymus ex Hebræo sic vertit: Catuli leonum depaupe-  
rati sunt, inquirentes autem Dominum, non minuentur  
in bono. Optima quidem exaggeratio. Deficiet catu-  
lis leonum cibus, & magnam famem patientur: tamen  
illis, qui Deo confidentes, toto corde eum exquirunt,  
victus deficere non potest. Et ponderatio hæc in hoc  
consistit, quod inter omnia animalia siluestria, nullum  
est, quod catulis suis, maiori cura & sollicitudine prouideat,  
quam leena. Egreditur enim ex fouea ad venan-  
dum, montem circuit, omnia perlustrat, & summa velo-  
citate animalia persequitur, & ex vno congressu prædam  
affert ad facietatem, quæ pro tota hebdomada sibi & ca-  
tulis sufficit. Inquit ergo David: Tanta est Dei prou-  
identia, in ijs qui in illo confidunt alendis, quod et si  
catuli leonum famem patientur, illi tamen non patientur,  
quia sub cura & protectione illius degunt, qui sum-  
ma liberalitate & vigilantia, in se confidentes alit & su-  
stentat. Veritas hæc hodiè manifestè comprobatur, in  
historia proposita, per Euangelistã Ioannẽ nobis enarra-  
ta. Sequebatur enim Christum magna hominum multi-  
tudo, qui omnes de se ipsis defissi, in solo Deo confi-

*Spes hu-  
mana de-  
pingitur.*

*Deut. 21  
Orige.  
Iere. 17.*

*Iacob sim-  
boli frater.  
Iacob. si-  
mbole frater  
bolam.  
Gene. 28.*

*Psal. 33.*

*D. Hie. ex  
Hebræo.  
Nota.*

*Le. nũ pro-  
uidencia  
circa catu-  
los.*

dentiam sui victus habebant repositam. Reliquerant namque domus & ciuitates suas, & Christum sequebantur per solitudinem, dulcedine suæ prædicationis attracti, & ad victum necessarium, nihil aliud præter quinque panes hordeaceos, & duos pisciculos, secum affortauerant, quos tamen Deus summa largitate paui, & vsque ad facietatem refecit: & tanta copia panis postprandium superfuit, quod ex ijs quæ superauerunt, fragmentis, aliud nouum conuiuium posset parari.

*Abijt Iesus trans mare Galilee.* Refert nobis Euangelista Ioannes hoc miraculum, dicens, quod abijt Iesus trans mare Galilee, quod est Tiberiadis. Sed opere præteritum erit inquirere, quibus de causis motus Iesus Hierosolymam deseruerit, & trans mare Galilee fuerit progressus: non enim sine magna causa id fuisse factum existimandum est. Præcisa huius rei causa, (vt mihi videtur) ex Diuo Matthæo & Marco colligitur. Exit enim magni illius præcursoris mors, quem Rex Herodes iniusto gladio occiderat: quo nuncio audito, recessit Iesus in nauicula, in locum desertum seorsum, & cum audissent turbæ eius discessum, sequuntur eum cum. Alij quidem per mare, alij verò per terram vestigia eius sequebantur. Itaque, audito illo tristissimò nuncio, recessit in desertum, signa tristitiæ propter amici mortem ostendens. Nam licet ante allatum nuncium, mors Ioannis, illum non lateret: tamen in hoc regum & principum morem imitatus est, qui rex regum, & dominus dominantium appellatur. Licet principes alicuius infelicis nuncij notitiam habeant, tamen dissimulare solent, & comprimere lachrimas, quovsque nuncium illud per viam ordinatam omnibus manifestum fiat tunc enim, quando per tabellarium nuncium divulgatum est, tristitiæ signa manifestè ostendunt. Indicitur iuctus, parantur funeraia ornamenta, ædificantur tumuli, exequiæ fiunt cõueta, & princeps curiæ de-

deserens, ad monasterium aliquod, suæ desertum locum, se confert. Sciebat enim Christus Ioannis mortem, quæ Herodes decollauerat, cum Deus esset, quem nihil quantum occultum latet: tamen id non more humano sed diuino, sciebat, non per nuncium sed per citatem. Quare nullum tristitiæ signum adhuc ostenderat. Quando verò nuncium alatum est, & humano more illud nouit: tunc quidem maximam tristitiam ostendit, & Hierosolymam deserens, in montem remotissimum trans mare Galilee se, contulit. *Ene vn poneisse luto y retrarse, por la muerte de su adelantado sant Juan.* Tãto enim amore suos Deus prosequitur, quod eorũ iniurias tanquã proprias estimet, & pro illorũ nec emagna tristitiæ præstet indicia: Saulo enim Ecclesiam persequenti, dictũ est: Saule Saule, cur me persequeris. Quod vtique ex magno amore quo suos prosequitur, procedit. Vera namque extat illa sententia apud Zachariam, habita, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.

Vbi summo opere aduertendum est, quod propter sanguinem innoxium quæ fuderunt, Deus deserit hanc ciuitatẽ & ab ea longè discedit, quæ d maximũ genus supplicij est, quo solet Deus in hac vita, in aliquã republicã aut ciuitate animaduertere. Quo enim alio grauiori supplicio potest Deus aliquem afficere, quã illum deserendo? Vide, quoniam malum & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum. Malum quidem est, quia priuatur aliquis summo illo bono in quo omne bonum continetur: amarum, quia nihil dulce nihil iucundum, nihil non acceruum, & infaustum, potest accidere peccatori, qui per culpam a Deo recessit. Probè hoc nouerant inimici Dauid, cum existimantes Deum ab eo recessisse, dicebant. Deus dereliquit eũ, persequimini & comprehendite, quia non est qui eripiat. Nulla aptior & oportunior occasio eis videbatur ad Dauidem persequendum, quam cum a Deo derelictus credebatur. Nam si quis a Deo derelictus fuerit

*Car Deus Hierosolymam deserit.*  
*Mat. 14.*  
*Marco. 6.*  
*Mors Bap tista causa secessus Christi.*  
*Simile.*

*Acto. 9.*  
*Zachar. 2.*  
*Dei al quẽ deserere, graue genus supplij.*  
*Iere. 2.*

*Gen. 4.*

alio protegetur? Quis non illum persequetur & auersabitur, quē Deus inimicum habet, & aduersum? Ecce proijcis me hodiē à facie tua (aiebat reprobus ille Cain) omnis, qui inuenerit me, occidet me. Quem times Cain, à cuius facie formidas? Quis te occisurus est? An pater, an mater tua Eva? Nullus alius est in toto orbe terrarum, qui te possit occidere. Verūm timebat Cain dnam illam Dei, desertionem, nam quando alij deficerent, vel ipsi lapides in eum insurgerent. Optimē quidem Esaias Propheta, ciuitatis Hierusalem desertionem, & eiusdē vastitatem depingit cap. i. & sub ea vastitatem animæ à Deo per culpam derelictæ, secundum moralem interpretationem intelligit. Et relinquetur filia Sion, sicut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Dum vinea fructibus abundat, custos eam obseruat, ne bestiarum incuribus pateat, & viatorum, qui fructus eius depredentur: at cum fructu destituta est, à custode derelinquitur, nec custoditur amplius, quin potius exterminat eam aper de silua, & singularis ferus eam depascit. Hoc idem pupulo illi contigit, dum enim fructibus patriarcharum, & Prophetarum, virtutū, & meritorum abundauit, Deus custodiuit, nec deseruit eam: at postquam omnium virtutum fructu priuata est, à Deo fuit destituta, & ab omnibus inimicis suis vastata. Fuit etiam quasi tugurium in cucumerario à pastore derelictum, quod nulli vsui est aptum, nisi ad hoc, quod venenatorum animalium sit receptaculum. Talis fuit Synagoga, postquam à Pastore Christo derelicta est. Verè receptaculum est peccatorum & perfidorum hominum, veneno infidelitatis infectorum. Et quasi ciuitas quæ vastatur. Dum vastatur aliqua ciuitas, maximæ crudelitates ab inimicis in ea exercentur. Diripiuntur bona, strupantur virgines, vxorata vi opprimuntur, funditur sanguis, & ædificia ipsius ciuitatis cōburuntur. Omnia hæc ad literam ciuitati illi rebellī cōtingerunt, quando à Deo derelicta, per Titum & Vespasianum

*Esai. 1.*

*Synagogā  
à Deo derelictā.*

ad summum euersa. Vide & animaduerte, quanta mala ciuitatem à Deo derelictam apprehenderint. Quis enarrare sufficiet, etiam si centum ora, centumquē haberet linguas, in quāta mala & incommoda infæxi anima incidat, quando à Deo per culpam derelinquitur? Verè quasi umbraculum in vinea dicitur, quæ nullum in se virtutum aut meritorum fructum habet. Peccatum enim ignis est excelsus & vsque ad consumptionem deuorans, omniaquē virtutum genimina, præter fidem & spē eradicans. Fit quæ quasi tugurium in cucumerario, quia à pastore & rectore suo derelicta, peccatis & sceleribus, quasi venenatis animalibus, plena est. Et tandem tanquam ciuitas quæ vastatur, dicitur: quia diabolus cum primum in eam per culpam ingreditur, quidquid ibi, preciosum, aut æstimatione dignum reperit, dissipat & deuastat. Quapropter fratres charissimi, incessanter cum Dauide orare debemus, & dicere. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris à me. Fremat infernus, seuiat mundus, homines persequantur, & omnes creaturæ contra me coniurationē faciant: hoc vnum à te postulo, vt ne me derelinquas, neque per momentum à te Deo meo separari patiaris. Hoc enim summum malorum est, quod animæ potest contingere; hoc summum supplicij genus, illam derelinquere, & deserere sicut derelinquit hodie ciuitatem Hierusalem propter crudelissimam præcursoris mortem, quam tyrannus Herodes perpetrauerat.

*Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa que faciebat, super his qui infirmabantur. Videbant turbæ, quod doctrinam suam, operibus confirmabat, & quod ea quæ docebat ore, opere complebat, & sequebantur eum, dulcedine suæ prædicationis tractæ. Multū enim refert, quod verbi Dei contionator, ea quæ verbō docet signis confirmet, & opere compleat. Verbum enim quod operibus non confirmatur, infirmum esse solet*

*Quanta  
mala incu-  
riat ani-  
ma à Deo  
derelicta.*

*Iob. 31.  
Peccatum  
ignis de-  
vorans.*

*Psal. 37.*

*Doctrina  
operibus  
confirman-  
da.*

solet



**Prover. 5.** solet ad animos peccatorū permouēdos: quādo autē ver-  
bis opera respōdēt, magnā habent suadendi vim. Bibe  
aquā de cisterna tua ait Salomō in prover, & fontes tui  
deriuentur foras. Quasi dicat: bibe tu prius ex aqua sapiē-  
tię tuę, & deinde inuita alios ad bibēdū. Nonnē genus  
esset stultitię aliqūē, fontē habere dulcissimę aque in  
domo sua, quem ad domus aliorum duceret, vt ex illo sa-  
tiarētur: ipsū vero nequē gutā aque illius degustare, sed  
fiti omnino deperire? Bibat prius qui alios docet, & sa-  
lutari doctrinā aqua inebrietur, vt eius doctrina & erudi-  
tio recto ordine procedat, & suadendi vim obtineat, &  
mouēdi. Hinc est, quōd D. August. lib. 1. de ciuitate cap.  
33; Catonē vticensē reprehēdit, qui filio suo suadebat, vt  
Cæsari se submiteret, eius quē partes sequeretur, affir-  
mans illū esse clemētē: cum tamē ipse maluit se occide-  
re, quā illi se subijcere. Sunt hodie non perpauci (quod  
valde dolēdū est) Catoni similes, qui cū alios recta do-  
ceant, & vtilia cōsulant, sibi tamē consiliū nō accipiūt.  
Apud Iob cap. 31. extat quædam maledictio, quæ hu-  
iuscemodi predicatoribus siue prælatiis doctis &  
non operantibus, adaptari potest. Si declinauit gressus  
meus de via, & si securus est oculus meus cor meum. *Si  
saque el pie del derecho camino, y si di rienda a los ojos, para  
que libre mente siguiesen al apertito, si consenti quel vicio se me  
calentase en la mano sin sacudille de my.* Seram & alius co-  
medat, & progentes mea eradicetur. Non leuis est hec  
maledictio, quod quis labore & fructu suo priuetur. Sed  
quid per huiusmodi maledictionem intelligat, Diuus  
Gregorius nobis aperit lib. 21. morali. cap. 7. vbi sic  
ait. Seram & alius comedat: ac si aperte dicat: Quod  
os meū loquitur, non ego sed alter operetur. Predi-  
cator quipē qui a suis vocibus, moribus discrepat, ie-  
junus ferit, quod alius manducat, quia suo semine ipse  
non pascitur, quando a verbi sui rectitudine, praua  
actione euacuatur. Inuehitur in huiuscemodi D. Pa-  
ulus ad Roma. dicens. Qui prædicat non furandū &  
furiat &c. Quasi diceret, idcirco non furandum,  
videris

videris prædicare, vt tu solus manus extendas ad furta.  
Sūt multi, qui ore vitia cōdēnant, quę tamē operibus am-  
plexātur. Plutarch. sententiā illā dānans, Sic viue, vt nemo  
te sentiat vixisse, sic inquit. Narrant Philexenu Erexidis  
filiū, & Cratonē Siculū, obsoniorū auarissimos, nati muc-  
cū emungere solitos in catinū, quo reliquis conuiujs de-  
territis, ipsi soli cibis appositis explerentur. Videāt præ-  
lati Ecclesię, & illi omnes, quibus verbi Dei prædicādi  
cura incūbit, nē cū vitia dānent, & carnis voluptates con-  
dēnent, si operibus suis hæc eadē inquirent & amplexen-  
tur, occasionē tribuant existimādi, id circō damnasse, vt  
ipsi soli liberius sibi cōparent. Esai. Proph. c. 30. suę pro-  
phetiæ, conditiones veri prædicatoris nobis depingit,  
dicens. Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum,  
& aures tuę audiēt verba post terga monētis. In præcep-  
tore namq; Evangelico, & debet esse aliquid, quod au-  
diatur, & aliquid quod videatur: vt & aures & oculi in il-  
lo obiectis suis potiantur. Sint verba ad audiendum, &  
sint opera ad videndum: nē opera verbo prædicatio-  
nis contradicant. *Qui no se contradiga de maros a boca.*  
Si enim tanta multitudo hominum, diuinum illum con-  
cionatorem Christum sequebatur: ideo erat, quia vide-  
bant signa, &c.

*Subijt ergo in montem Iesus.* Ascendit Christus supra  
mōtis verticē, & cū subleuasset oculos, & vidisset multi-  
tudinē illam, famem patientem, dixit ad Philippum.  
Philippe, vnde ememus panes, &c. Vix cacumen mon-  
tis ascenderat, quando subleuauit oculos ad prouiden-  
dum turbis, & de illorum victu agendum. Hoc est mu-  
nus eorum, quos Deus ad montem dignitatis euexit,  
siue princeps, sæcularis sit, siue Ecclesiasticus, le-  
uare oculos ad ea quę necessaria sunt, prouidenda. Mu-  
nus enim Dei exercent, cuius oculi, qui lucidiores sunt  
super solem, super vias hominum, aspiciunt, & bonos  
& malos contemplantur, bonos, vt premio afficiat,  
& malos, suppliitio. Cum Zacharias Propheta contra  
terram

Vide in  
Erasm. 4.  
tom. vii. c.  
Arbore la-  
teat vi-  
uentis.

Esai. 30.

Prælati  
debet ha-  
bere pponi-  
dentie oca-  
los per-  
tos.

Locus pro  
prælati  
& princi-  
pū prou-  
dentia.

Zach. 9.

terram Adrach, quæ inter Gentiles erat, inquit. Onus verbi domini in terra Hadrach. Et quia posset aliquis obijcere. Quid tibi cum terra Hadrach, cum tu Hieros. Iymitanus sis Propheta? Quid verbum Domini cum Gentili & idolatra? Ad hoc respondet, dicens: Quia Dominus est oculus hominis. Ad Deum enim spectat, qui superius est totius orbis dominator omnia spectare, omnia prospicere, & de omnibus quæ ad hominem spectat, providere, quia Dominus est oculus hominis. Est quidem Deus nil aliud, nisi immortalitatis oculus, qui omnes æqualiter & indifferenter intuetur. Tanta providentia res humanas, quanta diuinas dispensat, eadem cura, qua supremo Angelo, etiam vilissimo terræ vermiculo providet. Ex quo facile deducitur, quod illi, qui eius vires gerunt in terra, pastores inquam, prælati, & sæculares principes, qui ad cacumen montis, siue præfecturam & dignitatem ascenderunt, debent oculos habere apertos, & omnia intuari, quæ in republica geruntur, ut debite res Christi administrare possint. In prima visione, quæ Hieremæ fuit ostensa, sic habetur. Quid vides Hieremiam? Virgam vigilantem ego video. Virgam vigilantem, virgam rectam appellat, quæ in nullam partem flectatur, nam qui vigilat, erectus est, si autem dormire cæperit, caput versus omnem partem inclinatur. Sed quid per huiusmodi vigilantem virgam intelligat, exactius ostendit D. Cyrillus Alexandrinus, tractatu contra Iulianum. Inquit enim, quod Egyptij, apud quos viguit consuetudo, omnia per picturas & characteres adumbrant: ad significandum principem, virgam siue sceptrum erectum depingebant, oculum apertum desuper habens, & hanc virgam, virgam vigilantem appellabant, ut principis vigilantiam innuerent. Princeps, virgam habere debet, sed virgam vigilantem. *Vat. conij. nob. e. de sep. p. lo. de cie. ge. si m. rar. lo que haze, & hæc virga vigilans seu recta est, ne amore vel passione, in alteram partem inclinetur. Non enim in mundo virgæ deflunt, sunt, enim in*

*Deus oculi  
promi-  
dentia.*

*Iere. 2.*

*Locus p<sup>o</sup>  
iudicibus.*

*Cyrillus.*

*Princeps  
per virgã  
adumbrã-  
tus.*

magne

magno numero, verumtamen non rectæ, sed inlicitæ sunt. *Hirtas varas ay, y tantu, que a vara se pte- den medir, y si pesase tanto la justicia de las varas, como las varas de la justicia, no se hirtan hirtos tan pesados.* Contigit hoc ex eo, quod virgæ, non vigilantes, aut rectæ sunt. Non enim ministri debite & legitime iustitiæ executionem administrant. Quid enim prodest, iudicem, rectissimam & erectam virgam manu sua gestare, si tamen in corde desit rectitudo? *Miserunt Thebanæ Phitonem philosophum in Lacedæmoniam, ut eorum coniuendi modum, & suæ resp. leges aduerteret, ut ex illis aliquas eligerent, ad obediendum.* Qui cum per annum integrum apud Lacedæmones commoratus esset, postea Thebas redijt. Quis senatum ingressus, ut legationis suæ rationem redderet, quam plurima iustitiæ instrumenta, compedes, catenas, flagella, neruos, gladios, & cuneos coram illis præsentavit, & statim senatum est egressus, nec vllum verbum loquutus est. Vocatus autem a senatoribus, iussus est, suæ legationis rationem reddere, & quidnam instrumenta illa significarent, aperire. Qui respondens, ait. Misistis me, o Thebanæ, in Lacedæmoniam, ut vobis leges adducerem, ego autem, multo magis iustitiæ instrumenta vobis adduxi. Habemus quidem sufficientissimas leges ad nostram rem publicam gubernandam, non enim legibus, sed executione legum indigemus. Hoc idem & nos hodiè dicere possumus, fratres: non desunt leges, neque ministri iustitiæ in Ecclesia sancta. Sunt enim sanctissimæ leges, & sanctiones, sunt imperatorum instituta, & conciliorum decreta, sunt quamplurimi iudices, rectores, gubernatores, & lictores: sed quid prodest, si non ministratur iustitiæ? Quorsum tot virgæ, si non vigilantes sunt, & rectæ? Si leges sancitæ executioni non mandantur? Si fures non suspenduntur? Si concubinarij non mulctantur? Si meretrices non p

*Virga iudicis rec-  
ta.*

*iustitiæ e-  
xecutio.  
Phitõ phi-  
losopus.*

*respon-  
siones  
magis  
magis*

*magis*

*magis  
magis  
magis*

R niun-

niuntur exilio, & de vitiorum remedio non agitur? Debet iudex virgam non inclinam, sed erectam & vigilantem habere, ita quod non affectione moueatur ad iustitiam exercendam, non passione, aut odio. Debet etiam oculos habere prouidentia, ad omnia contemplanda, quae in sua republica geruntur. Qui enim ad montem ascendunt dignitatis cum Christo, cum eo etiam oculos subleuare debent, ad omnia prospiciendum, *Ande tener mas ojos que Argos, y mas que los animales de Ezechiel.* Philippe, unde ememus panes, vt manducent hi? Interrogauit Philippum, non quia indigeret consilio, ipse namque sciebat, quid esset factururus: sed vt fidem eius probaret, & vt nobis etiam consulendi alios exemplum praebere, y que en ser asi, que Dios sabe tanto, que no se sabe lo que sab. interrogat Philippum: vt & nos, licet scioli videamur nobis, & nullius indigere: tamen alios interrogemus, & in rebus dubijs consulamus. Maximè autem hoc conuenit ijs, qui in culmine dignitatis constituti sunt, debent enim aliorum vt consilio, nè in rebus sibi creditis administrandis errent. Senex ille, quem D. Ioannes sedentem supra thronum vidit, qui vniuerso orbi praesidebat, ex omni parte senibus quasi consiliarijs erat circumdatus. Non poterat versus aliquam partem moueri, si ne hoc, quod senem aliquem, & consiliarium offenderet. Qui in dignitate constituti sunt, senes & consiliarios virtute, prudentia, & experientia praeditos, iuxta se habere debent, cum quibus omnia ad suum ministerium, ne cessaria conferat. Si enim iudex, quid factururus sit, ignora uerit, ab illis discere poterit. Si autem scierit, aliorum consilio sapientior fiet. Pyropus auro caelatus, inquit quidam, praetium suum nequaquam perdidit. Piroplus enim siue carbunculus praetiosior est auro, tamen ex hoc, quod caelatur auro, caelatura gemmis, & praetiosis sculpturis elaborata: non ideo vilescit, aut minoratur pretio, quin potius maiorem valorem acquirit. Non secus in praesentia sentiendum est. Licet enim princeps, aut iudex,

Principes  
& prelati  
alios con-  
sulant.

Apoc. 4.

Sapientia  
consilio au-  
getur.

iudex, magna sit sapientia praeditus, ita quod alijs possit consulere, tamen ex hoc, quod aliena consilia admittat: eius sapientia non minorabitur, sed augebitur potius.

*Respondit Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficient. vt modicum quis accipiat.* Non possum non mirari huius Apostoli diffidentiam, qui cum tot opera, tot miracula a Christo Domino facta vidisset: tamen cum diffidentia loquutus est, ac si illi fuisset difficile in deserto magnam illam multitudinem alere & sustentare. Maximè, cum viderint eum in Chana Galileae aquam in vinum conuertentem: qui enim potuit aquam in vinum conuertere, posset etiam aerem conuertere in panem, vt ex illo fatiarentur. O quam procliuus est homo ad diffidentiam, in ijs praesertim, quae ad pauperum sustentationem attinent. Nam in hoc, non est Philippus neque Andreas, qui iliberalis non sit. Petijt populus carnes in deserto, nam mana illud iam fastidierat: et cum Deus Moyse polliceretur, se daturum illis carnes: quasi hoc esset illi impossibile. Moses ait. Sexcenta millia hominum sunt, & tu dicis: dabo illis carnes mense integro? Nunquid ouium, & bouum multitudo cedetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris congregabuntur, vt eos faciant? Cui Dominus optimè respondit. Nunquid manus Domini inualida est? Videte Moysi diffidentiam. Videbat enim miracula, quae Deus fecerat in Aegypto, videbat mare rubrum in duodecim diuisiones diuisum, videbat, quod mana illo suauissimo populum ad satietatem aluerat: & tamen videbatur ei impossibile, quod illum carnibus saturaret. Non ab similibus est Philippi & Andree diffidentia, qui cum viderint Dominum a mortuos suscitantem, caelos illuminantem, & alia multa mirabilia facientem: tamen nunc dubitant, quomodo multitudinem illam possit in deserto alere. Quando Moyses processit ad bellum contra Amalech, iussit illi Deus, vt in verticem montis ascenderet, & quandiu bellum

Homo ad  
diffidentia  
facilis.

Nun. 11.  
Moses dis-  
fidens.

Ex od. 17.

ſtare, virgam manu ſua verſus cœlum haberet et e-  
 ſt. Peruit Moſes, & iuxta verbum Domini fecit,  
 Ego ſtabo in vertice collis, habes virgam Dei in manu  
 mea. Exo. 17. Sed ad quid ó bone Deus, Moyſi  
 iubes, vt virgam illam erigat. Non enim ſine tuo confi-  
 lio, hoc factum eſſe arbitror. Quid enim erectio illa có-  
 fert ad victoriam? Multum quidem, & ſupra modum có-  
 ſerebat ad confidentiam. Precipit illi, vt virgam habeat  
 erectam, vt ab omnibus videri poſſit virga illa, qua  
 ſer miracula, & mirabilia fuerat operatus; que in ſerpé-  
 tem conuerſa fuerat, quæ lucem in tenebras conuerter-  
 at, quæ mare diuiſerat, quæ aquam de duriffima petra  
 gemina percuffione, edduerat: vt illa virga inſpecta, mi-  
 lites, ſuæ victoriæ magnam ſpem conciperent, & hoſtiũ  
 multitudinem non formidarent. Sed (vt ad noſtrum  
 propoſitum accedamus) quando deſijt Deus mundũ  
 ſuſtentare, & alere? quando hominibus quantumuis  
 pauperibus in vitæ neceſſarijs deſuit? Inſta cogitatum  
 tuum in Deum, inquit Pſalmiſta, & ipſe te enutriet.  
 Et alibi. Non vidi iuſtum derelictum; nec ſemen  
 eius quærens panem. Et per Matthæum. Nolite ſo-  
 liciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, neque corpo-  
 ri veſtro quid induamini. Reſpice volatilia cœli &, c.  
 Si ergo ex longa experientia cóſtat, quòd Deus mun-  
 dum ſic ſuſtentat, & res humanas, maximè quæ ad victũ  
 pertinet, tanta largitate adminiſtrat: quare ſic diffi-  
 dimus? quare tanto morere conſicimur? quare deficien-  
 te cœleſti pluuiã, ſtatim iam de nobis actum eſſe iudica-  
 mus? quare pauperi, & egeno manum contrahimus, &  
 vel minimam eleemoſinam non elargimur? Procedit  
 enim ex diffidentia noſtra, quòd egeno, & pauperi nõ  
 exte Jamus manum; exiſtimamus namque, aquam nobis  
 eſſe deſecturam. Si enim pauper ad ianuã nobis petitu-  
 rus eleemoſinam accedat, ad domum mercatoris illum  
 mittit. Per Deũ fratres, abundat in domo mea nil niſi in-  
 digna, & pauperes, nõ enim in hoſpitali tãta miſeria  
 reperitur:

reperitur: ad mercatores te confer, qui peccunijs abun-  
 dant, & ſunt reipublicæ æraria. Mercator verò ſe excu-  
 ſat, dicens non poſſe á creditoribus, vel vnũ aſſem  
 obtinere, & illum ad equites, & qui magnis reddituũ  
 prouentibus fruuntur remittit. Illi verò reſpondent,  
 plus debere, quàm habere, & quòd vincula eorum in-  
 pignorata ſunt, & illum ad Eccleſiaſticos, canonicos,  
 & episcopos remittunt, dicentes, ſolos illos eſſe diui-  
 tes, & omnibus bonis abundare, & quòd illorum bo-  
 na multis titulis pauperibus debentur. Tandem Eccle-  
 ſiaſtici etiam ſe excuſant, & illum ad Deum remittunt.  
 Deus tui miſereatur, & neceſitati tuæ prouideat. Do-  
 mine (inquit David) vide deſertionem pauperis, vide  
 illorum qui tenentur ſuccurrere illi diffidentiam, vide  
 quanta inhumanitate, & impietate omnes ſe excuſent,  
 omnes ad tuam liberalitatem illum remittunt, & nullus  
 eſt qui illius compatiatur. Tibi derelictus eſt pauper, or-  
 phano tu eris adiutor. Sic hodie contigit. Omnes de-  
 iſtorum hominum remedio diffidebant: exiſtimabant  
 enim impoſſibile, in deſerto illo, vbi nil aliud niſi  
 lapides, & infructiferæ arbores reperiebantur, illos re-  
 ficere, & ſaturare: & tamen liberaliſſimus Deus, abun-  
 dantiſſimè illos ſaturauit & reſecit.

*Facite homines diſcumbere.* Inſit Dominus illis, diſ-  
 cumbere ſuper fœnum, quo abundabat locus. Et addit  
 D. Marcus, quòd diſcubuerunt per ordinem; Et accubue-  
 runt, inquit, in partes, percentenos, & quinquagenos.  
 Sederunt homines in vno loco, & mulieres ſeorſum  
 in alio, & alibi pueri in ſuo loco, vt non inordinatum,  
 & confuſum eſſet conuiuium. Et hoc quidem nõ ca-  
 ſu contigiſſe exiſtimandum eſt, ſed Dei conſilio. Vt  
 hoc facto manifeſte oſtenderet, quantum referat ſerua-  
 re ordinẽ in omnibus, & debitos meſuræ terminos non  
 excedere, ad hoc quòd poſit eſſe ſatietas, & abundantia.  
 Niſi enim debitũ prudentiæ modũ obſeruemus, neceſſa-  
 rio in miſerã pauperiem deuentemus. Angelus ille, quẽ

*Pſal. 9.*

*Ma. 6.*

*Meſura,  
 ordinem  
 eſſe ſerua-  
 dum.*

*Pſal. 54.*

*Pſal. 34.*

*Matth. 6.*

*Eleemoſi-  
 na.*

*Contra di-  
 uites in-  
 miſericor-  
 dia.*

*deſ.*

**Apo. 21.** Ioanes vidit in Appocalypsi mensura quadam aurea omnes ciuitatis partes metiebatur. Metiebatur murum, ciuitatis, portas, domus, & plateas, & nihil fuit in illo supremo ædificio, quod virga illa non mensuraret. Vt ostendatur, quod in Ecclesia catholica, (cuius typum, ciuitas illa gerebat) omnia menturata esse debent: principes, & subditi, domini, & serui, magni, & pusilli, supremi, & infirmi. Vnde obsecro, tanta rerum indigentia prouenit in mundo? Vnde tanta rerum inopia, in nobilibus, in plebeis, in diuitibus & pauperibus? Omnes enim suam indigentiam deplorant, à rege vsque ad colonum, & à summo Pontifice vsque ad sacristam. Equidem hoc malum prouenit ex malo conuiuendi modo, ex eo quod in ordinatè viuunt: non enim possibilitatem suam metiuntur, vt secundum eam sumptus necessarij fiant. Pauper enim, diuitem æmulatur, agricola nobilem, & nobilibus ducem, & hic magnificentiam regiam imitari præsumit, & hinc prouenit, quod semper indigeant. Summoperè aduertendum est, quod scriptura sacra refert. Exodi capite. 16. vbi dicitur quod cum Deus plueret manna illud suauissimū de cælo iussit Moyses, vt colligeret vnusquisque ex eo, quantum sufficeret ad vescendum, Gomor per singula capita. Quis enim hoc non aduertat? Ad quid mensura illa iubetur, vbi tanta erat abundantia? Erat namque in tanta copia, quod omne illud desertum, montes, vales, & colles cibo illo abundabant: & tamen iubentur ad mensuram illud colligere: vt ex hoc intelligamus, quam necessaria sit in omnibus rebus mensura. Licet enim tanta bonorum affluas abundantia, quod Cræso & Salomone sis ditior, Policrate fortunatior, & Mida felitior, licet cæli super domum tuam bona effundere videantur, si tamen modum, & mensuram non habueris, proculdubio, indigentia, & necessitate patieris. Si tamè fuerit mēsa in victu, in vestitu, & in famulorū cōmitatu sic fiet miraculū, & omnibus bonis abūdabis. Accedūt duo

duo amici ad diuersoriū, & hospita, parat illis mēsam ad manducandum, apponit cibos sufficientes, ex quibus cōgruè possint vterque vnicam refectiōnem sumere. Alter illorum, qui moderatior est, cibos maxima moderatione & sobrietate sumit, alter verò, qui in comedendo est expeditior, tanta inglubie deuorat, quod quando alius recordatur, iam nihil in catino reperit, & sic ieiunus de mensa discedit. Nunquid iste causabitur, quod hospita sufficientia mensæ non apposuerit? Minimè quidem, quia illa vtrisque necessaria, & sufficientia apposuit, sed intemperantia conuiuæ in causa fuit, quod ipse ieiunus abscederet. Multi in mundo necessitatem & paupertatem patiuntur, vt videmus, famescunt enim, & necessaria ad vitæ sustentationem non habent. Sed nunquid hoc prouenit, quia Deus hominibus sufficientia non prouiderit? Nequaquam, imo prouidet abundantissimè: nam quomodo cum homine manus eius breuiabitur, qui etiam pullos coruorum à parentibus derelictos, non deseruit? Ipse namque per Iob ait, capite. 39. Quis præparat coruo escam, dum pulli eius clamant in nido? Et David inquit Psal. 103. Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore, dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Et alibi. Oculi omnium in te sperant, Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. Videtur David depingere magnam pauperum cateruam, ad ianuam diuitis expectantem, vt vnusquisque elemosinam ab eo accipiat. Nam, vt Diuus Basilus inquit, omnes sumus Dei mendici, & ad ianuam magni patris familias expectamus. Episcopum considerate ad ianuam domus suæ, inter magnam pauperum multitudinem existentem, & manu sua elemosinas diuidentem: huic panem porrigit, illi argenteum, alijs vestes, siue calceos impatentem. Qui, postquam iuxta vnusquisque exigentiam elemosinas iam acceperunt, benedictionem

simile.

Iob. 39.

Psal. 103.

Psal. 104.

D. Basileus.]

ab eo expectant, ille veró eleuata manu, omnibus benedictionem suam porrigit. Non secus, Dauid inquit, omnes á Deo escam quærunt, siue magni, siue parui, siue diuites, siue pauperes, á Domino vsque ad seruum, & à rege vsque ad colonum, omnibus victui necessaria tribuit, tam diuitibus quam pauperibus, tam iumentis quam hominibus, tam leonibus quam coruis, *Todos lleuan furacion y quitacion*, quibus etiam benedictionem suam confert, & implet omne animal benedictione. Cum ergo Deus ad sufficientiam omnia necessaria largiatur, tamen multi egestate, & penuria afficiuntur, propter diuitum & potentium immoderantiam. Non enim debita mensura in bonis impertiendis obseruatur. Hic namque centum millia numerorum comedit, ille veró, neque vnum assem habet.

Acceptis igitur quinque illis panibus, & duobus piscibus, eleuatisque oculis ad cælum gratias egit Deo pro miraculo quod facturus erat, fregit illos, & distribuit per se, & per manus Apostolorum, & inquit Hieronymus, quod Domino panes frágente, multiplicatio partium facta est. Sed & inter discipulorum manus & sumétiú, immensa crescebat panis materia. Quod si queras unde veniebát partes illæ panis, quæ succedebant fragmentis distributis: dicit Augustinus. Vnde multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes. Potestas erat in manibus Christi. Panes illi quinque quasi semina erant, non quidem terræ mandata, sed ab eo, qui terram fecit multiplicata. Sicut enim in principio, benedicendo creaturas, dedit illis virtutem multiplicandi se. Crescite & multiplicamini, & replete terram: sic nunc benedicendo panes, dedit eis virtutem, vt multiplicarentur.

sed quis hic non aduertat Apostolorum liberalitatem, qui quinque panes, quos habebant hordeaceos ad suum victum necessarios, alendæ turbæ proferre iussu, non contradixerunt: quin potius obtulerunt libenter.

ter. Et cum inter omnes distribuerentur, tantum multiplicati sunt, quod ex illis omnes satiarentur. *Discan hinc diuites liberalitatem, & erga pauperes alédos magnanimitatem, & manus eorum pauperi non comprimantur.* Bona enim temporalia pauperibus diuisa, crescunt, & mirabiliter multiplicantur. Qui parcè seminat, inquit Apostolus, parcè & mettet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Eleemosinam sementi comparat, nam sicut ex vno seminis grano centum colliguntur, sic eleemosina, quæ in manu pauperis seminatur, etiam in hac vita cum magno fenore colligitur. Et est optimus locus ad hoc probandum, qui habetur cap. II. Ecclesiastes, vbi sic inquit Salomon: Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum. Vbi glossa illius loci inquit. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, largiendo cibum & potum indigentibus, & maximè peregrinis transeuntibus, qui dicuntur hic aquæ, iuxta illud Apocalip. 7. Aquæ multæ populi multi. Et adducit ad hoc propositum, illam historiam, quæ habetur in Exodo, cap. 2. de Ietro Madianita, qui vocauit Moysen ad comedendum panem, credens eum esse peregrinum Aegyptium, & propter hoc factum, postea receptus est in populo Israel, & datum est ei, quod filij sui haberent partem in terra promissionis. Sed ad metaphoram & modum loquendi Salomonis redeamus. Non enim dicit: Fac eleemosinam, vel pauperi subueni, aut quouis alio modo: sed mitte panem tuum super transeuntes aquas, &c. Vt adiscamus hinc, quam magnum lucrum ex eleemosina pauperi porrecta, sit expectandum. Colonus, qui super terram cœlestibus irrigatam imbribus, triticum suum seminat, transacto anno cum magno fenore illud colligit, nam pro vno modio centum accipit, & pro vno grapho decem spicas. Non secus eleemosinâ pauperi eroganti contigit, qui iuxta verbum euangelicum, pro vno centuplú accipiet. Eleemosina enim in manu pauperis

*Libera' -  
tas comen  
datur.*

*2. Cor. 9.*

*Eleemosi-  
na bona  
multipli-  
cat.*

*Ecclesiast-  
es. II.*

*Lyr. an. 3*

*Exod. 2.*

*Lucrú in  
eleemosi-  
na largien-  
da.*

*D. Hier.  
Multipli-  
catio pa-  
nū vnde.*

*D. Aug.*

*Gen. I.*

audia  
m  
m

Deus pro  
terrens  
caelestia

3. Reg. 13

Proh. 3.

petis accepta, quasi granum est tritici terræ commenda-  
 tum: ut tempore suo fructum reddat centuplum. Conso-  
 nat expositioni huic glossa interlinea, quæ sic habet.  
 Mitte panem tuum, &c. Quasi, mitte, vel absconde ele-  
 mosinam in sinu pauperis, quia in die iradicij, cum multo  
 fenore reddetur tibi, sicut semen in irrigua terra. Habet  
 & aliam expositionem locus hic. Nam per transeuntes  
 aquas, potest aqua maris intelligi, supra quam panis mit-  
 titur, quando ex uno loco, in quo abundantia magna est,  
 ad aliam insulam famem patientem defertur: Tunc enim  
 non sine magno fenore deportatur, quia duplicatur va-  
 lor. Cælum quasi insula quædam est à nobis, remotissima,  
 in aqua elemosina quæ pauperi porrigitur, in eo incom-  
 parabilis est pretij. Qui ergo voluerit, magnum lucrum  
 reportare, & pro terrenis accipere cælestia, pro tempora-  
 ribus æterna, panem suum super transeuntes aquas, id est,  
 super pauperes, immittat. Et quidem, tantum lucri est  
 in elemosinâ largiendo, quod non solum in futura, sed  
 etiam in præsentia vita, bona largientis soleat multiplicare.  
 Exemplo nobis sit Sarepta vidua, quæ Eliæ famel-  
 centi cibum dedit farina & oleo confectum, & ob hoc  
 duos fontes in domo sua, alterum farine, alterum olei,  
 dimanare fecit. Extat enim infalibile Dei verbû per Sa-  
 lomõnem in proverb. cap. 3. De primitijs omnium fru-  
 gû tuarû da pauperibus; & implebuntur horrea tua, & tur-  
 cularia tua vino reddenda. Dives enim misericordia  
 & liberalitate præditus, generatur domino, & quasi ad  
 vltimam elemosinam porrigit pauperi, cuius fructum  
 cum magno fenore recipiet, in hac vita per multi-  
 plicationem, non solum honorum temporalium,  
 sed etiam spiritualium gratiæ, & in  
 futuro gloria.


# FERIA QUARTA

## post quartam Do- minicam.

### CONCIO.

Præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à ne-  
tinitate.

Ioannis. 9. capite.



INTER alia mala, quæ propter pec-  
 catum primi parentis homo con-  
 traxit, etiam spiritualis quædam ani-  
 mæ cecitas numeratur, & oculorum  
 caligo tam clara & manifesta, quod  
 nullus est, qui id manifeste non vi-  
 deat (ni tamen oculo intellectus  
 omnino sit priuatus.) Confessus est

Homo per  
peccatum  
cæcitatem  
incurrit.

hanc mentis cæcitatem Diuinus Citharædus, nomine  
 totius humani generis, Psalmo. 37. dicens. Dereliquit  
 me virtus mea, & lumen oculorum meorum, ipsum  
 non est mecum. Statim ac hominem virtus origina-  
 lis iustitiæ deseruit, intellectuali lumine priuatus est:  
 non quod omnino vsum rationis amiserit, sed quia  
 magnis ignorantie tenebris fuit irretitus. Cui conso-  
 nat Sophoniæ dictum, capite primo. Ambulabunt  
 ut cæci, quia Domino peccauerunt. Sicut cæcus du-  
 cem non habens, passim offendit, hic labitur, illic  
 cadit & læditur: sic homo post culpam, in varia præci-  
 pita, & inconuenientia dilapsus est. Omnes enim illi  
 qui cælesti lumine, & ducatu non fuerunt suffulti,

Psal. 37.

Sopho. 1

*Simile.* ex vno inconuenienti in aliud, & ex vno errore in quā plurimos alios deuenire. Idem homini in cæcitate sua contigit, quod in lussu galinæ cæcæ solet contingere. Quidam oculos cæcos & velatos habet, alij verò circa eum manibus complodit, & facit strepitum, cæcus sonū audiens, modo hâc, modo illâc vertitur, percutiētē quærens, quem inuenire non valet. Non aliter homo post peccatum cæcus, luminibusque priuatus, cælorum motus audiens, & creaturarum concentum & consonantiam, nunc ad cælorum ordinē, nunc ad solē vel lunā, interdū ad homines ipsos, in quibus aliquid erat excelētia, accurrebat, & illos vt Deos adorabat. Solet homo rusticus de siderio vidēdi regē ad curiam se conferre, quod si regiū palatiū ingrediens, magnatem aliquem sericis & deauratis vestibus ornatum videat, aut aliquem ex sericis regis, credit illum esse regem ipsum, & statim capite detecto, genuflexus illum adorat. Sic homo mundum hunc ingrediens, & pulchritudinem creaturarum considerans, illatum specie & similitudine deceptus, illas esse Deos existimauit: quod quidem ex ignorantia & cæcitate ex peccato contracta, illi contigit. Hinc patere poterit, quare diabolus pater mendacij in scriptura fuerit appellatus. Cum tamen quamplurimos homines nostris temporibus reperies, qui in mentiēdo, etiam cum diabolo ipso, certare possint. Appellatur quidem pater mendacij, quia ipse fuit, qui primum mendacium peperit. Primum quidem mendacium illud fuit, quod in paradiso parentibus nostris dixit: Aperiētur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malum. Hoc quidem mendacium fuit & deceptio, quia per essum illius pomi, potius oculi hominis excæcati sunt, & tenebris ignorantia obcurati. Quod si scriptura asserit oculos amborum fuisse apertos, hoc intelligendum est, quantum ad videndam nuditatem suam confusibilem, & miseriam illam, in quâ per culpam inciderant, nam quantum ad alia potius excæcati fuerunt, & rationis lumen amiserunt. Cæcitas hæc,

hæc, per illum, qui vera, & essentialis lux est, venit reparanda, de quo Ioannes ait. Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mūdum. Quapropter aduentus eius in mundum ad hoc fuit ordinatus, vt mentis nostræ oculos illuminaret, & cæli viam nos doceret. Hoc est, quod Dauid desiderijs flagrans petebat, Psalm. 66. Illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri, vt cognoscamus in terra viam tuam. Hic loquendi modus, ex magno cordis affectu procedit, quo præsentiam Dei exoptabat, per carnis assumptionem, ad tenebras mentis nostræ depellendas. Eodem affectu iacobus sponsa cant. 1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino. Prius enim quasi cum absenti loquitur, cum dicit: Osculetur me, &c. Deinde vero quasi cum præsentem, dum subdit, Quia meliora sunt vbera tua vino. Sic Dauid inquit, quasi absentem alloquitur: Illuminet vultū suū super nos, & misereatur nostri, & statim præ nimio cordis affectu, & desiderio, quasi esset iā præsens, alloquitur illum, dicens. Vt cognoscamus in terra viam tuam. Hanc salutiferam hominis illuminationem per Christum factam, in Cælidonij illuminatione nobis depingere voluit, de quo in præsentem Euangelio agitur: est enim quasi typus & ymbatica quædam, rudisque pictura, in qua magnum curationis nostræ mysterium delineatum est, iuxta Diui Augustini sententiam. Nā sicut ex salua, ex Christi ore procedente, & ex puluere colirium & medicinam fecit, ad cæcitatem Cælidonij curandam: sic ex diuino verbo de ore patris procedente, & ex puluere nostræ naturæ mortalis, persona Christi constat, in duabus naturis subsistens, ex cuius sanguine medicina facta est, vniuersam naturæ humanæ cæcitatē pellens. Hoc est mysterium hodiernæ curationis, sed prius literam, in qua fundatur, expendamus.

*Paterens Iesus, vidit hominem cæcum a natiuitate.* Disputationem longissimam cum Phariseis in templo habuerat, in qua verum esse Deum affirmauerat. Hoc enim verba

Ioan. 1.

Psalm. 66.

Cant. 1.

Nota.

D. Aug.



verba illa manifestè indicant : Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum, & rursus Abraham vidit diem meum, vidit, & gauisus est. Quòd cù blasphemix illi tribuerent, lapidibus eum prosequètes, ex tra templum eiecerunt. Ipse verò templum egrediens, vt sermonem paulò antè habitum ad suam diuinitatem spectantem confirmaret, & ora persequentium confunderet, hoc miraculum insolitum, & quod à seculo numquam est auditum, in rei testimonium eddit. Egrediebatur, seuitiam lapidantium fugiens, & nihilominus, ad limen stetit, nec progreditur vlteriùs, do nec misereatur cæco, illiquè lumen restituat. Quam re cte Daniel sanctus Christum depingens, oculos lampadarū illi tribuit. Vidi, inquit, ignitum hominem, qui ex sese flammam emittebat, vestitus erat lineis, & renes eius accincti auro obrizzo, facies eius velut species fulguris, & oculi eius velut lampas ardens. Hic homo ignitus, Christus redemptor noster est, totus igne charitatis accensus, Lineis vestitus, quia naturæ nostræ humane linea, & alba veste indutus est. Accinctus renibus, quia vestis illa, vnionis hypostaticæ cingulo, fuit applicata. Splendebat, vt fulgur præ miraculorū, & doctrinæ euangelicæ claritate. Sed quare oculi eius, vt lampas ardens esse dicuntur? Nimirū, ad singularem eius misericordiam designandam. Lāpas enim, non nisi oleo fouetur, & conseruatur: sic eodē modo, lucidissimi illi redēptoris nostri oculi oleo misericordiæ deletantur, & sicut lāpas oleū appetit, sic occasiones miserendi semper inquerebat.

*Ojos que siempre tienē ojo a vsar de misericordia.* Oblata enim quacumque misericordiæ opportunitate, omnimodò & periculo postposito, ad opus procedebat. De rege Davide legitur. 1. Reg. cap. 30, quòd cù Amalechitas insequeretur, qui magnā prædā ex Sicelech portauerāt, forte inuenit in via Egyptium Amalechitæ cuiusdā seruū, fame in extremis laborantē nā tribus diebus nihil comederat aut biberat. Quē cù derelictū reperisset, bene

*Christus  
misericor  
dia.  
Dani. 10.  
Figura.*

*1. Reg. 30  
Pietatis  
exemplum.*

benebolè suscepit, & illius misertus est. Dedit enim illi ad comedendum panem, & vbas passas, & massam charitarum. Exemplum quidem tanto principe dignum, & quod viscera suæ pietatis manifestè ostendit. Non enim pietas filiorum, neque vxorum & fratrum dilectio, quos captiuos ducebāt Amalechitæ, nō sollicitudo belli, quod de se festinationem & indefesam curam requirit, neque occasio prædæ, quam cum suis sequebatur, impedi mento esse potuerunt, quò minus Aegyptij compateretur, & de illius remedio ageret. Sed Christe sancte, quantò longior tua misericordia, Dauidica fuit hodiè. Nam Dauid, inimicos suos persequebatur, at hic te persequuntur, & lapidibus suis insectantur, ille dum Aegyptij curam agit, securus est de hostibus, at tu, non sine magno vitæ discrimine ad curandum cæcum demoraris. Ille denique Aegyptium saluat, vt Amalechitas perdat, & vitæ illorū insidietur, tu verò cæcū illuminas, vt tãto perspecto mī raculo, omnes saluentur, & Euangelicæ veritatis lumen recipiant. Sicut enim sol iste materialis & visibilis, qui beneficia sua terræ communicat, illuminat mundum, tenebras depellit, terræ nascentia producit, homines calefacit, metalla in visceribus terræ gignit, & omnia viuētia fouet: & tamen à terra ipsa nihil aliud, nisi vapores & nebulas, & id genus alia, quibus obscuratur, loco beneficiorum recipit: sic Christus seruator noster, verus iustitiæ sol, innumera nobis beneficia confert, non enim est, qui se abscondat à calore eius, & cui bonitatis suæ radios non communicet: omnes enim illuminat, omnes fouet & sustentat, & nullius non miseretur. Nos vero quasi ingratisimi, tantorū beneficiorū oblitī, nebulis peccatorum respondemus, & per medium illorū hodiè transit ad illuminandum cæcum, cui lumen, tam corporis, quam mentis restituit. Oblatam sibi benefaciendī occasionem noluit amittere, etiam cum vitæ periculo, quod summè hic est obseruandū, & hoc quidem significarūt verba illa cū discipulis habitā. Me oportet operari

*Simile.*

*Christus  
soli compa  
ratur.*

*Verum  
operum e  
xercita  
tio.  
Ioan. 9.*

opera

opera patris mei, dum dies est. Veniet nox, quando nemo operari potest. O diuina verba, & ore Christi, & auribus Christianis digna. Me oportet, inquit, operari, dum dies est, antequam nox tenebrosa mortis adueniat. Quod si te oportet, Domine, quanto magis me oportebit? O si verba hæc redemptoris nostri Iesu, cordibus vnusquisque nostrum infingerentur, vt singulis diebus illa volueremus mente, cogitaremus corde, & proferremus lingua. Tantum enim nos oportet, dum dies est, in bonis operibus exerceri, quod in hoc vno, punctus nostræ saluationis consistit. Ad quid enim homo constitutus est, nisi vt opera beatitudine digna ederet? Nunquid, Dauid aiebat, vanè constituisti omnes filios hominum? Quasi dicat. Absit a me talis suspicio, vt credam, hominem ad imaginem & similitudinem tuam creatum, non propter aliquem finem fuisse constitutum. Dicitur enim Genes. 1. quod posuit hominem in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum, non propterea quod paradisi Domini hominis custodia & cultura indigeret, sed multo magis, vt per exercitiu & opus illud exterius, præmiu gloriæ mereretur. Quod si homo in delicijs paradisi constitutus, operari iubetur, quanto magis in hoc lachrimarum exilio tenebitur operari, & in aliquibus exerceri? Sicut Angelis, vbi primum conditi sunt, parua temporis mortali data est, in qua se totos diuino obsequio manciparet, vt hac deuota mentis oblatione, gloriam, quam habent, promereri possent; ita nobis vice illius instantis, temporis mora concessa est, in qua simili quoque nos obsequio & seruitio, eandem, quam illi, gloriam promereremur. Angelis breuiora spatia concessa sunt, quod seorsum natura ea conditione sit, quod semel apprehensum nunquam dimittant, neque mutare queant sententiam, & ideo frustra longiora illis darentur spatia, si quando ab admittenda semel sententia, nullatenus abdicari possent. Veru, quia natura hominum adeo vertibilis est, vt in horas permutentur, clementer cum illis actum est,

Psal. 38.

Homo ad operandum constitutus.

Angelis morula datae sunt ad merendum.

est, vt longiorem ad hoc munus obeundum, moram eis concederet, vt penitentia repararent, quod culpa deliquissent. Cæterum ad Adamum reuertamur in paradiso constitutum, vt ex suo opere, quantum nos operari deceat, deducere possimus, sicut enim posuit illum in paradiso, non vt somno indulgeret, & vitam inutilem & ociosam degeret, sed vt operaretur, & manus exerceret, vt per illud corporale exercitium gloriam sibi promissam promereri posset: sic posuit Deus fidelem quemquam in hoc Ecclesiæ paradiso, non vt ociosam & infructiferam vitam transigat, sed vt in bonis & sanctis operibus magis ac magis, indies exerceatur. Neque enim sat est, in fertilissimo Ecclesiæ paradiso constitutos nos esse, sanguine Christi & sacramentis abundare, omnia sufficientia nobis, & ad salutem necessaria ad manum habere, si tamen ociosi sumus, desidia & vitio torpentes. Fratres, aiebat Diuus Petrus, satagite, vt per bona opera certam faciatis vocationem & electionem vestram. Quasi dicat: Non sat est, vocatos esse a Deo & electos, nisi etiam in bonis operibus exerceamur, vt electio Dei firma sit & certa, suumque effectum, & ab eo intetum finem sortiatur. Ad hunc sensum difficilia illa Diui Pauli verba possunt intelligi. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea. Passio enim Christi, si ad sufficientiam attendamus, fuit quidem copiosissima, & nihil illi defuit, si verò ad efficaciam, opera ex parte nostra exigat, quibus deficientibus, in nobis efficax non erit. Consonat huic veritati antiquum illud proberbium, Cum Minerua quoque manum admoue: *A Dios rogando, y con el mazo dando.* Non solo Deo salus nostra relinquenda est, sed nos etiam debemus illam operari. In primo libro Regum capite. 7. memoriæ proditum est, quod Israeliticis existentibus cum Samuele in Masphat, Philistini ex insidijs exierunt illis, obuiam, qui cum inermes essent & ad bellum imparati, timuerunt valde, sed

2. Petri. x

Colos. i.

1. Reg. 7.

Nota.

Operu ne cessitas.

Abulen.

sed Deus præstitit eis de cælo auxilium: Intonuit enim fragore magno super Philisteos, & exterruit eos. Et expendit Abulen. quod tanto terrore fuerunt perterriti, ex multitudinis tonitruum, & fulminum, quod filij Israel de manibus abstulerunt illis arma, quibus eos persequuti sunt usque ad Bethchar. Habita hac in signi & cælesti victoria, tulit Samuel lapidem pergrandem, quem lapidem adiutorij appellauit, propter adiutorium de cælo sibi missum: quem lapidem erexit in tropheum, ad perpetuam rei memoriam, hæc verba proferens. Hucusque auxiliatus est nobis Dominus: Quasi diceret, meo iudicio: Victoria hæc, quam de Philisteis consequuti sumus Deo debetur, qui per miraculum, nobis præstitit de cælo auxilium: sed huc usque nobis est auxiliatus: Non speremus deinceps noua miracula de cælo, neque enim Deus quotidie noua miracula est operans: Armis nobis opus est, ad lanceam admodum inanis, & contra inimicorum insidias, cura & gladio maniamur. Hæc eadem Samuelis verba nobis adaptari possunt. Redempti enim sumus Christi sanguine, & a perpetuæ mortis aspidibus erepti. Cum enim crudelis inimicus, naturam nostram circumdatam haberet, ipse Deus mortem suam, nos a morte æterna præseruauit. Sed huc usque auxiliatus est nobis Dominus, non secundam horretem eius expectemus, quia Christus iam non moritur. Num putamus, quod iterum sit pro nobis moriturus? Num figemus arma penitentia, manus nostras complicabimus, somno, & otio indulgentes, quasi opera nostra, ad victoriam de inimicis reportandam, non sint necessaria? Absit a nobis talis cogitatio, quia cooperatores Dei sumus, & si opera studiosa & meritoria desint, proculdubio succumbemus, & ad optatum beatitudinis præmium, peruenire non poterimus. Ex hoc facile de-

duci potest, quantum nos oporteat in hoc breui vite spatio instantanter operari, & in charitatis operibus perpetuo exerceri, nam si dies extremam lucem cluserit, nullus erit, aut operandi, aut promerendi locus. Ecclesiasticus capite. 14. sic inquit. Non defrauderis a die bono, & particula bonæ diei, non te prætereat. Non nè alijs relinques labores & dolores tuos? Labores & dolores, diuitias, & temporalia bona appellat, quæ cum labore acquiruntur, cum labore conseruantur, & cum dolore amittuntur. Et post pauca. Ante obitum operare iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Cibum enim, quem adhuc viuens non qualisti, per bonorum operum exercitium, nullatenus apud inferos post mortem inuenies, cum & imprudentibus virginibus clausa cæli ianua, parum olei denegetur. Vox illa, quæ apud Esaiam habetur, capite. 21. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte (iuxta Diui Gregorij interpretationem) damnatorum est in perpetuis inferni tenebris existentium: dicent enim inter cruciatus, & flammam lamentabili voce. Custos quid de nocte? Id est, O supreme Deus, hominum seruator & custos, quid de hac horribili tenebrarum nocte futurum est? quando ex hoc teterimo carcere sumus educendi? quando tormenta ista finem sunt habitura? Quibus respondit cultos. Venit mane & nox. Quasi dicat, Fuit vobis mane & lux vitæ, quando operari potuistis, & tormenta ista vitare, gloriamque promereri, quod si voluistis bene operari, dum licuit, venit nox perpetuæ damnationis, in qua nulli operari conceditur. Quis est, fratres, qui duram hæc & terribilem sententiam de ore supremi iudicis audiens, non pertimescat? Cuius cor, vel saxum & adamante durius non conteratur? Ambulate obsecro, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant, & quantum in vobis fuerit, hanc operibus insudate. O quantum timorem conseruat

Eccli. 14.

Mat. 25.

Esaï. 21.

Greg. lib.

mag. 16.

cap. 25.

Ioan. 12.

Iob. 10.

Tribunal  
Dei time-  
dum.

Iob. 29.

noctis huius horribilis patientissimus ille Iob, qui ca-  
pite 10. Sui vaticinij dicebat. Dimitte me ergo vt plā-  
gam paululum dolorem meum, ante quam vadam & nō  
reuertar ad terram tenebrosam & opertam mortis caligi-  
ne. Existimabat vir sanctus, se morti esse propinquum,  
& quasi alicuius temporis inducias petebat, vt posset  
peccata sua plangere. Dimitte me ergo, inquit. Illud,  
ergo, illatio est seueritatis diuini iudicij, quod præce-  
serat. Si tanta est Domine seueritas iudicij tui, si tanta  
tormentorū seuitia, quibus a te damnati sunt affici-  
endi, si nullum tempus eis ad peccata reparanda cons-  
tituitur: dimitte me paululum, & viuendi licentiam  
concede, vt peccata mea desleam, antequam ex hac  
lūce migrem, & pænitentiae tempus non suppetat.  
Quod si vir ille sanctissimus, simplex & rectus acti-  
uens Deum, & recedens a malo, qui in omnibus suis  
tentationibus, quas scriptura commemorat, nō pec-  
cauit, neque stultum aliquid contra Deum loquutus  
est: Si ille qui iustitia indutus fuit, & diademate in iu-  
ditio suo; qui fuit oculus cæco, & pes claudis, pater  
erat pauperum, & causam, quam nesciebat diligentissi-  
mè inuestigabat, si ille, inquam, paululum temporis  
petebat in quo mereri posset, & peccata sua plangere:  
quid nos oportet facere, qui peccatis & sceleribus ple-  
ni sumus? qui quotidie Deū nostris flagitijs offendimus?  
Quomodo o peccator ad tribunal diuinæ iustitiæ tam se-  
curus properas ante quam iustificeris, & in bonis ope-  
ribus exercearis? In libro, qui Vitas patrū appellatur, ser-  
tur de quodam monacho, quod cum totum vitæ spatiū  
inpenitentia & lachrimis peregisset, morti iam propin-  
quus; & in extremis laborans, tam seuerus iudex ei ap-  
paruit, tamquē tremendum eius tribunal illi representa-  
tū fuit quod subito flebili voce exclamare cœpit. Indu-  
cias vsque mane, inducias vsque mane. O tremendum  
exemplum & quod ferrea nostra corda (ni tamen ad vlti-  
mum obstinationis terminum iam peruenere) emo-  
lire

lire sufficit. Dicitō mihi, fratres, si vir iste sanctus, qui  
per sexaginta ferè annos in deserto vixerat, & in carnis  
mortificatione, duris pœnitentijs, & legis obseruantia  
se exercuerat, tantum timebat coram diuino tribunali  
apparere, & vel vnā horam induciarum petebat, vt in  
illa peccata sua detestaretur, & aliquod meritorium opus  
efficeret: quomodo nos, qui ferè totam vitam in volup-  
tatibus & carnis illecebris insumimus, tantam temporis  
iacuram facimus, & misericordiam Dei, quæ ad pœni-  
tentiam nos adducit, contemnimus? Dura quidem est il-  
la Salomonis sententia. Vbicumque ceciderit lignum,  
ibi erit, siue ad Austrum, siue ad aquilonem. Per Au-  
strum Diuus Bernardus gratiam intelligit, per Aquilo-  
nem peccatum. Modo enim quotidie mutatur homo  
ab Austro ad Aquilonem, & ab Aquilone ad Austrum.  
ab statu peccati ad gratiam, & è conuerso: At post mor-  
tem, nulla erit vicissitudo, aut transmutatio, sed vbi-  
cunque ceciderit, ibi erit absque vlla mutationis spe, siue in  
cælo perpetuo regnans, siue in inferno æterno suppli-  
tio affectus. Consideratio est hæc, quæ vel sola ipsa suffi-  
ceret, si adesset, ad animos nostros conuertendos, & re-  
trahendum nos a peccatis. Sed væ nobis, quibus illud  
Ieremiæ adaptari potest. Sordes eius in pedibus eius,  
nec recordata est finis sui, Pedes animæ, affectus eius, &  
desideria sunt, quæ non minus illam, quam pedes cor-  
pus, quocumque voluerit, deferunt. Et quia desideria  
hæc terrenorum bonorum, luto sedata & implicata sunt,  
hinc fit, vt his, tanquam vinculis quibusdam alligata,  
vix sese attollere in altum valeat, & finis sui, temporis  
mortis scilicet, recordetur. Si enim recordata esset, non  
præsens tempus in vanitatibus & vitijs insumeret. Chri-  
stus redemptor noster inquit. Me oportet, &c. & lapi-  
des spernens, cæcum hunc, & corpore illuminat, &  
mente.

Quam rectè Propheta Esaias de illo cecinerat, dicens.  
Sicut aues volantes, proteget eos Dominus. Tanta erit

Eccles. 11  
D. Bernardus.

Christi  
protesta  
tio.

eius fortitudo & constantia, tanta amici magnitudo ad protegendos eos, quos liberare decreueris, & eipere, quod ad modum auium volantis, um pullos suos protegentiam, se habebit. Avis enim, quæcunque illa sit, etiam debilis passerulus, audacissima est ad protegendum suos pullos, quando suo indigent auxilio, contemnit fundæ lapides, pro nihilo pendit iacula, & per medios irruit laqueos. O chare Deus, quàm audax Domine ostenderis, quàm præstanti fortitudine ad amicos tuos protegendos: spernis Phariseos te persequentes, & lapides, quibus te insectantur, pro nihilo pendis, dum cæcum hunc, tuo indigentem auxilio saluas & illuminas. Attende Domine, quod Pharisei magno impetu, & clamoribus irruunt. Irruant. Vide, quod lapidibus vitæ tuæ insidiantur. Insidiantur. Ego enim hominem hunc cæcum sum curaturus. Confirmat magis hoc, & suauissimâ Christi conditione comédât, quod passionis nocte sibi accidit. Cum milites ducente Iuda, ad illum comprehendendum venissent, petijt ab eis: Quem quæritis? Quibus respondentibus, Iesum Nazarenum, statim ait. Si me quæritis, sinite hos abire. Quasi dicat: Ea conditione comprehendendi a vobis patiar, si hos discipulos meos liberos abire sinatis. O amantissime Deus, vitæ nostræ reparator, in te milites irruunt, cum fustibus & gladijs veniunt, funes ad te comprehendendum paratos habent, mors adest in ianuis, & tamen horum omnium oblitus, solùm de salute tuorum agis? Verè quasi pia mater ostenderis, quæ morti propinqua, inter dolores & angustias, solum filij, quem ex suis visceribus genuit, memoriã & curam habet. Num vivit infantulus? Suggit vbera? Cave te, ne aliquid illi mali inferatis. Sic ille, qui pateri per Esaiam se comparat, morti iam, & crudelibus, quasi si his omnibus obliuisceretur, suo

Ioan. 18.

Simile.

rùm discipulorum curam suscipit, & eos ab insidiantorum militum crudelitate eripit. Sinite, ait, hos abire liberos, & nihil mali causa mei patientur in me vestra vertatur manus, effundite super me omnem iram vestram, tantùm meis nihil noceatis. Sed iam ad alia propereamus.

Vidit hunc cæcum Christus præteriens, & eum curare instituit. Sed percontari libet, quare hunc cæcum extra limina templi sedentem illuminat, & non potius cæcos illos, qui intra templum existunt? O Domine, quare hoc facis? illos cæcas, & hunc illuminas? illos in obstinationis tenebris relinquis, & huic, cuius cæcitas minus periculosa est, lumen præstas? illumina prius cæcos, quos in templo relinquis, & postea cæcum hunc in via existentem illuminabis. Nonne Pharisei & scribæ, qui te lapidare voluerunt, cæci sunt, & rationis lumine omnino destituti? Sunt quidem, nam de illis dictum est: Ipsi verò rebelles fuerunt lumini. Et per Sophoniam, Ambulabunt, vt cæci, quia Domino peccauerunt. Matthæi etiam .5. habetur. Sinite illos, cæci enim sunt, & duces cæcorum. Quare ergo illos desseris, & in cæcitate sua derelinquis. Difficultatem hanc dissolvit Dominus, in calce huius capitis, dicens. In iudicium veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Veni ad illuminandos cæcos, & ad excæcandos videntes, & qui sibi oculati esse videntur. Non enim quoscunque cæcos Deus illuminat, sed eos qui humiles sunt, & se cæcos esse agnoscunt. Verùm non illuminat eos, qui in cæcitate sua gaudent, lumen spernunt, & magis diligunt tenebras, quàm lucem. Cæcus iste se ipsum agnoscebat, non enim cæcitatem & miseriam suam, in qua erat constitutus, ignorabat. At verò Pharisei & scribæ superbi, & arrogantes,

Iob. 24.

Sopho. 1.

Mat. 5.

Ioan. 9.

Christus  
non quoscunque cæcos, sed humiles quærit.

Psal. 137.

ocul. ti; & videntes sibi videbantur; & idéo illos in sua cæcitate obstinatos reliquit. Vis ó homo, quód Deus mentem tuam illuminet; & tenebras animæ tuæ pellat; cognosce te esse cæcum & peccatorem, & luce gratiæ suæ indigere, nam superbos Deus excæcat, humilibus veró lumen præstat. Et content in vijs Domini (David aiebat) quoniã magna est gloria Domini, quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta á longè cognoscit. *Contente al Señor la gala en sus caminos, y ete eule por el buen estilo que guarda.* Qui cum excelsus sit, & supra omne, quod est, existens, tamen humilia respicit approbationis oculo: alta veró á longè cognoscit, superbis resistit, humilibus dat gratiam, in illis offenditur, in his veró valde delectatur. Sicut si aliquis architectus ad domum construendam pinus pauulas inclinatas & nodosas eligeret, altissimas veró cedros rejiceret & reprobarer. Sic Deus summè laudandus est, qui cum superbos, qui magni in oculis suis videntur, reprobet, tamen humiles & pauperulos, ad beneficia illis gratiæ conferenda, eligit. Secundo, non illuminat Phariseos, quia cæcitas eorum affectata erat, clauderant enim oculos, nè Christum verum iustitiæ solem viderent. De illis in libro Iob memoria proditum est. Ipsi rebelles fuerunt lumini, nesciunt vias eius. Solet Deus rebelles & contumaces, & qui oblatam semel lucis gratiam á se repellunt, cæcitate mentis & obstinatione percutere. Regius vates Psal. 78. cæcitate illis imprecatur, dicens. Obscurentur oculi eorum, nè videant, & dorsum eorum semper incurua. Què locum Diuus Gregorius cum doctore Incognito de Phariseis & scribis interpretatur, qui cum essent oculi illius populi, & illi ducatum præbere tenerentur, tamè superbia & inuidia obcæcati sunt, & veram scripturæ sacre notitiam & interpretationem perdidit. Hec fuit totalis populi Israelitici pernicietas, maiorem inquam suorum excæcatio, sicut Propheta Esaias cap. 56. significauit, dicens. Omnes bestię agri venite ad deuorandum,

Psal. 56.

vni:

vniversæ bestię saltus. Speculatores eius cæci omnes. Voi secundum D. Theodoretum, Hierosolimitanum excidium per Romanos factum describitur. Appellat enim Romanos bestias agri, & immanissimas feras, propter eorum crudelitatem & seuitiam, pastores veró & duces populi, speculatores nominat, quibus ex munere videre incumbit, & tanquam ex specula longè prospicere & providere. Sed si speculator sit cæcus, dux claudus, præco mutus, quis non videat, magnam inde perniciem & confusionem oriri? Non iniucundum erit, neque á proposito alienum, pactum illud, quod Naas Amonites cum viris Iabes faciebat, in medium adducere. Petierunt viri Iabes Galaad à Naas, vt eos fæderatos & amicos haberet: qui respondit eis. Optimè quidem, sed in hoc feriam vobiscum fædus, vt etiam omnium vestrum oculos dexteros. Sed quorsum ab eis tam duram petijt conditionem? Respondit Lyranus, quód isti erant strenui milites, & frequenter in bello, clipeo & gladio utebantur, & quia sinister oculus clipeo tegitur, volebat eos dextris orbare, vt omnino ad bellum inuitiles redderet. Sunt principes & prælati Ecclesiæ militiæ nostræ duces, & qui alijs sibi subditis ducatum & regimen præbere tenentur, quare aduersarius noster, nullam non adhibet curam ad eos excæcandos, vt sic reliquum vulgus sibi habeat subiectum. Phariseis enim & scribis populi Iudaici ducibus, cæcitate mentis obsecatis, quid sperari poterat, nisi quód vniversi ciues ad eandem cæcitate & miseriam peruenirent. Quapropter caueamus fratres, per misericordiam Dei, vt gratiam & lucem nobis oblatam non contemnamus, nè ad tam miserandum cæcitate deueniamus statum, ad quem scribæ & Pharisei isti deueniunt.

*Quis peccauit, hic, aut parens eius, vt cæcus nasceretur?* Aduertunt hic Chrysostomus & Theophylactus, quód Apostoli non recipiebant Gentilium nugas, neque cum

1. Reg. 11.  
Nota.

Lyrano.

Chrysost.  
Theophyl.

Unde ortū  
habuerit  
apostolo-  
rum inter  
rogatio.

Pitagora transmigrationem animarum, aut cum Ouidio transformationem credebant, ut existimarent, animam illius cæci, ante corporis ingressum peccare potuisse, in cuius pœnam cæcus nascetur: pisces enim cum essent, neque in Athenarum scholis nutriti, neque in Romæ theatris versati, talem doctrinam forsitan nunquam audierant, quia hæc philosophorum dogmata erant. Sed occasio huius interrogationis fuit, verbum illud paralytico piscinæ dictum: Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ex hoc intellexerunt Apostoli, quod interdum Deus propter peccata, labores & morbos soleat immittere. Videntes autem cæcum hunc à natiuitate esse, & ob id peccato cæcitatem tribui non posse, dubitare ceperunt. Affirmaſti Domine, paralyticum piscinæ, propter peccata sua, grauem illum morbum contraxisse, nunc verò de hoc cæco quid dicis? Num propter sua peccata, vel potius parentum suorum, sic cæcus natus est?

Labores  
nō semper  
propter  
peccata  
euenire.  
Psal. 38.

Discamus hinc duo, primum, quod aliquando Deus aduersa, ut sunt ægri tudines, labores, & calamitates, propter nostra peccata & demerita immittit, secundum, quod hoc, in vniuersum verum non est. Sunt namque quamplurimæ aliæ causæ, labores immittendi. Primum David affirmat Psal. 38. Propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Aranea enim, ad tactum manus tabescit, & tota contremiscit, sic peccator tactus vtrice Dei manu, solet in se tabescere, & timere, & ad illum toto corde conuerti. Sed non est contemnenda Diui Hieronymi versio, sic habens. Posuisti quasi tineam desiderabilia eius. Solet enim Deus illa omnia, in quibus oblectatur peccator in hoc sæculo, quorum gratia illum offendit, putrefacere & corrumpere: sicut tineam: ut flagello, & castigatio-

Veſto D.  
Hieron.

ne correptus; ad eum ex corde conuertatur. Cui etiam aluſit idem Deus per Oseam, dicens: Ego quasi tinea Eſraim, & quasi putredo domui Iuda. Tineæ & putredini se comparat, cum in eodem capite leoni, & catulo leonis se ipsum assimilauerit: nimirum, quia leo palam inuadit, tinea verò latentem, & per insidias. Nam aliquando Deus manifestè peccatores punit, & eorum omnium oculis, quasi fortissimus leo in eos irruit, sicut in Sodomitis euertendis patuit, & in familijs Datam & Abiron à terra absortis, aliquando verò occultè, paulatim, & quasi per insidias in eos animaduertit, ut supplitij dilatione, locū tribuat penitendi. Hic secundus modus flagellandi peccatores, frequentior est apud Deum, magisque familiaris. Non enim vult mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, & viuat, & ideo tinea & cariem imitatur, lento gradu, & paulatim procedit in supplitijs, ut tribuat spatium conuersioni. Sex diebus mundum vniuersum, & omnia, quæ in eo sunt, condidit, & urbem vnam Ierico, non nisi septem dierum spatio diruit, & prius ipsam ciuitatem circuire iubet, & tubis super eam clangere, vniuersamque militum multitudinem vrbis ruinam conclamare. Circuite, inquit, urbem cuncti bellatores semel per diem, &c. Sed quorsum tam longa molitio, tam morosus apparatus? Certè, ut quotidie admonerentur ciues, & ad pœnitentiam vocarentur, quia Deus, quasi putredo est, & quasi tinea ad destruendum. Contigit hominem à Deo esse auersum, & in suis sceleribus obstinatum, quem Deus volens ad se conuertere, quasi tinea incipit corrodere. Nunc salute eum spoliatur, nunc honore eum priuat, interdum paupertate, & morte filiorum, aut huiusmodi alijs malis eum punit, ut hoc modo vtricem eius manum agnoscens, suplex ad eum conuertatur.

Oſea. 3.

Iosue. 6.

*Genel. 4.*

Verum quid immoror in re tam perspicua, cum Caino dictum fuerit, Non ne si bene egeris, recipies? Si autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit. Hoc est, in supplicium scelerum turpitudini debitum protinus incurres.

*Psal. 38  
Hesic.*

Sunt etiam quamplurimae aliae causae, propter quas Deus aduersa solet dispensare, quarum una est, ad exercitium virtutis, & maiorem meritorum cumulum. Et ad hunc sensum explicat Hesichius illud proxime citatum, Psalm. 38. Propter iniquitatem corripuisti hominem. Fortasse dicit. Supra iniquitatem, hoc est, supra mensuram peccatorum flagellat. Nam & hoc ipsum Deus facit, ut tentationes partim nos a peccatis expurgent, partim cedant in occasionem praemiorum & coronarum.

*Iob. 4.*

Huiusmodi fuerunt labores Iob, & hanc habuere causam, quod quidem amici eius non intelligentes, propter illius peccata sibi immissa esse, iudicabant, & dicebant illi. Recordare obsecro te, quis innocens unquam periit, aut quando recti deleti sunt? Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos flante Deo periisse. Ipse vero dicebat: Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Non significat Iob his verbis, se omnino immunem esse a peccato, cum alibi de se ipso dixerit: Si voluero me iustificare, os meum condemnauit me. Sed quod ille aduersitates, non propter peccata sua illi contigissent, ut amici eius credebant: nam interdum Deus flagellat ad coronam, & ad maiorem meritorum cumulum. Consonat, huic doctrinae illud Zachariae 11. & assumpsi mihi duas virgas, alteram vocavi funiculum, & alteram vocavi decorem, & pasci gregem. Voluit Propheta aliquo exteriori signo ostendere modum, quem in mundi administratione, & hominum gubernatione Deus obseruat, & ad hoc assumpsit duas virgas pastorales, quibus vti solent ad pascendum gregem, & imposuit illis nomina, alteram vocauit funiculum, alteram vero decorem, &

*Zach. 11*

modó

modó hac, modó illa ad minandum gregem utebatur. Quasi apertius diceret. In hoc punctus diuinae prouidentiae consistit, qua mediante, vniuersum genus hominum administratur. Duas enim habet virgas, quarum altera, funiculus est; quo peccatores flagellare & castigare solet. propter eorum peccata, & flagitia, altera vero non funiculus, sed decore nominatur quia si percutit, tamen non ad vindictam, sed ad gloriam & decorem, non ad peccatorum supplicium, sed ad maiorem cumulum meritorum. Et quidem, quod infirmitates & labores ex peccati radice non semper oriuntur, responsio Christi ad interrogationem Apostolorum, manifestè indicat, qui neque propter propria, neque parentum peccata, caecitatem illi contigisse, decreuit.

Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. Eccae solutionem dubij ad quaestionem Apostolorum factam. Respondet enim summa Dei sapientia, quod neque caecus, neque parentes eius peccauerunt &c. Non significant verba haec caecum illum, eiusque parentes omnino peccatis caruisse, nam vere peccatores fuere: sed quod caecitas illa huic caeco a nativitate est inflata, non in paenam peccati eius, aut parentum, sed ut in eo illuminando opera diuinitatis Christi manifestarentur, & palam fieret mundo, illum verum Deum esse. Sed quomodo in hoc caeco, opera Dei manifestata fuerant? Dixerat Christus Pharisaeis, dum in templo cum eis verba faceret, se multo ante Abraham fuisse genitum, id est, verum esse Deum, quod ipsi blasphemiam existimantes voluerunt eum lapidare, & extra templum eiecérunt. Cum ergo templum egrederetur fugiens, in confirmationem suae veritatis, scilicet, quod Deus esset, huc illuminauit caecum, ut factum hoc, quod a seculo non est auditum, manifestè indicet, illum verum esse Deum, & in hoc non fuisse mentitum. Non ne Hispanum illud versum audistis? *Ojs di. zad. selo ves.* Equidem

*Christus caecum illum illuminauit, ut probaret esse Deum.*



non est ab hoc proposito omnino alienum. Oculi, vos istud asserite, & conclamate. Vos meæ diuinitatis testes eritis, vos oculi, istorum cæcorum oculos illuminare poteritis, vt intelligant, non blasphemiam aliquã, sed summam protulisse veritatem, cum verum esse Deum affirmãui. Dixi enim illis, priorem esse quã Abraham, & tãtò priorem, quòd per æternitatem præcessi eum, ipsi verò credere noluerunt, imò tanquam furiosi & phrenetici, lapidibus me insectantur, quòd si tanta est eorum dementia & cæcitas, quòd rem adeò manifestam non videant, *Ojos dezidelo vos.* Isti enim oculi à me de nouo creati, munus linguæ exercentes, pro me loquantur, pro me testimonium reddant, & opera meæ diuinitatis ostendant. Sicut si pictor aliquis tirono & seruo imaginem depingere faceret, præciperetquæ illi, nè illam perficeret, sed imperfectam relinqueret, & nè oculos eius depingeret, vt ipse postea penicillum accipiens, consummaret & perficeret, & simul peritiam suæ artis ostenderet. De magno Appelle hoc fertur, consueuisse scilicet, aliquas imagines relinquere imperfectas, alijs ad perficiendum expositas, vt sic magis peritiam suæ artis ostenderet. Et hinc est, quod Plutarchus refert de Alexandro. Inquit enim, quòd Appelle mortuo, quandam Veneris imaginem reliquit incredibilis pulchritudinis, & summo ingenio & artificio depictam, imperfectam tamen. Dolens Imperator, quòd tam perfectum opus, imperfectum maneret, ex omni Gratia præstantiores illius artis conuocauit, qui imaginem perficerent, & absoluerent. Pictores verò perspecta imagine, & perfectionem eius admirantes, non ausi sunt illam attingere: sed in hoc omnes vnanimes conuenere, solum Appellem reddidit vniuim, ad perficiendum illud opus esse aptum. O summa Dei sapientia, & mirum eius artificium. Depixit quidem hunc hominem, & ad imaginem, & similitudinem suam illum fabricauit,

*Plin.*  
*Plutarch.*  
*Imago Veneris ab Appelle depicta.*

cavit, imperfectum tamen, quia deficiebant ei oculi, & à natiuitate cæcus erat: Vt videntes hodie Pharisæi, quòd quem totius naturæ artificium curare non potuerat & perficere, ipse sua virtute, & sapientia ex luto reparauit: Et ex hoc admoneantur, ipsum esse artificem supremum, qui à principio illum creauerat de limo terræ. Et ideo forsitan ex eodem luto hodie oculos huic cæco restituit (expuit enim in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius) *Como quacu hebra el remiendo del proprio pñe.* vt ostendatur eundem esse opificem, qui omnipotentia sua, hominem in prima sui conditione ex luto & terra formauerat.

Iniunxit ergo oculos eius luto & misit eum in natatoria Siloe, vt lauaret se, quòd cum cæcus obedienter fecisset, statim oculos recepit & de tenebris ad lucem restitutus est. Sed bone Deus, quis inoffenso pedetã magnum miseriarum cumulum pertransire poterit? Quis adeò negligens, seu potius stupidus, qui ad singularem hunc curationis modum non aduertat? O rem vehementer mirandam, luto quo oculi videntium excæcari solent, hoc Christus cæci liniuit oculos, & ceteri colirio vsus est, vt illi visum restituat. Nouum certe malagmatis genus hoc fuit à diuina sapientia adinuentum; vt nouum visum cæcus recipiat. Magna se se miseriarum seges in hac domini curatione offerebat. Primo enim vt Ericus & Emisenus aiunt, quomodo in factio hoc totius humani generis illuminatio erat depicta. Nam quem ad modum ex sputo & puluere, ad curandum hunc hominem medicina cõfecit: sic ex diuina sapientia, quæ ex capite & ore eius profluit iuxta illud Ecclesi. 24. Ego ex ore altissimi pro diuini primogenita, & ex luto mortalis nostræ naturæ medela totius generis humani compacta est, personam inquam Christi, ex diuinitate & humanitate cõstans, & huc

*Erigen.*  
*Emise.*

*Ecces. 24.*

FERIA SEXTA  
post quartam Do-  
minicam.

CONCIO.

Domine, ecce quem amas, infirmatur.

Ioan. capite .iij.



REFERT nobis hodie Evangelista  
Ioan. prodigiosam illam & itupen-  
dam Lazari resurrectionem, opus  
quidem tam arduum & mirabile,  
quod non nisi a Deo prestari po-  
tuit, Solus enim Deus virtute &  
authoritate propria, hominem mor-  
tuum, fatentem, & corruptioni

traditum, imperio verbi sui potuit ad vitam reuocare. Quare David, Psalmo 67. aiebat: Deus noster, Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. Quibus verbis insinuat, Christum Iesum, de quo ibi. secundum aliquos expositores, loquitur, vitæ, ac mortis æqualem potestatem habere, & quod sicut viuis salutem dispensat, sic, & mortuis potest conferre vitam. Adnotauit hic doctor Incognitus, quod in Hebræo loco, Domini Domini, sunt hæc duo nomina, Tetagramaton, Adonai, quorum alterum significat Deum, alterum Dominum, vt insinuetur, Christum Redemptorem, de quo ibi loquitur, verum esse Deum, cuius Deitas in hoc insinuat, quod solus ipse mortis & sepulchri exitum adiuuenit, & mortuos ad vitam reuocauit. In hoc

Suscitare  
mortuos,  
propria  
virtute, o-  
pus solius  
Dei.

Psal. 67.

Doctor  
Incog.

T Diuus

Mat. 13.

D. Amb. 3.  
de sacra.  
cap. 2.

Et huc spectat illud Psal. 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum. Vbi Hieron. ex Heb. vertit: Quoniam mihi adhæsit, scilicet per carnis assumptionem, liberabo eum. Deinde, quod sicut huic cæco nihil petenti salus data est, & lumen restitutum, sic ex nullis nostris meritis illuminati sumus, & ad fidem vocati. Eramus enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Hoc significauit Dominus apud Matthæum, similitudine quadam apposita. Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & semen germinet, & crescat, dum nescit ille. Dormiebat enim homo, dum ad Euangelij lucem, & fidei gratiam est vocatus, quia hoc sine suis meritis illi contingit. Nō enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, &c. sed hjs & alijs innumeris mysterijs prætermisissis (quia fortè in hac concione consuetum modum excessimus, & dum altissima contemplamur, ultra debitam lineam sumus progressi,) solum cum Diuo Ambrosio aduertamus, Dominum luto, quod excæcare solet corporales oculos, cæcum hunc curauisse, vt hoc facto innueret, aliquando etiam lutum, oculorum lumen restituere. Si enim volumus oculos mentis nostræ aperire, & ad veram lucis cognitionem restitui, debemus, lutum, ex quo conditi sumus, super eos ponere. Consideremus enim, quod ex puluere facti sumus, & in puluerem citò redigemur. Cogitemus miseriam, & fragilitatem nostram, & quod mortales sumus in corruptionem tendentes: sic fiet, vt illuminati interitis, emendemus vitam, corrigamus vitia, detestemur peccata, amplectamur virtutes, gratiam & gloriam consequamur.

FE.

**Rom. i.** Dicitur Paulus ad Romanos, capite. i. Christi magnitudinem commendavit, dicens. Qui predestinatus est filius Dei in virtute, per spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum. Vbi schola Græga legit, (sicut Catharinus jaduerit.) Qui declaratus est, & sic etiam habet Faber Stapulensis. Itaque, declaratum fuit, & manifestatum mundo, Christum esse filium Dei naturalem, primò, ex virtute, miraculorum scilicet. Nemo namque poterat facere miracula, quæ ipse faciebat tanta maiestate & imperio, nisi Deus esset. Secundò, manifestabatur per spiritum sanctificationis. Habebat enim spiritum & virtutem sanctificandi, quòd ad solum Deum potest pertinere. Quare dicebant eius æmuli. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? quasi sentientes, quòd hoc solius Dei munus sit. Tertiò, ex resurrectione mortuorum. Quòd non solum passivè accipiendum est, sed etiam activè, quòd se ipsum suscitaturus esset, sed etiam quòd alij per ipsum erant suscitandi. Suscitavit filiam Archisynagoga, filium viduæ mulieris ad portum civitatis Naim, & Lazarum quatuor dierum & febricitantem, & hoc quidem solo verbi sui imperio, ex quo patrefactum fuit mundo, filium esse Dei. Et hinc est, quòd Evangelista narrat, scilicet, quòd multi ex Judæis, qui venerant ad Mariam & Martham consolandas, viso hoc miraculo, crediderunt in eum, & discipuli ipsi in fide Christi confirmati sunt.

**Abachuc** Propheta, in suo pro ignorantibus cantico, ubi agit de signis, quibus verus Messias agnoscendus erat, huius etiam potestatis super mortem meminit. Ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. In hoc fortitudo diunitatis suæ manifestanda est, quòd de morte triumphum reportabit.

**Abac. 3.** *Vno clara a la muerte, y llevalla ha de vendela.* Hoc enim significat, mortem ante faciem eius i. e. Romani illi duces, quando triumphantes Romam ingressi.

crediebantur, ante curram, suum inimicum devictum, & catenis circumligatum, ad ostentationem suæ gloriæ portabant. Dicere ergo, quòd ante se mortem portabit, nihil aliud significat, quàm quòd de illa magnificum triumphum erat reportaturus. Præcipuam mortis victoriam in cruce consequutus est Christus. Ibi enim mortem moriens occidit, & sicut alter Samson, templum corporis sui solvens, de inimicis suis demonibus triumphavit, mortemque moriendo destruxit. Sed ante principalem victoriam, & inimici totalem perniciem, solens esse aliqui inter hostes congressus, ubi moriuntur aliqui, auferuntur spolia, liberantur captivi, sudatur sanguis. Sic Christus, antequam omnino moreretur in cruce destrueret, aliquos cum ea habuit congressus. *Tanto algunos encuentros y escaramuzas con la muerte, donde le dio a saber a que sibi sus manos.* Præcipuus congressus cum morte habitus, est hodiernus, quando tam magnifica spolia de manu eius abstulit, & non modicam gloriam etiam circa inimicos Dominus consequutus est: nam viso hoc stupendo miraculo, multi ex nobilibus Iudæorum crediderunt. Lazarum enim, quem fetidum, putridum, & corruptioni dispositum per quatuor dierum habebat mors, unico verbo ad vitam revocavit. Sed iam ad historiam deveniamus.

*Erat quidam languens Lazarus, &c.* Cum Lazarus dives & nobilis, sororum Mariæ & Marthæ frater, ad mortem ægrotaret, miserunt sorores ipsæ nuntium ad Christum, qui ex altera parte Iordanis morabatur, ut de infirmitate fratris sui illum facerent certiore. In hoc veras esse Christi Iesu discipulas ostenderunt, & doctrinam, quam profitebantur, quòd cum in tribulatione & necessitate versarentur, ad eius confugerant auxilium, qui fratrem suum a præsentaneo periculo liberare poterat. Sciebant enim, & si nondum omnino perfectè, illum eundem esse, qui Psalmo 49. per Davidem nobis inquit. Invoce me in die

*Christus ante mortem suam aliquos congressus cum morte habuit.*

*Psal. 49.*

Psa. 90.

In omni  
tribulatio  
ne ad Deū  
confugien  
dum.

Iob. 35.

Hosea. 4.

Hieron.  
Cyrill.  
Theophil.  
Diuinan-  
di per sor-  
tes super-  
stitio.

tribulationis, eruum te, & honorificabis me. Et alibi. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum: & glorificabo eum. Horum non oblitæ sorores, cum viderent fratrem suum Lazarum in extremis laborantem, & omni humano remedio destitutum, ad Christum verum animarum nostrarum medicum, & omnium laborum nostrorum singulare præsidium, confugiunt. In q̄to, nimirum docemur, quod in omnibus nostris necessitatibus, siue corporis sint, siue animæ, ad nullum alium potius, quàm ad Deum confugere debemus, qui omnipotentia sua nobis ferat auxilium. Multi in suis tribulationibus & calamitatibus, remedium & consolationem non inueniunt, quia non ad Deum (vt dicit) sed ad mundum, vel ad carnem confugiunt. De hoc enim, Philosophi illi, qui ad consolandum Iob in sua tentatione venerant (licet falsò) illū reprehendebant. videlicet, quod non á Deo quæssisset remedium. Et non dixisti, vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Quasi dicerent. Tanta est eius benignitas & suauitas, tanta in ferendo opem afflictis procliuitas, quod si ab eo postulasses auxilium, tibi neququam denegasset. Dat enim carmina in nocte. Id est, in medio tribulationis consolatur. Propheta etiam Oseas, personam Dei agens, capite. 4. sui vaticinij, ob eandem causam populum obiurgat, dicens. Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei, spiritus fornicationū decepit eum. O inauditum scelus, & rem omnino detestandam. Populus meus, qui me magistrum & ducem habebat, qui legem meam susceperat, qui me consulere poterat, maluit idola per Babyloniorū diuinationem consulere, vt futura prænosceret. Imitabantur Iudæi (vt Hieronymus, Cyrillus, & Theophylactus docent) Chaldeorum superstitionem, qui res futuras per baculorum, aut sagittarum diuinationem præfagebant. Sumebant enim duos baculos, aut duas sagittas, quarum altera par-

tem

tem victricem, altera victam referret, & in sublimem iactabant, ad prænotionem futurorum (attestante Rodrigo lib. 7. antiquarum lectionum, capite. 29. Ex quo intelligentiã habere possumus eius, quod apud Ezechielē habetur, cap. 2. vbi sic dicitur. Stetit enim Rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta cōsuluit ad dexteram eius, facta est diuinatione super Hierusalem. Quæ verba dum expendit Hieronymus, ait. Vitu gentis suæ oraculum consuluit, vt mittat sagittas suas in phœtram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat, cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem oppugnare debeat. Hanc Gentilium superstitionem Iudæi imitantes, ad simulacra accedebant, exploraturi futura, & virgarum, aut sagittarum diuinatione, et exitum inquirebant. Relicto enim vero Deo, ad idola confugebant. Quapropter, in sui peccati supplitium, ab spiritu fornicationum siue idolatrie sunt decepti. Permittit enim Deus multoties, quod decipiatur, & in malis, quæ nos præmunt, remedium non inueniamus, quando non ad Deum consulendum confugerimus, & postulandum auxilium. Si superbus & ambiciosus idolum superbiæ consulit, quid illi responsurum est, nisi quod honores ambit, dignitatem, siue sæcularem, siue Ecclesiasticã per media vitia procuret, & quod nullum medium intentatum relinquat, vt ad optatum finem, etiam sine meritis perueniat. Si Auarus consulat auaritiã, quis dubitat, quod diçura est illi, quod terram percurrat, traiciat maria, & totum mundum perambulet vt concupitas diuitias acquirat. Idolum etiam sensu alitatis si addeas ab eo que consilium petas, an virgo sit appetenda, sollicitanda nupta, & omnino carni indulgendum? Equidem tanquam Propheta falsus te accipiet, & dicet, nulli voluptati esse paræ sum. At si Deū addeas, vt ab eo Illuminæris, longè tibi consulat. Dicet enim superbiã esse fugiendam, amplectendam humilitatem,

Rodrig.  
Celsus.  
Ezech. 21

Hieron.

De iudic.  
à sp̄i  
tu, qui De  
um nō con-  
sulit.  
Deus con-  
sulendus.

auaritiā abijciendam, liberalitatem amandam, & denique abnegandam libidinem, & castitatem seſtandam. Quare ad Deum recurrendum eſt ( vt ſorores iſtæ faciunt, apud quem omnium malorum noſtrorum remedia inueniemus.

Quare nō ipſe ſorores perre-  
xerunt ad  
Chriſtum.

3. Reg. 14

Theophi.

Mulierum  
clauſura.

Gen. 34.

Prophet. 7.

Mulierum  
deuagatio  
taxatur.

Mulierum ergo ſorores, &c. Sed quare non vt Regulus, & Centurio, ipſe ad Chriſtum proficiſcuntur? Fortius enim moueretur Dominus ex earum præſentia ad ſalutem fratri concedendam. Vxor etiam Ieroboam, cum eſſet regina, mutato habitu ad Hieroſolimam profecta eſt, vt ſacerdotem templi pro filij ſui ſalute periclitante conſuleret, ſicut in 3. Reg. habetur. Quare ergo miſſerunt nuncium ad Chriſtum, & non potiùs ipſæ feſtinantes venerunt? Reſpondet huic dubitationi Theophilaſtus, quòd manſerunt domi, quia mulieres erant, quas non decet de facili de domo ſua exire, & extra proprios lares egredi. Multum enim decet mulieres honeſtas clauſura, & nè faciles ſint ad curſitandum per alienas domus, & plateas. Vtinam Dina filia Iacob, nunquam proprios lares dimitteret, exiens, vt videret mulieres Sichem. Hoc ſi feciſſet, non profectò ſibi magnam ſacturam inferret, virginales pudicitiam amittens, nec regis & filij eius, nec non & omnium ciuium Sichemitarum eſſet ploranda perniciēs. Stuprum enim eius, & pudicitie violatio in cauſa fuit, quòd Simeon & Leui vniuerſos ciues gladio verberarent. Salomon in ſuis prouerbijſ mulierem meretricem viuis coloribus depingit. Vidi, inquit, cum quadam die, de fenestra domus meæ cauſa oblectandi animi reſpicerem, mulierem quandam ornatu meretricio præparatam ad decipiendas animas, quæ apprehenſum iuuenem deoſculabatur, & procaci vultu blandiebatur. De qua muliere inter alia dicit, quòd erat garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis. *No pareat, ſi ro que tanta agogue en los pies.* Mulier inquieta & vaga, malè audit apud ſcripturam ſacram, nam mulieris pudicitia, compedibus indiget,

vt

vt conſeruetur, Sponſa illa ſancta, cuius honeſtiſſimos amores Salomon celebrat in ſuis Canticis, ſponſum ſuum alloquens, aiebat. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, nè vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Quasi foeminae dedecori tribuatur deuagatio, & per paſtorum caulas curſitatio. Litera Hebræa magis hoc præponderat, dicens. Nè coopeſta ſim. Quid autem per hanc loquendi phraſim intendat, intelligemus, ſi aduertamus, quòd antiquitus cooperire vultum, indicium erat meretricis, ſolis enim meretricibus hoc erat permiſſum. Haberi poteſt hoc ex Genefi, capite 38. vbi dicitur, quòd Thamar Patriarchæ Iudæ nurus, ſciens, quòd ſocer eius aſcenderet in Tamaras ad tondendas oues, depositis veſtibus viduitatis, & mutato habitu, ſedit in biuio itineris, quo erat tranſiturus. Qui videns eam in illo habitu, exiſtimauit eſſe meretricem, & rem habuit cum ea. Reddit attem textus ſuæ deceptionis cauſam, dicens. Cooperuerat enim vultum ſuum. Non aliam rationem reddit, quare exiſtimauerit eſſe meretricem, niſi, quòd vultum cooperuiſſet, hic enim erat mos antiquus meretricum: qui vſque in præſentem diem in aliquibus Hiſpaniæ ciuitatibus, etiam in his, quæ de ſua præſumunt honeſtate, conſeruetur. Inquit enim ſponſa illa ſancta, totius honeſtatis & virtutis exemplar. Indica mihi o dilecte animæ meæ, vbi ſis nunc in meridie, vt reſto itinere ad te pergens, non cogar vultu cooperata, quaſi meretrix eſſem, per alienas aedes & paſtorum tuguria curſitare. Hoc enim teneram virginem, & a te valde dilectam, nullatenus decet. Ecce igitur, quare ſanctiſſimæ iſtæ ſorores miſſerunt ad Chriſtum, & non potiùs ipſe ierunt. Quando enim Magdalena de ſalute animæ ſuæ agebat, non per internuncium, aut quamuis aliam perſonam, ſed per ſemetipſam Chriſtum quaſiuit, & ad domum

Cont. 1.

Nota.

Opeſtione  
vultum ſig  
natum meret  
ricis.  
Gen. 38.

Pharisei ad illum deprecandum accessit, nunc autem, quia de salute, non pro ipsa, sed a iena, non animæ, sed corporis, agitur, non abit ipsa, sed mittit nuncium. Solæ enim necessitates spirituales, debent mulierem pudicam & honestam de domo sua abstrahere, corporales verò, aut raro, aut nunquam.

Sed cur ultra progredior ad vltiora pergens, & non magis in hac eadem consideratione immoror, quæ proculdubio, non parum utilitatis mentibus nostris erit allatura? Perpendamus obsecro id, quo l obiter modò tetigimus. Mittit Magdalena legatum ad Christum, pro salute corporali fratris sui tuenda, cum ipsa pro salute animæ suæ ad illum fuerit progressa, vt discamus hinc, quantum salus spiritualis animæ, saluti corporali preferenda sit, Vtraque enim querenda est, sed tantò magis prima quàm secunda, quanto anima corpori anteponenda est. Quid enim prodest homini, si uniuersam mundam lucretur, animæ verò suæ detrimētū pariatur? Quòd cum ita res se habeat, fratres, quis humane naturæ morbum euidenter non videat? quæ post communem illius peccati labem sic inuersa fuit, vt omnia corporis mala molestissimè ferat, animæ verò mala, quæ multis nominibus grauiora sunt, neque curat, neque omnino sentit. Aduersus illos, qui damna corporalia magis quàm spiritualia sentiunt non solum, verum omnem penè spiritualium iacturam sensum exuisse videntur. Diuus Augustinus exclamat. Laboras, inquit, vt non moriatur homo moriturus, & non laboras, vt non peccet in æternum victurus? Quo quid esse dementius & monstruosius potest? Multa tamen huiusmodi monstra passim reperies. Quid enim seculi homines non faciunt, cum vita corporis periclitatur? Et tamen cum periclitatur anima, cum ægrotat ad mortem, in vtramque aurem dormiunt, & curam illius nullam habeat. Felicianus Arelatenſis Episcopus, nostram ammirans recordiam & stultitiam, sic ait. Rogo vos, fratres, quid tunc mihi de nobis meruit anima nostra, ad imaginem Dei facta, quòd vel tantam

culto-

custodiam ei nolimus impendere, quantà vestibus nostris adhibemus? Quo enim studio, cum nouam vestem induimus, eam à cunctis forribus & maculis puram conseruare studemus? Quòd verò anima nostra tot sceleribus, deformatur, & inquinatur, nihil nostra interesse putamus. Non parum refert vnamquamque rerum, tantum facere, quanti faciendæ est, vt non magis diligatur, quod minus est diligendum. Vnde, merito Seneca. inquit. Quid tam necessarium, quàm pretia rebus imponere? Pretia imponit rebus, qui vniciquæ rerum, vnam estimationem tribuit. Philosophia, hæc celestis illi spòsus, sponsam suam docuit Caribæo vbi illa inquit. Introductus me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Hoc est, inter cætera dona, quæ celestis in me sponsus contulit, hoc, vel maximum fuit, quòd Charitatis rectum ordinem tenere me docuit: hoc est, vt quod maius erat priori, quod verò minus, posteriori loco diligerem, neque vlla ratione hunc dilectionis ordinem inuerterem. Dilectionis autem ordo, in hoc consistit, quòd primo loco Deus super omnia diligatur, secundò, salus propriæ anime, cui post Deum nihil debet antefferri, tertio salus anime aliæ, quartò tandem, proprium corpus cum omnibus ad illud spectantibus. In huius autem ordinis obseruatione, summa iustitiæ, religionis, ac virtutis ratio constituta est. Vnde non inèleganter Diuus Augustinus virtutem sic definit. Virtus, non aliud nisi ordo amoris est: vt videlicet priora & meliora, magis, posteriora verò & minus bona, minus diligamus: tantumquæ vniciquæ rei dilectionis impendamus, quantum est in ea dignitatis. Fertur de Troiano Enea, quòd cum patriæ fugisset incendia, concessa fuisset ei libertas, ex omnibus suis bonis & diuitijs, vnum aliquid secum ferre: ipse tate rei habita ratione, omnibus alijs posthabitis, Deos solum eligendos iudicauit, inimici verò, viri religionem & virtutem

tutem

Salus spiritualis corporali est preferenda. Mat. 18.

D. Aug. Locus contra illis, qui magis dant a corporali, quàm spirituali sentiant. Felicia.

Seneca. Rerum estimatione necessaria.

Cant. 2.

Ordo dilectionis.

D. Aug.

Eneæ Troiani electionis.

intem admirantes, secundó ei electionem concesserunt, qui elegit Anchisem parentem suum liberare: Quodd tertio cum fecissent, omnes suos amicos, diuitijs & fortunæ rebus prætulit: Quapropter, iustitiam eius contemplantes, dederunt ei libertatem, vt omnia bona sua secum ferret. Sed væ nobis, fratres (pudet quidem dicere, pudet certè hac de re, apud homines sensu præditos verba facere) quàm mali rerum estimatores sumus, quàm sinistrè bonavcuncta ponderamus. Verè de nobis Dauidicum illud est scriptum: Mendaces filij hominum in stateris. Præponderat enim in statera electionis nostræ creatura magis, quàm creator, voluptas, quàm Deus, diuitiæ, quàm gloria, salus corporis, quàm salus animæ. Moritur filius, frater aut amicus, & cor tuum præ dolore moritur: moritur verò in te Deus per culpam, & non solum non doles, verùm letaris, cum malè feceris, & exultas in rebus pessimis. Pecunias amissisti, & pro illis discruciaris, & cum Deum amiseris per culpam, nihil de eius amissione curas. Pes aut manus tibi dolet, aut alia corporis pars, & statim medicos accersis, omnis pharmacopolarum officina excutitur, domus tota inuertitur, domestici excitantur, & per ciuitatis vicos & plateas ad quaerenda remedia, festinanter & sollicitè discurrent. At verò ægrotat anima, & languet ad mortem, & salutis eius nullam curam adhibes. Fælix Magdalena, quæ licet fratrem suum Lazarum non mediocriter, sed magno amore diligeret, tamen salutem animæ suæ multò magis quàm salutem corporis diligebat: pro egritudine quidem sua spiritali, ipsa Christum accersit, pro langore verò fratris, nuncium ad illum misit.

*Simon Casianus.* Domine, ecce quem amas, infirmatur. Simon Casianus verba hæc expendens, sic inquit. Iura præmittunt amoris, cui

cui nulla deneganda est iusta subuentio, cum dicunt, Ecce quem amas. Et ipsius sequuntur regulam, qui multa non loquitur, sed tantum vt constitutus est in prosperis, vel aduersis, notificat diligentem: quoniam vere diligens, nouit formare affectum, & exhibere subsidium, secundum contingentia in dilectum. Ad illud Augustinianum est allusio. Nò dixerunt, veni & sana, nec audet dicere, iube, & fiet, sed tantummodo aiunt. Ecce quem amas, infirmatur. Perinde dicant. Non enim amas, & desseris, ideo sufficit, vt noueris. Amicorum enim omnia communia debent esse, siue prospera, siue aduersa, maximè quæ proprium vere amicitie est, amicis in rebus afflictis non desse. Quare Demetrius Phalerius dicere solitus erat, amicos in rebus letis adesse vocatos debere, in aduersis, nò vocatos, Quocirca, meritò Epicureus à Seneca reprehenditur, qui amicum quaerendum esse dicebat, vt haberet homo, qui sibi ægrotanti assideret, qui succurreret in vincula coniecto. Immò verò, ait Seneca, amicum quaeram, cui ægrotanti ego assideam, & circumuentum hostili custodia liberem, vt habeam pro quo mori possim, quem in exilium sequar, cuius me morti opponam, & impendam. Hoc enim vere amicitie proprium est. Quod si humana amicitia ad hoc se extendit, quantò magis de diuina præsumendum est? Deus enim, qui verus est amicus, & iura amicitie nunquam soluit, amicum in calamitate positum, non desserit. Vis nosse quàm verè Deus hominem diligit, quanto amore eum prosequatur, Diuum Hieronymum audi, super illa verba Psalmistæ, quæ habentur Psalmo .39. Multa fecisti tu Domine. Deus mirabilia tua, & cogitationibus tuis, non est, qui similis sit tibi. Sic enim inquit Diuus Hieronymus. Multa mirabilia sapientia & potentia tua digna, operatus es Domine Deus meus, sed omnium potissimum hoc est, vt cogitationes tuas in fauore, quem hominibus præbes, in amore, quo illos diligis, in auxilio quod eis præstas, atque in ipso.

D. Aug.

Vera amicitia.

Demet.

Seneca.

D. Hier.

Psal. 39.

ipforum iustificatione impendas. Nonne hoc omnium  
 mirabilium precipuum est? Deum videlicet tanto amo-  
 re homines prosequi, suosque cogitatus in ipsis adeo in-  
 ventos habere, ut dicat, Desitit mea est, & filiis homi-  
 num. Habent non paruum ponderis ad hunc amorem co-  
 probandum verba illa Davidica: Psal. 55. habita. In me  
 sunt, Deus, vota tua, quæ redam laudationes tibi. Vbi  
 Divus Hieronymus vertit ex Hebreo In me sunt, Deus,  
 vota tua, reddam gratiarum actiones tibi. Ac si apertius  
 diceret. Quas tibi, o Deus, gratiarum actiones reddere  
 possum? quia cum creaveris naturas Angelicas, in qui-  
 bus delitari posses, tot corporales creaturas, quibus di-  
 lectionem tuam posses impendere, tamen sic me diligis,  
 quod in me uno, vota tua videntur esse constituta? *En mi-  
 vienes empta ados tus defferis. ven mi son, lys ver es, y las fi-  
 necas de tu aficion.* Hoc probè nouerant sorores iste san-  
 ctæ, quæ propter, cum frater suus ægrotaret, legem amicit-  
 iæ allegant. Ecce quæ: amas infirmatur.

Psal. 55.  
D. Hier.

Locus pro  
laboribus.

ostendit equam vltra progrediamur, epistola huius  
 mysteria penetremus. Breuis quidè epistola, sed in hac  
 summa breuitate, longissima latent mysteria, quæ sapien-  
 tia carnis nostræ, nullatenus valet intelligere. Nescit  
 enim, quomodo hæc inter se cohærete possint, dilectio  
 & dolore, amor & ægri tudine. Si Deus me diligit, inquit  
 caro nostra, quomodo adueniæ patior? quomodo labori-  
 bus & ægri tudinibus me prosequitur? Sunt enim Dei iu-  
 diciæ, quæ caro nostra seipsa, nullatenus potest capere.  
*Ab angeli hactenarthe inuistra. carne las cistras de Deo.* Nun-  
 quid cognoscen ttr in tenebris mirabilia tua, aut iuuentia  
 tua, in terra obliuionis? Quasi dicat, minimè iudicia  
 enim Dei captum nostræ mentis excedunt, qui nisi eui  
 no lumine suffusi sumus, illa penetrare non possumus.  
 Ad hæc Domini iudicia pertinet, amicos in præsentia la-  
 boribus & ægri tudinibus exercere, & eos, quos diligit,  
 castigare & corrigere. Flagellum enim Dei, & divina  
 eius correctio, potius amoris, quam odij signum est. Illud

Psal. 87.

Esaiæ

Esaiæ, capite. 1 r. Egredietur virga de radice Iese, sic ex-  
 plicat, mi sicè tamen, quidam doctor. Quod I Iese inter-  
 pretatur incendium, de incendio igitur egreditur virga,  
 quia ex incendio diuini amoris, virga correctionis mul-  
 toties egreditur. Hester. 5. legitur, quod Rex Assuerus  
 super caput Hester timentis, virgam suam auream in sig-  
 num clementiæ & dilectionis extendit, cuius summita-  
 tem ipsa supplex osculata est: quia super illos virgam au-  
 ream suæ correctionis Deus extendit, quos vnicè cha-  
 ros habet, quare correctionem Dei, infirmitates, & la-  
 bores, quos nobis immittit, suppliciter & patienter ac-  
 ceptare debemus. Et huc spectat, quod Hugo inquit.  
 Præsciens Deus, quosdam multa peccare posse, flagellat,  
 nè peccent, quia vtilius est eis, frangi laboribus ad salu-  
 tem, quàm remanere incolumes ad damnationem. Sicut  
 medicus timens de morbo periculoso, vel de feбри acu-  
 ta, inducit tertianã, ut maior morbus euitetur: sic Deus  
 inducit corporales infirmitates, ut animæ morbî euiten-  
 tur, quia procliu sumus ad peccandum. Non ignorabat  
 sponsa, labia dilecti sponsi sui amarissima esse, myrrhæ-  
 què simillima. Labia eius, aiebat, sicut liliu, distilantia  
 myrrham primam: & tamen cum hoc ipsam non lateret,  
 enixè ab eo osculum petebat. Osculetur me osculo oris  
 sui, quia meliora sunt vbera tua vino. Quid ais, sponsa, of-  
 culum ab eo petis, cuius labia myrrha & amaritudine  
 sunt referta? Quid enim ex osculato ori, nisi eandem  
 myrrham & amaritudinem communicabit? Equidem ita  
 se res habet, & nihil aliud ego exopto, quàm myrrham  
 de ore Dei procedentem, nã ijs, quos Deus diligit, myrr-  
 ham, amaritudinem, tribulationem, labores, &  
 ægri tudines communicat. Hinc fit, quod Ecclesia  
 sancta, nomine sponsæ hîc subintellecta, consideras,  
 quantum myrrhæ & tribulationis à cælesti suo sponso,  
 in suis primordijs sibi fuerit communicatû, tabernaculis  
 Cædar, & pellibus Salomonis se comparat. Nigra sum,  
 sed formosa, sicut tabernacula Cædar, sicut pelles Salo-

Esai. II.  
Deus,  
quos dili-  
git, corri-  
git.  
Hester. 5.

Hu. o.

Simile.

Cant. I.

Nota.

Cant. I.



monis. Fuerunt Cædareni ex Ismaele descendentes, qui militæ dediti, quasi Arabes in tentorijs habitabant, & tabernaculis. Ista, licet exterius nigra esset & deformia, quia obiecta erant solis ardoribus, imbr, grandini, niui, & alijs cœli inclementijs: intus tamen depicta erant auro & pulchritudine, copiosamque habebant rerum pretiosarum suppellectilem. Ad idem est metaphora pelliculam Salomonis adducta. Erat enim tentorium Salomonis, quo in venatione utebatur, expellibus animalium confectum. Exterius quidem sanguine animalium erat plenum, & magna deformitate constabat, erat enim animalibus mortuis circumdatum. Hic videres ceruum in venatione captum, excoriatum, & ex altero pede iuxta tentorium pendente, illic caput vrsi aut apri ipsi tentorio affixum; ex altera parte pellem alicuius animalis feri existentem, quod exterius quidem, magis occisio animalium, quam regium tentorium referre videbatur. *Mas patet cum videres, que scienda de Rey.* At intus, quamplurimæ spectabantur diuitiæ, ibi enim lectulus ille Salomonis ex ebore & auro confectus latebat, & omne tentorium, pretiosis & deauratis tapetibus erat ornatum. Non secus in hac Catholica & militanti Ecclesia contigit in iuris primordijs, fuit enim tabernaculis Cædarenorum, & pelliculis Salomonis simillima. Si exterius illam contempleris, non nisi nigredinẽ & sanguinem, ac tyrannorũ persecutiones intueberis. Hic caput D. Pauli videbis amputatum, illic D. Petrum ex cruce pendente, ex vna parte pellem D. Bartholomei videbis abstractam, ex alia membra plurimorum martyrum delaniata & discerpta. Quid enim hæc, nisi occisionem & deformitatem referunt? At si intus per contemplationem ingrediaris, proculdubio videbis quanta pulchritudo gloriæ in his rebus consistat, quam pretiosum meritum cumulum ex his persecutionibus Ecclesia sancta reportauerit. Si igitur Ecclesiam Dei sponsam, quam vnice dilexit, & suo lauit sanguine, tot exposuit laboribus & certa-

*Pellicula Salomonis.*

minibus, tot inimicorum incurribus, quod passim sanguis eius a tyrannis fundebatur, quid mirum, si eos, quos nunc diligit, & ad vitam habet præordinatos, laboribus & egritudinibus, prosequitur? Habetis domi filium & seruum. Si seruus vas aliquod vitreum aut fictile confringat, nihil ei mali facitis, neque verbum reprehensionis contra eum profertis, sed memoriæ mandatis, vel in libro scribitis, ut tempore mercedis persoluat. Si autem filius confringat, statim eum virga aut flagello percutitis. Sic Deus, peccatores & reprobos, qui æternis cruciatibus mancipandi sunt, patienter sustinet, & virgam suæ correctionis super eos non extendit, quia eorum flagella in posterum reseruantur: filios autem quos suscipit, & tanquam pius pater benigne diligit, illic flagellis illatis compefcit. Tenenda enim est illa Domini comminatio, valdeque formidanda. Et requiescet indignatio mea in te, & aufertur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius. Loquitur Deus more hominis vxorem suam adulteram repudiantis, & tam illius non curantis: Quia ita se habet ad impios, dum illos liberè & impunè peccare permittit, quasi ad se non pertineant, ut postea acerbissimis cruciatibus in æternum torqueantur. Quapropter, magnum supplitij genus est, hic supplitium non sumere, & tunc maximè nobis iratus est, quando nobis non irascitur, è conuerso verò, nõ finire nos multo tempore ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii indicium est. *Infirmas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* Sed dubitabit aliquis, quomodo Lazarus mortuus est, & tamen respondit Christus, infirmitatem eius ad mortem non esse? Difficultati huic Ericus respondit, Diuum Augustinum sequutus, quibus etiam Eusebius Misfenus consentit, quod infirmitas hæc dicitur non esse ad mortem, quia licet verè mortuus fuerit, tamen mors ipsa ad mortem nõ fuit. Non enim habuit pro fine mortem, sed

*Simile?*

*Execl. 26*

*2. Macha  
beut. 9.*

*Aug. 27. ac.  
46 in lo. m.  
Ericus.  
Euseb.*

sed

*Quomodo mors Lazari in gloria Dei cedat.*  
*Simile.*  
 fed Lazari resurrectionem, & Dei gloriam. Habet mors duo, vnum est, animam á corpore separare, & compositum dissoluere, alterum est, vitæ huius sæculi finem imponere, quia mors est vltima linea rerum. Infirmitas Lazari ad mortem fuit, quia anima eius á corpore separata est: ad mortem autem non fuit, quia terminum vitæ non posuit, cum mortuus fuerit, iterum suscitandus. Intendit quis domum suam, quæ ruinam minatur, reficere, & reparare, & instrumento ferreo accepto, incipit parietem demoliri. Quod si aliquis illi dixerit, quare hunc parietem destruis, qui tanto labore ædificatus est, & sic illum solo prosterneis? Respondet illic, se non destruere parietem, aut domum, imò construere, & reparare, quia si destruit, hoc est, vt reparet, & melius reficiat, vt parietem firmiorem erigat, perfectius dealbet, & ad meliorem statum redigat, & denique, vt ad sui gloriam, in ipso pariete, stemata, & militiæ suæ arma depingat. Sic Deus, licet Lazarum mori passus fuerit, & animam á corpore disolui, tamen finis ab eo intentus, non fuit eius mors, & corruptio, cum eum suscitauerit, sed potius sua glorificatio, & diuinitatis suæ ostensio, magna enim fuit Christo gloria, tam nobilem virum, coram tot Hierosolimitanis ciuibus, qui ad sorores eius consolandas venerant, quadriduanum, suscitare.

*Monsit in eodem loco duobus diebus.* Non eodem die, quo nuncium accepit, ad eum suscitandum profectus est, sed expectauit ibi duos dies. Quis hoc non miretur? Amicus Lazarus, indies, magis ac magis lethali morbo grauatur, sorores eius tristitia incomparabili cruciantur, lachrimis & suspirijs fraternali morbum deslent: at pius magister moras trahit, & non statim accepto nuncio iter arripit? Nonne scriptum est in prouerbis: Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ? Quomodo ergo ad succurrendum amicum tam lento gradu pergit Christus. Dubitationem absoluit Chrysostomus, dicens.

*Prou. 6.*

*Chr. f. ho. 61. in 102.*

Opor-

Oportebat quidem vt sepulchrum corpus Lazari, Tartarus eius animam acciperet, vt iam omni humana spe cõsumpta, quod facturus erat Dominus, nullatenus nature, sed deitatis opus agnosceretur. Hæc enim est diuinae fidentie probatio. *Est la truen de las conseruas de Dios,* quod multoties differt, auxilium, quousque omnia desperata videantur: et tunc quidem, quando omni humano auxilio destituti sumus, suum nobis solet concedere. Est enim (vt Dauid inquit) adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Licet enim Deus semper sit paratus ad auxiliandum nobis, ad quem tanquam ad asylum & salutare remedium debemus confugere: tamen multo magis in tribulationibus, quæ nos nimis inuenerunt, quæ nos ex omni parte circundant, sine spe alicuius humanæ salutis. Magno & sapienti medico maiores & periculosiores infirmitates referuari solent. Accedis ad aliquem magnum chirurgum, dicens. Cura me obsecro. Ipse interrogat: quid ergo habes? Et tu respondes illi. Habeo puncturam acus. Quid tibi dicturus est? Nisi abi hinc cum tua punctura, applica digito aranæ telam, & nulla alia indiges medicina. Tamen cum ad domum eius quis accedit gladio aut pugione confusus, vulneribus plenus, sanguine & visceribus fluens, in testina super clipeum portans: tunc quidem deposita omni pigritia, & omnibus suis viribus quasi in vnum collectis, ad vulnera eius curanda se præparat, ibi enim peritiam suæ artis ostensurus est. Sic multoties nos ad Deum accedimus, malorum nostrorum medelam quærentes, & poscentes auxilium, quod tamen vel non præstat, vel differt, quia mala illa mortalia non sunt, neque nos nimis inuenerunt. *Gaudete in diebus paratis et inuocatis uirtutes.* Quapropter, sententia illa vatis Abacuc semper esset nobis ob oculos versanda. Si moram fecerit, expecta eum, quoniam veniens veniet & non tardabit. Expectaui

*Locus pro fidet a.*

*Psal. 45. Deus adiutor in magnis tribulationibus.*

*Simile.*

*Act. 7.*

Y tur

tur accepta epistola duabus diebus, vt vigeret morbus, & moriente Lazaro, occasionem suscitandi illum haberet.

Exinde Dominus discipulis dixit, se velle in Iudæam proficisci: quod cum illi recusassent, obijcientes lapides, quibus illum lapidare voluerunt: humani cordis inconstantiam allegat, dicens. Nonne duodecim horæ sunt diei. Quali dicat. Cor humanum inconstans est, nunquam in eodem statu & determinatione manet. si heri volebant me lapidare, hodiè fortè libenter me suscipient. Ita Chrisostomus. Diuus Augustin. tractatu 49. per diem, Christum, per duodecim horas, duodecim Apostolos intelligit, qui Christum sequebantur, quali horæ quæ diem sequuntur. Quare scisus erit, quemadmodum horæ duodecim, suum sequuntur diem tempore equinoctij, ita & vos me sequi debetis non reluctantes, nec est quod pauca- tis, me sectantes, quoniam lux vera sum illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, & impingere non poteritis.

*post hac dixit ad discipulis: Lazarus amicus noster dormit.*

Quibus non intelligentibus, manifestè dixit. Lazarus mortuus est. Ecce vltimam vitæ nostræ lineam. Omnes mortales sumus, & ad corruptionem tendimus. Nemo enim est, qui violentas mortis manus possit effugere. Quam rectè regius vates inquit. Quis est homo, qui viuit, & non videbit mortem, eruet manum suam de manu inferi. Lazarus iuuenis, diues, nobilis, & amicus Dei, tamen mortuus est. Omnes morimur, quædam sancta scæmina dixit, & quasi aquæ dilabimur. Sicut enim aquæ fluminum, magno impetu ad mare salsum tendunt, sic nos incessanter ad amarum mortem properamus. O quantum est vitæ breuitas. quanta præsentis temporis fugacitas, verè exiguum & cum tælidio est tempus vitæ nostræ. Verè dies nostri velociores transeunt cursore, & sicut naués poma portantes. Cursor, qui vulgò appellatur,

tur, *Curreo*, & velocissimè cursum suum peragat, tamèn aliquando moram facit, & à cursu suo abstinere saltim dū comedit, aut somno indulget. At homo incessanter pro- perat ad mortem. siue comedat, siue bibat, siue dormiat, siue quidquam aliud faciat, cursum suum peragit, & ad destinatum finem propinquat. Et benè nauis poma por- tanti vita humana comparatur, quia poma per mare tra- iecta citissimè putrescunt: sic vita nostra præproperæ corruptioni est obnoxia. Clamabant Apocalipsi. i. sub throno Dei animæ interfectorum propter Christum, vindictam sui sanguinis postulantes: quibus cœlesti ora- culo responsum est. Adhuc expectate modicum tem- pus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum. Vbi per modicum tempus, totum vitæ spatium in- telligitur. Licet enim magnum nobis videatur, res- pectu tamen æternitatis, modicum censetur. Quod si tot anni à creatione mundi vsque ad eius finem elapsi, modicum tempus appellatur: quid de vita vniuscuius- què censendum erit? Equidem puncto mathematico erit indiuisibilior, pugillo breuior, & umbra fugatior. Sed percunctari nunc libet, si tanta est vitæ breuitas, vnde nobis tam longa spes viuendi? Nam sic viuimus, quasi nūquam essemus morituri, & cum mors senibus sit in fo- ribus, iuuenibus autem in insidijs (vt Diui Bernardi ver- bis vtat) & nihil sit mortalibus morte ipsa propinquius: tamen nobis adeo longè posita esse videtur, vt hac de- ceptione potius, quàm spe freti, nos totos vitijs & vo- luptatibus tradamus, & quasi nullam Deo rationem red- dituri essemus, in omne genus flagitiorum, nos præcipi- tes agimus. Equidem, vt non inimicæ notæ author ait. Ve- hemens diuturnæ vitæ desiderium, has menti nostræ tene- bras obfundit. Desiderium enim & spes tanta affinitate inter se coniuncta sunt, quod vix vnum ab altero separari queat. Quæ enim speramus bona, eadem etiam desi- deramus, & quæ item desideramus, speramus quoq; futu- ra. Quia ergo plerique mortalium, quàm diutissimè

Apoc. II.

*Vnde ho-  
mini tam  
lò. a vitæ  
spes con-  
tingat.*

Chrisost.  
D. Aug.

Locus pro  
breuitate  
vita.

Simile.

vivere desiderant, idè quàm longam esse vitam cupiunt, tàm longam etiàm futuram sperant. Accedit etià diaboli astutia ad decipiendum, qui perstigijs suis nobis persuadet longissimum vitæ tramitem nobis semper superare. Pictores in arte sua periti, solent umbraticas quasdam picturas depingere, quas vulgò, lexis appellat. Depingunt quidem montes, nemora, & procerissimas arbores, quæ a longè spectantur: & quidem peritia suæ artis, quasi oculorum quandam deceptionem faciunt. Nam cum pictura illa vix duobus, aut tribus passibus deistt, videtur plus quàm decem milliaribus distare. Sic antiquus humani generis hostis, vitam nostram longissimis depingit spatijs. *Quintus la vida a lo lexis, haze vnos lexis de la vida, tan lexis de la verdad*, quòd cum sit mors in ianuis, longissimam eam nobis representat, & hinc ortum habet nostra securitas, seu, vt potiùs dicam, fallacia.

Progressus est Dominus in Iudæam, & venit in Bethaniam, exijt ei obviam Martha, cum qua de suscitatio-  
ne fratris sui, longissimum habuit sermonem. Illa domum regressa, sororem suam Mariam vocat, & magistrum adesse nunciat. Maria quasi amoris ebria, Iudæis relicta, & stratum deslerens, festina pergit ad Christum. Quæ cum vidisset eum, cecidit ad pedes eius, voce flebili & lamentabili, dicens. Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Agnoscebat pedes, quos vnixerat. & lacrimis rigans, suorum obtinuerat veniam peccatorum. Ad pedes hosce dolore oppressa prostratur, & cordis sui desiderium manifestat.

*Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, misit eam spiritu, & turbavit se met ipsam.* Equidem, mysterio vacare nò est existimandum, quòd videns Iesus Dominus noster Mariam plorantem, & verba illa proferentem, infremuerit, & plorauerit, cum tamen videret priùs Martham sororem eius plorantem, & eadè verba proferentem, & nihilominus nullum tristitiæ affectum illi ostendisse fertur. Quænam causa

Fleuit  
Christus  
ad presen-  
tiam Mag-  
dalene, &  
Marthæ.

causa est Domine Iesu angelorum letitia, quæ te flere compellit? Quid potuit vertere inlectum citharam nostram? Quid tantum gaudium imo & ipsam lætitiàm, in lacrimas valuit permutare? maximè, cum ad Martæ presentiam non fleueris, & ad eius lacrimas commotus non fueris? O summa Dei clementia & liberalitas: vtramque enim virtutem, lacrimæ ab eius oculis profuantes ostendunt clementiam in compatiendo flenti, liberalitatem, in persolvendo, debitum. Erat quasi debitæ Mariæ Magdalene lacrimæ istæ, quas voluit hodie persolvere. Venit Magdalena ad Christum in domo Pharisei, & stans retrofecus pedes Domini lacrimis cepit rigare pedes eius in tanta copia, quòd viscera per oculos resoluta in lacrimas, effundere videbatur: His lacrimis Magdalene quasi dissimulare visus est dominus, neque ullam commiserationem ostendisse, sed reliquit eam flere, vt oculorum lacrimis, mentis maculas luaret: quapropter, lacrimarum memor, par pari rependens, lacrimis recompensavit debitum. Cum ergo Mariam lacrimantem vidisset, fremens spiritu, & conturbans semet ipsum, in lacrimarum compassionis prorupit. O beate Mariæ lacrimæ, quæ lacrimis ipsius Dei compensari meruerunt. Nescio quid magis admirer fratres, vel Deum lacrimantem, vel Magdalenam lacrimas ipsius Dei promerentem. O quantæ virtutis lacrimæ istæ extiterunt. Petra virga Moisi percusa, quasi ad tactum virtutis eius liquefacta in stagnum aquarum est conuersa: hic vera petra Christus, ad virtutem lacrimarum Magdalene commotus, duos lacrimarum fontes effudit. Tætæ virtutis & efficacitæ lacrimæ Magdalene fuerunt, quòd id, quod naturæ impossibile videbatur ab aut hore naturæ impetrare potuerunt: Lazarum enim quatuordecim annis vita functum, ad vitam reuocauerunt. Egrorauerat Dauidi in fangs ex adulterio habitus, cuius gratia asigebatur Rex nimis asigebat se ieiunio, volebat enim cibum, aut potum sumere, & ingressus cubiculum amare fleuit.

Locus pro  
lacrimis  
Luca. 7.

Ma dale  
na lacrima.

Cū intellexit verò illum iam decessisse è vita, surrexit de terra in qua iacebat, lotus est & vinctus, & mutata veste, signa ostendebat lætitiæ. Seruī autē eius factum admirantes, dixerunt ei. Quis est sermo quem fecisti propter infantē cum adhuc viueret, ieiunasti, & siebas, mortuo autem puero surrexisti, & comediti panē? Quibus Dixit. Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunavi, & fleui, dicebam enim: Quis scit, si forte donet eum mihi Dominus, & uiuat? Nūc autem, quia mortuus est, quare ieiuno? nun quid potero reuocare eū amplius? Quasi diceret. Nunquid meæ lachrimæ poterunt illum reuocare ad vitam? Sic, sic David, impossibile tibi videtur, lachrimis, aliquid ad vitā posse reuocare; Ecce Magdalena lachrimas, quæ fratrem suum mortuum, per quatuor dies in sepulchro iacentem, ab inferis reuocarunt, & suscitauerunt ad vitam.

Lachrimæ  
mortuos  
suscitant.

Iudæi videntes, quòd Dominus Lazarum mortuum feret (licet crediderim ego, magis suscitandū fleuissē) dixerunt ad inuicem. Ecce quomodo diligebat eum. Ex lachrimis exterius fuis, amorem intus latentem iudicauerūt. Lachrimæ enim non funduntur, nisi pro re valde dilectā. Si ex his lachrimis ò Iudæi Christi amorem iudicatis, si eius charitatem admiramini: quid dicturi estis, quando in agonia positus, & sanguineo sudore persusus, pro toto humano genere patrem exorabit? Quid, cum in cruce pendens, cum clamore valido & lachrimis præces ad cælum fundet? Quid cum plenus vulneribus, quasi quibusdam amoris oculis, per omnes illos, sanguinis lachrimas fundet? Tunc vere dicetis, ecce, quomodo diligebat eum. O quantum diligebat hominem, qui sanguineis lachrimis illum plorat, qui pro illo suscitando, mortem propriam contemnit,

Christi erga nos dilectis.

Iussit Dominus tolli lapidem, & accedunt ad speluncā. Apparet corpus mortuū & cadauer putridū, aspectu horridū, cogitatione tremendum, & sensibus formidandum.

Tantus

Tantus factor procedebat ex illo, quòd nemo esset, quem non ad nauseam prouocaret, etiam sorores ipsæ, quæ tantum illum diligebant, horrebant illum videre. Vt quid Domine iubes tolli lapidem? quatruiduanus est, iam factus, sed veni, & vide. Accedite hūc mortales, videte horribile spectaculum, & in illo sortem vestram contemplantini. Videte Lazarum illum nobilem, & diuitem, robustum, ætateque florentem, ecce ad quam miseriam sit redactus. Hæc est fors vestra, hic finis, quem habituri estis, hic totius mundanæ gloriæ terminus. Omnis enim caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Omnis mundana prosperitas, in vermes, & cineres conuertenda est.

Esai. 40.

Sublato lapide, leuauit Iesus oculos suos ad cælum, & postquam gratias egit patri pro miraculo, quod facturus erat, clamauit validissima voce, dicens. Lazare veni foras, & statim prodijt qui fuerat mortuus. O mirabilis verbi Dei virtus. Quid enim par potestati huic fuit vnquam, dum loquitur mortuo tanquam viuenti? Nam Deo omnia viuunt, non enim Deus mortuorum est, sed viuentiu. Quapropter, licet Lazarus sibi mortuus esset, tamen Deo vivebat: sicut cum deperditur scripturæ alicuius trasumptum, quòd originale apud scribam manet, ad quod est recurrendum, & idcò leuauit oculos ad patrem, in quo vita Lazari erat abscondita, ne quis putaret, sub lapide animam eius esse detentam. Vocat eum proprio nomine, vt spectatores miraculi, Lazarum fore agnoscant, non alium ex mortuis existiment. Secundo, iuxta Diui Augustini sententiam, quia vox illi tantæ fuit virtutis, quòd pariter omnes mortui, cogerentur exire, nisi per expressionem nominis, virtutem suam ad vnum determinasset: sicut cum Rex vocat seruos confusè, nisi signanter aliquem exprimat. Prodiit ergo Lazarus è fouea, sudario & vinculis, ritu Iudæorum ligatus, & continuò voci clamantis respondit: quando ad literam adimpletum cernimus, quod

Deo omnia viuunt.  
Luc. 20.

Simile.

D. Aug.  
Virtus verbi Dei.

Simile.

D. Tho. in  
1067.


ipse Ioannes capite. 5. promisserat, sicut D. Thomas ad notauit. Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, uiuent. Qui ergo in delictis mortuus fu erit, qui in fouea vitiorum tumulatus, qui uinculis peccatorum constructus, qui in corruptione & fætoe prauæ consuetudinis constitutus, aures suas non obturet, uoci Dei pareat, lapidem duræ obstinationis, & antiquæ consuetudinis de medio tollat. Sic fiet, ut recipiat uitam gratiæ, & in futuro gloriam.

# DOMINICA IN passione.

## CONCIO.

*Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico, quare non creditis mihi?*

Ioannis capite 8



Pharisei  
honorati  
Christi de  
reuerenti.  
Marc 2.  
L. 6. 5.

ANTA fuit Phariseorum malitia, & audacia, tantumque modum cõfactum excedens, quod in cælum os suum posuerint, & innocentiam Christi commaculare linguis suis sacrilegis non erubuerint. Malè nãq; apud eos Christi nomen audiebat, Prius cæperunt de illo murmurare,

quod cum publicanis & peccatoribus manducaret. Quare aiebant, cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester? Quasi insinuantes hoc uerbo, quod illis fuerit non abfimilis. Deinde paulo progressi, cæperunt illi detrahere, quod Sabbathum non custodiret. Viso illo

pa-

paralitici stupendo miraculo, dixerunt: Non est hic homo à Deo, quia Sabbathum non custodit. Tandem, nõ sunt ueriti, illum peccatorem appellare. Cum uiderent illud miraculum illuminationis cæci à sua natiuitate, quod tanta inquisitione perferutati sunt, dixerunt illi: Da gloriam Deo, quia nos scimus, quod hic homo peccator sit. Videns ergo Dominus, quod Pharisei malè de illo apud uulgus loquebantur, quod eius honori detrahebant, & peccatorem illum, legisque transgressorem appellabant, instante mortis & passionis sue tempore, coram Phariseis & scribis crudelissimis inimicis, innocentiam suam ostendit, dicens. Quis ex uobis arguet me de peccato? Dicitis, ò Pharisei, quod cum peccatoribus & publicanis manduco, quod Sabbathum non custodio, quod peccator sum, nunc ad certamen descendamus, *salgamos al campo, vengan os a la prueba, bablen cartas y callè barbas.* Quis ex uobis arguet me de peccato?

Permultum enim cõtulit, quod Verbum patris unigenitus eius filius, Ecclesiæque sanctæ sponfus, tanta puritate & sanctitate niteret, quod coram inimicis suis hodie tam publicam residentiam, & uitæ suæ scrutinium, incunctanter posset facere, & quod opera sua oculis Phariseorum dispicienda, & examinanda proponeret. Nam si prætiosus eius sanguis, nostrarum infirmitatum futurus erat medella, si aqua, qua maculæ nostræ abstergenda, si prætium, quo redemptio facienda, utique decebat, quod sanguis ille non esset peccatorum labe infectus, aut alicuius culpæ contagione corruptus: sed esset sanctus, innocens, & impollutus, & ab omni peccati sapore alienus. Tractat argumentum hoc Rupertus Tuiensis super Canticam, iuxta illa uerba, quæ habentur cap. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Vbi aliqui ex uerbo Hebræo Dãgul, uertunt uexillifer ex millibus. Super hæc inquam uerba, aduertit, quod prius dixit esse candidum, deinde rubicundum. *Son sus mexillas como el enues de la rosa, leche quajada con sangre, purpura*

Christi in  
nocentia ad  
redemptio  
nem neces  
saria.

Rupert.  
Cant. 5.

*tendida sobre nieve, y nieve tendida sobre purpura. Vt enim color rubeus pulchrior appareat, debet super candorem fundari: sic rubedo sanguinis Christi super innocentie candorem. Si enim innocens non esset, sanguis eius celo gratus non fuisset, & acceptus. Erat quidem vexillifer ex millibus, qui vexillum crucis supra dorsum portaturus erat, & pro humani generis redemptione moriturus, & ideo conueniebat, quod sanguis ille non corruptus uenis, non putridus, non sceleribus & peccatis contaminatus, non vitijs infectus, sed innocens & purus esset. Domine, aiebat, Propheta regius, quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Quisnam dignus erit ad montem illum uisionis, & locum sanctum ascendere, ubi redemptio generis nostri facienda est, ubi tot complenda sacramenta? quis aptus erit ad hanc mysteria exequendum? Et ait. Innocens manibus, ille, cuius opera tanta innocentia pollent, quod etiam ab inimicis iudicatus, & cum eis in arenam descendens, de nullo peccato potuit conuinci, de nullo crimine accusari. Inter alia encomia, quae Propheta Oseas de Christo cœcinit, illud etiam continetur. Et ipse inter fratres suos diuidet. *Hara diuision y raya entre todos sus hermanos. Quod non de diuisione animorum, discidijs, aut de dissensione, intelligendum est, cum potius auctor fuerit pacis, qui fecit utraque unum, secum enim pax ingressa est in mundum, sicut Angeli in ortu suo cœcinerunt. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. Cum ergo non de huiusmodi diuisione intelligatur, sequitur de diuisione excellentiae & dignitatis esse intelligendum. Diuidet inter fratres suos, & inter cunctos filios Adæ, qualis lux splendida inter densissimas tenebras solet diuisionem causare, quasi splendidissimus sol inter paruulas stellas, & quasi fortissimus gigas inter pusillos pigmeos: quia sanctitate, uirtute, & gratia erit præstator omnibus. Alia litera habet. Et ipse erit pulcherri-  
mus flos. Planrauit Dominus in hoc Ecclesie sanctæ**

*Psalm. 23*

*Osaa. 13.*

*Luc. 2.*

*Christus flos pulcherrimus.*

pa-

paradiso, florum diuersa genera, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, ac Virgines, quibus Ecclesia flagrat, & valde condècorata est: tamen inter tot flores, & lilia, ipse erit omnium pulcherrimus: imò omnium aliorum pulchritudo, ex eius pulchritudine & meritis deriuatur. Est enim flos campi, & liliū conualium, ex uisceribus Mariæ, quasi ex tenerrimo uirgulto procedens & pullulans. Hoc est argumentum, quod Apostolus Paulus per totum caput septimum epistolæ ad Hebræos prosequitur, dicens. Talis enim decebat, ut esset nobis Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, excelsior cœlis factus, qui non haberet necessitatem offerendi quotidie. Si enim sanctus & innocens non esset, haberet necessitatem offerendi prius sacrificium pro peccatis suis, & reconciliandi se Deo, deinde uerò pro populo. At cum Christus semel introierit in sancta, ad offerendum sacrificium per mortem, permultum conueniebat, quod sanctus & innocens esset, cœlis & Angelis purior, ut sacrificium illud totum pro nobis esset, & ad nostram salutem ordinatum. Videns ergo Christus, quod iam morti esset propinquus, & quod Pharisei & Scribæ honori suo detrahebant, & coram populo peccatorem illum esse affirmabant: nunc coram omnibus illos conuincit, & innocentiam suam ostendit, dicens. Quis ex uobis arguet me de peccato? De Appelle famosissimo illo pictore legitur, quod cum imaginem aliquam depingebat, solitus erat illam præ foribus domus suæ in pergula suspendere, ut ab omnibus iudicaretur, & unusquisque de illa sententiâ suam profiteret. Ipse uerò post eam latens, aliorum iudicia audiebat, ut si quid reprehenderent emendatione dignum, emendaret. Et tunc contigisse, aiunt, illud futoris. Cû enim Veneris imaginem perfecisset, defectum quendam in sandalia futore aduertit, quod patienter audiuit Appelles: cum uerò ad alia progrediretur, impatiens ait. Quid futore ultra crepidas?

*Cant. 2.*

*Ad Heb. 7*

*Plutar. & Eras. in apoteomati bus.*

*Nihil futore ultra crepidam.*

Omnis

*Doctores  
Sibol. sin  
3. d. ff. 3.*

*Simile.*

*Iob. 25.  
Nemo mū-  
dus abs-  
que sorde.  
Gen 44.*

Omnis Christi Redemptoris nostri vita, fuit nil aliud, quam imago quædam & exemplar nostræ. Quidquid ab incunabulis vsque ad crucem fecit, ad nostram eruditionem & exemplar ordinatum fuit. Cum ergo iam morti esset propinquus, hanc pulcherrimam vitam suam imaginem, oculis inimicorum dispiciendam obtulit: ut appareat ex omni parte esse perfectam & absolutam, et nihil in ea contineri, quod reprehensione dignum sit.

*D. Greg.*

*Orige.*

*Christus  
ab omni  
peccato  
alienus.*

*Iob. 4.*

*Angeli non  
sunt per  
naturam  
peccabiles.  
Fomes pec-  
catorum.*

Quis ex vobis arguet me de peccato? Licet D. Gregorius summam Christi & dignationem, humilitatem hic aduertat: quod cum Deus sit, non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare: tamen Origenes putat potius ad maiestatem verba pertinere. Habet namque verba hæc magnam, & auctoritatem, & confidentiam. Nam nemo alius præter Christum, tam confidenter verba hæc potuit proferre. Deipara enim virgo Maria et si peccatum nullum siue originale, siue actuale habuerit: contraxit tamen in lud in radice, & in debito quapropter, non habuisse peccatum, potius fuit gratia quam natura, priuilegium fuit, non debitum. Angeli etsi peccato carerent: tamen hoc ex Christi meritis per præseruationem habuerunt. Quod si angeli & supremi illi spiritus hoc sibi tanquam naturæ debitum arrogare non possunt, quanto magis homines, qui ex vitiosa radice, omnes peccati fructum producimus? Hoc est argumentum quod prosequitur Iob, sui vaticinij capite. 4. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem: quanto magis qui habitant domus luteas, & terrenum habeant fundamentum, velut a tinea consumuntur? Si Angeli boni quantum est ex natura sua, non sunt stabiles (cecidissent enim, nisi diuina gratia essent præuenti) & multi prauitatem commiserunt: quid de nobis existimandum est, qui domus luteas habitamus, & terrenum fundamentum, nulla stabilitate fulcitur habemus? Maxime verò, cum a tinea consumamur. In ea quidem, domum nostram

nostram corrodens & consumens, concupiscentia est, & fomes peccati, ex originali macula derelictus. Hic enim peccati fomes, licet peccatum non sit, tamen multoties peccato ianuam aperit. Est autem fomes peccati, non morbida aliqua qualitas, sicut Ochâ putauit, sed est appetitus ipse sensitivus, destitutus iustitia originali, retardas ad bonum, & inclinans ad malum. Solent famosi fures, puerulum latrunculum secum adducere, qui licet ille non furetur: tamen ipsis opem & ministerium præstat. Ingreditur enim inclinante iam die domum alicuius diuitis, ut nocte illa ibi hospitetur, & a frigore protegatur, media autem nocte consurgens, dum omnes somno indulgent, ianuam latronibus aperit, ut domum ingressi, eam deprædentur, & nihil præciosum in ea relinquant. Concupiscentia quidem & fomes peccati intra domesticos nostros parietes inhabitat, & licet diuitias animæ non surripiat, cum peccatum non sit, tamen aperit (proch dolor) multoties peccato mortali ianuam, ut omnes animæ nostræ diuitias furetur. Quapropter, cum inimicum hunc domesticum nobiscum habeamus, nullus de sua iustitia debet esse securus. Quis namque poterit dicere, mundum est cor meum? Maxime cum Iob dicat: Nemo mundus absque sorde, neque infans, cuius est vnus diei vita super terram. Genes. 44. capite dicitur, quod cum filij Iacob tritico & alijs muneribus onustis, ex Aegypto progredierentur: Prorex illius terræ iussit, ut in sacco Benjamin, ipso inscio, sciphum argenteum, & præcium tritici apponerent. Orto vero mane, cum iam urbem exierant ad perficiendum iter, misit ministros, qui illos tanquam latrones apprehederent, & vinculis manibus coram se reducerent. Quod cum fecissent, sic eos accersitos alloquutus est. Quare reddidistis mihi malum pro bono, & sciphum argenteum, in quo augurari consueueram furati estis? Qui cum factum negassent, scædus pepigerunt, ut si apud aliquem illorum sciphus inueniretur, ipse damnaretur morte; & omnes seruituti mancipa-

ren-



rentur. Et quidem magno periculo se exposuerunt, nam in sacco Benjamin sciphus inuentus est, ex quo omnes magnam confusionem & stuporem pariter passi sunt. O quanta est dementia eorum, qui de sua iustitia & sanctitate præsumunt: existimant enim, se cum Deo de innocentia posse contendere, eoquod alicuius criminis conscij non sint: & forsitan si Deus sacco conscientia suæ scrutaretur, furta detegeret, & inueniret sciphum. Inueniret eos superbos, elatos, inuidos, inueniret corda eorum plena furtis, & diuinæ legis transgressionibus. Solet enim peccatum, nobis etiam incijs & ignorantibus aliquando in interiori sinu conscientia latere. Alioquin Propheta Regius non diceret: Ab occultis meis munda me Domine. Quare non debemus nostram iactare sanctitatem, aut confidenter de nobis ipsis præsumere. Nihil mihi conficius tum (aiebat Paulus) sed in hoc non iustificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus est. Deus sacco meum scrutaturus est, & forsitan furtum mihi ignoratum inueniet.

1. Cor. 4.

*Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Optimus quidem discursus, & efficax ad intentum probandum. Postquam ostendit vitam suam irreprehensibilem esse, & nullum peccatum commisisse, tubinde infert: si ergo veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Ac si patenter diceret. Ex duabus rationibus solet procedere, quod doctrinam aliquam non recipiamus, aut quia doctrina ipsa vera non sit, aut quia doctoris vita habetur suspecta, & peccatis implicata. Atqui ego innocens sum, quia nemo ex vobis potest me peccati arguere, verbum etiam, quod vobis prædico, verissimum est: quare ergo non creditis mihi? Quare doctrinam meam non recipitis?

Locus pro  
concionatoribus.

Prius probat vitam suam innocentiam, & deinde doctrinam recipiendam proponit. Primum enim confert doctoris & concionatoris immaculata vita, ad hoc, quod

do-

doctrina eius sit accepta. Nam (vt verbis Diui Gregorij, vtar) cuius vita despiciatur, restat, vt doctrina eius contemnatur. Propheta regius, ad literam de Christo agens, sic ait. Propter veritatem & mansuetudinem, & iuliam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ. Señor, por vuestra verdad, mansuétude, justicia. y por todas las demás virtudes, de que soys adorno, y náteys mano bien hadada en todas las cosas. Et ideo sagittæ tuæ acutæ, nihil enim est, quod sagittas diuini verbi, quæ corda peccatorum transfigere solent, sic hebetet, & reddat inutiles ad feriendum, ac defectus virtutum, & corruptio morum, qui concionatoris vita integra & incorrupta esse debet. Vt sagittæ istæ acutæ sint, & ad peccatorum corda penetranda efficaces, debent in iaciente, virtutum ornamenta præsupponere. Et quidem sola verba, quando operibus non correspondent, inefficacia sunt ad peccatores conuertendos. Sunt (quod valde colendum est) prælati, & concionatores aliqui, pauperibus ad templorum ianuas elemosinam petentibus, non multum dissimiles: qui aliquos viam Ecclesiæ docent, & vbiuam iubilæa & indulgentiæ habeantur, manifestant: cum tamen ipsi ferè per totum annum neque ad indulgentiam se præparent, neque Ecclesiam ingrediantur. Quid prodest humilitatem, castitatem, patientiam, mansuetudinem, & viam virtutis docere: si tamen, quod docemus ore, opere non complemus? Alios ad Deum querendum inuitamus, & nos ad illum pigritamus accedere: ex quo fit, quod prædicatio nostra contemnatur, & doctrina Evangelica habeatur despectui. Dux enim non solum verbis, sed etiam operibus, milites suos ad bellum debet exortari, nam nuda verba parum efficacia sunt ad suadendum. Sunt quidem Ecclesiastici prælati & concionatores, nostræ militiæ duces, quibus fidei nostræ vexilla creta sunt: quare verbis & operibus, prædicatione & exemplo debent ad virtutem animare. De Zenone summo pictore, & ab antiquis non mediocriter celebrato,

legitur,

D. Greg.

Psal. 44.

Prælati  
& concio  
natores,  
verbis &  
exemplo do-  
cere de-  
bent.Vile Ho-  
meri 10.  
laudat  
num sexto  
constrata  
Homeri.

*Perfecti s  
dux.*

*Psal. 107.  
Apostoli  
Ecclesia du  
ces.*

legitur (vt tradit Alciasus) quod cum perfectum & absolute ducem vellet effigere, in eadem tabula Vlixem, & Dyomedem, inter Græcos magna æstimatione habitos, depinxit. Erat Dyomedes inter Græcos fortissimus, Vlixes magna eloquentia præditus: significans vtrumque ad perfectum ducem esse necessarium, & quod præstet viribus, & quod eloquentia poleat, nec sufficiunt manus sine lingua, neque sola lingua sine manibus. Lingua debet milites ad bellum exortari, & fortitudine sua, exemplum, quod sequantur, præbere. Id ipsam de ducibus Ecclesiasticis ego assero fratres, debent enim & fortitudinem Dyomedis, & eloquentiam Vlixis habere. Equidem Ecclesiastici omnes, etiam scripturæ sacræ testimonio duces appellantur. Nam vbi nostra translatione vulgari legitur. Tecum principium in die virtutis tuæ, &c. Diuus Hieronymus, ex Hebræo vertit. Populi tui duces spontanei erunt in die fortitudinis tuæ. Duces spontaneos Apostolos vocat, qui sanguine suo fidem in vniuerso orbe plantarunt, & pro causa fidei, spontanei & libentes, tyrannorum incuribus se obtulerunt. Appallantur etiam hoc eodē nomine, qui eorum vestigia sequuntur, & eorū vices agunt: prælati videlicet, pastores Ecclesiæ, & illi, quibus prædicandi diuinum verbum cura commissa est. Isti ergo duces, vt perfectè munus suum exequantur, & Vlixes esse debent, & Dyomedes: Vlixes, ad docendum verbis, Dyomedes, ad exortandum exemplo: vt eorum fortitudine & virtute perspecta, dicere possint cum Christo, si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.

*Si veritatem dico, &c.* Causaris Domine, & Phariseos accusas, quod cum veritatem illis prædices, tibi fidem non præbeant. Quasi hoc nouum esset & insolitū. Quid, quæso, frequentius in mundo, quam veritati non credere? A constituto enim orbe, veritas in mundo malè accepta fuit, & homines pro maiori parte, mendaciū sunt amplexati. Nam licet veritas in se ipsa perfecta sit, & val-

*Veritas  
odiosa.*

valde desideranda tamen si ad nos pertineat, illam ferre non possumus. Sunt aliqua que à longe perspecta, apparent pulchra & speciosa, si tamen propè aspiciantur, de forma & horribilia. *Ayrosas que venen buenos lejos pero malos cercas.* Sicut in aliquibus mulieribus contingit, quæ à longe positæ pulchræ videntur, at si ad eas accesseris, pulchritudinem non habent. De illis dicimus. *Que tienen buenos lejos.* Huiusmodi sunt, Deus, iustitia, & veritas. Deus Israelitico populo, quando eum à lōge intuebatur, pulcher apparebat, & nihil Deo desiderabilius iudicabatur. O quantum faciem illam gratiarum desiderauit Synagoga. Ostende nobis faciem tuam, aiebat, & salui erimus. Pulcher es dilecte mi & decorus. Cū autē illum propinquum intuita est, quando vidit illū pauperem, humilem, & mansuetum, illum despexit tanquā deformem. Vidimus eum, si non erat ei aspectus neque decor vnde nec reputauimus eum. Iustitia etiam si procul aspiciatur, speciositatem refert. Omnes eam iustitiam laudant, iustitiam magnificant, & iustitiam optant: sed nolunt iustitiam intrare. *Liuzina domus sua ingredi, aut illes, vel in veste contingere.* Veritas pari modo se habet, nihil venustius aut speciosius apparet veritate, his qui illam à longe prospiciunt. Veritas namque filia Dei, virgo incorrupta, humani conuictus securitas, & omnium virtutum fulcimentum: tamē si veritatem alicui obijeas, ita quod è vicino illum respiciat, ferre illam non valebit. Quia obsequium amicos, veritas odium parit. Et valde mirandum est, quod ex tam pulchra matre, tam deformis filius, & tale monstrum egrediarur. Vulgo dicitur, hoc felle est amarior, & credo rectius diceretur, veritate avarior esse: nam veritas amarissima est, & audientiam auribus ingratiissima. Interrogauit Cambises, quod nomen apud vulgus haberet, quid de illo populus sentiret: cui vnus ex domesticis respondit. Equidem Cambises, tanta virtute & for-

*Veritas  
odiosa.*

*Locus pro  
veritate.*

*Psal. 79.  
Cant. 1.*

*Esai. 53.*

*Veritas  
amara.*

itudine prastas, quod patri tuo Cyro comparari posses, si tamen talem filium, qualem ipse genuit, genuisses. Alius autem ex principibus, longe illo prudentior illi dixit, quod apud suos de ebrietate male audiret, quod vitium principe indignum est, & ad ducatum gerendum inconueniens. Tunc Cambises, eo inuitato ad mesam, postquam vino calefactus est, filium paruulum, quem princeps ille, suorum bonorum habebat heredem, coram iussit afferre, & arrepto arcu, sagitta cor eius transfixit. Modo, inquit, videbis, an bibere sit mihi impedimento ad arma exercenda, & cum euiscerassent puerum, inuenerunt cor sagitta uerueratum. Videte quam amara sit veritas, quomodo audientium aures offendat. Etiam 4. Regu. 18. hoc patet manifeste, ubi dicitur, quod cum Rex Israel Acab Aiosaphat & Rex Iudae, ascenderent in Ramoth Galaad, ad pugnam, consulerunt quadraginta pseudopphetas, qui omnes dederunt consilium ut ascenderent, & illos victores fore testati sunt. At cum alatus esset Micheas, contrarium illis nuntiavit, dixit enim illos esse superandos: quod egrè ferentes in maxilla percussus est, & carceri mancipatus. Nemo enim est, qui veritatem ferat, auertunt namque aures suas a veritate, & ad fabulas, mendacia, & adulationes libenti animo illas convertunt. Omnes veritatem quasi contagioso aliquo morbo infecta esset, deuitant, & solum ea quae placentia sunt libenter audiunt. Bellum magnum inter caeli accolae, & terrae ciues, inquit Isaias initum est. Vaserunt namque de caelo iustitiam, iustitia, & veritas, quibus mundi habitatores impediuerunt viam, recluserunt ianuam. Non enim ingredi permittae sunt. Et ait veritas, auferente offendicula de medio itineris, nam per meo gladios ingresura sum. Quam cum viderent irruerunt super eam omnes, & illam oppresse-

3 4 Regum  
21 18.

runt

funt. Equites, mercatores, iudices, & aduocati mendacis, & caulationibus suis, omnes veritatem persequuti sunt. Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, & aequitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem, Tradita est veritas in obliuionem quasi mortua, & dicunt, quod mortua est sine confessione, quia non fuit qui veritatem confiteretur.

Isai. 59.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Magnum signum praedestinationis est, verba Dei audire. Interroget vnusquisque se metipsum, vtrum verba Dei audiat, vel non: & ex hoc intelligere poterit, vtrum sit praedestinatus, vel reprobus. Dulce est vnique & iucundum de rebus patriae suae agere, & cum contingit aliquem, ea quae in tali patria geruntur ad memoriam reducere: pergratis auribus audit, tantum est patriae, quo tenetur, naturale desiderium. Vnde de Israelitis in Babylonica captiuitate existentibus David caecinit. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Syon. In falicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Tantum illius dilectae patriae oblectabamur recordatione, & memoria: quod in eius absentia nil aliud dulce, nil suauae, aut auribus dignum, & auditu videretur. Solum enim de dulci illa patria verba facere, & antiquam eius felicitatem mente voluere libebat. Ecce in quo verus Hierosolymitanus dignoscitur, si patriae suae recordetur, si verba ad eius felicitatem & gloriam spectantia, libenter audiat, si nil praeter eius dulcem memoriam gratum illi videatur. Supernae namque & felicissimae illius ciuitatis ciues, qui ad bona caelestia perfructura destinati sunt, libenter verba Dei audiunt, quae frequenter de rebus aeternis, & caelestibus loquuntur, & ad eorum considerationem, memoriam reuocant.

Verba Dei  
audire  
praedestini-  
nationis  
signum.

Psal. 136.

*Signum reprobationis, verba Dei egrè ferre, & audire. Obturauerunt enim aures suas, ne audirent Christi verba, aut illa opere compleant: sed magis verbis eius exasperabantur. Et quemadmodum in estate, cum terra est nimis arida, si pluuia de caelo descendat, ferè omnes guttæ conuertuntur in bufones, seu rubetas. Pluuia illa tamdiu desiderata, quæ dum terra benè disposita est, in pulcherrimos flores, & suauissimos fructus conuertitur: tunc propter indispositionem terræ, nil aliud nisi animacula illa venenosa germinat & producit: nõ secus pluuia illa cœlestis diuini verbi, quæ super arida Pharisæorum corda descēdebat, in serpētes, & mortiferum venenum conuertebatur. De illis namque Diuinus Citharæus cæcinit. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Refert de serpenti aspidis Magister in libro de proprietatibus rerum, quod vnam aurem cauda occludit, aliam verò terra, ne audiat incantatoris versus, quando carminibus suis, venenum eius enervare & impedire conatur, vt eum viuum apprehendere possit. Sic quippè faciebat synagoga, quæ terra prauarum affectionum, & cauda malitiôsæ intentionis, aures suas obturauit, ne verba Dei audiret. Contigit Christo redemptori nostro cum Pharisæis, quod multò ante Salomon, in suis prouerbijs prædixerat. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. Id est, sicut si quis infundat acetum in nitro, quod quidem non libenter recipit, sed continuò crepat & ebullit, & tandem à se ipso, tanquam rem disconuenientem, valdequè inimicam, vi excutit: sic & non aliter contigit concionatori diuini verbi, qui incantator animarum appellatur, còquòd prædicatione sua soleat eas attrahere, & suadere: dum enim cordi pessimo, & in vitio indurato, carmina sua profert, interdum potius damnat, quàm proficiat, quia in iras exardescit,*

*Simile.*

*Psal. 57.*

*Aspis. Magister de proprietatibus. lib. 11.*

*Prou. 25.*

egre ferre, & audire. Obturauerunt enim aures suas, ne audirent Christi verba, aut illa opere compleant: sed magis verbis eius exasperabantur. Et quemadmodum in estate, cum terra est nimis arida, si pluuia de caelo descendat, ferè omnes guttæ conuertuntur in bufones, seu rubetas. Pluuia illa tamdiu desiderata, quæ dum terra benè disposita est, in pulcherrimos flores, & suauissimos fructus conuertitur: tunc propter indispositionem terræ, nil aliud nisi animacula illa venenosa germinat & producit: nõ secus pluuia illa cœlestis diuini verbi, quæ super arida Pharisæorum corda descēdebat, in serpētes, & mortiferum venenum conuertebatur. De illis namque Diuinus Citharæus cæcinit. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Refert de serpenti aspidis Magister in libro de proprietatibus rerum, quod vnam aurem cauda occludit, aliam verò terra, ne audiat incantatoris versus, quando carminibus suis, venenum eius enervare & impedire conatur, vt eum viuum apprehendere possit. Sic quippè faciebat synagoga, quæ terra prauarum affectionum, & cauda malitiôsæ intentionis, aures suas obturauit, ne verba Dei audiret. Contigit Christo redemptori nostro cum Pharisæis, quod multò ante Salomon, in suis prouerbijs prædixerat. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. Id est, sicut si quis infundat acetum in nitro, quod quidem non libenter recipit, sed continuò crepat & ebullit, & tandem à se ipso, tanquam rem disconuenientem, valdequè inimicam, vi excutit: sic & non aliter contigit concionatori diuini verbi, qui incantator animarum appellatur, còquòd prædicatione sua soleat eas attrahere, & suadere: dum enim cordi pessimo, & in vitio indurato, carmina sua profert, interdum potius damnat, quàm proficiat, quia in iras exardescit,

& contra ipsum prædicatorem conuertitur. Non aliter Pharisæi faciebant. Dum enim Christus verbo prædicationis suæ eos incantare intendebat, in verba bainiuriosa blasphemie contra ipsum prorrumpebant. Nõnè bene dicimus nos, quia samaritanus es tu, & dæmonium habes. Et alibi, In Belzebub principe dæmoniorum, eijcit dæmonia. Explicat ad propositum D. Gregorius in moralibus verba illa Iob, quæ habetur. cap. 19. Sed & halitum meum exhorruit vxor mea. Dicit, verba ista de Synagoga Christo ex iure desponsanda, esse intelligenda. Exhorruit enim eius halitum nec ferre illum valuit, quasi detestrina eius iniucunda esset, & verba eius aspera. Et mirum quidem est, quod halitum eius exhorruerit de cuius ore & labijs tot laudes prius protulerat. Labia eius, aiebat, sicut lilium distillantia myrrham primam. Dulce do melis sub lingua eius. Si ergo labia sponsi, O synagoga mirham primam & perfectissimam, quæ valde odorifera est, distillare videntur, & dulcedo melis est sub lingua sua, quomodo halitum eius exhorrescis, & quasi fetidum abominaris? Sed exi timo, hoc ideo tibi contigit, quia labia eius & si odorifera, tamen quasi mirra erant amara. Amara enim erant illis verba, quæ de ore Christi procedebant, nec asperitatem illorum ferre poterant, quando eorum superbiam, hypocrisim, & auaritiã reprehendebat. Nisi pœnitentiã egeritis, aiebat omnes simul peribitis. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis: Isaias populus hic labijs me honorat. Qui ex Deo est verba Dei audit, & similia: & ideo halitum eius exhorrebant, & quasi verba eius, verba vitæ non essent, ab illis aures auertebant.

Sed dicet fortitan aliquis. Ego libenter verba Dei audio, nihil mihi ambilius, quam concionibus adesse, non enim in tota hac quadragesima concionem aliquam prætermisi, quare securus ero de mea prædestinatione. & de numero electorum esse rationabilis coniectura iudicabo. Equidem, si verba Dei non so-

*Verbum Dei  
aure cordis  
debet  
audiri.  
Locus pro  
audiendis  
consonan-  
tiis:  
Audire pro  
obedire.  
Gen. 3.  
1. Reg. 15.*

*Simile.*

*Ezech. 33*

lum corporis aure, sed etiam cordis audiremus: non inepta esset illatio. Nam qui verba Dei corde percipiunt, hi filij Dei sunt, & electi. Verum quid proficit fratres, quod audimus quidem, non aure cordis, sed corporis. Non frustra Christus saluator noster, cum per Diuum Lucam de iactura diuini seminis ageret, exclamauit, dicens. Qui habet aures audiendi, audiat. Omnes enim aures habent, sed non omnes habent aures, quibus verbum Dei audiri debet, quæ sunt aures mentis & cordis, ad obtemperandum & obediendum verbo. Audire namque in scriptura sacra, obedire significat, & opere adimplere quod audis. Genes. 3. Quia audisti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. Et. 1. Regum. 15. dixit Samuel ad Saulem. Quare ergo non audisti vocem Domini? Vbi autem pro obedire, & opere complere sumitur, quia præceptum Domini de demoliendo Amalech contempsit. Ille ergo veraciter verbum Dei audit, qui opere complet quod dicitur: & ille electus existimari debet, & ad gloriam præordinatus, qui aure spiritus percipiens, præceptis Dei obedit. Sed vae nobis fratres, vae nobis, quam rari sunt, qui aure cordis verba Dei audiant, quam rari, qui opere compleant, vna aure auditur, & alia dimittitur. Sumus enim in verbo Dei audiendo, iudicibus & ciuitatum gubernatoribus perfimiles. Si enim literæ regis illis præsententur, exosculantur eas, & capiti imponentes, dicunt illis obedire, tamen pro executione supplicant. Dum nobis prædicatur verbum Dei, aliquali reuerentia illud audimus, & quasi deuotione mentis videmur amplecti, tamé pro executione supplicamus. Non enim quod aure audimus, opere adimplemus, qui potius operibus nostris verbo Dei resistimus, & legem eius transgredimur. Hoc est, quod per Prophetam Ezechielem, non sine magno doloris inditio Dominus proferebat. Filij hominis, filij populi tui, qui loquuntur de te iuxta muros, & in ostijs domorum, & dicunt vnus ad

alte-

alterum; Venite audiamus, quis sit sermo egrediens a Domino. Hazen de la palabra de Dios conuersacion y entretenimiento, y dicen por burla. Venimos, que trae de nuevo este predicador. Et veniunt ad te, quasi si ingrediantur populus, &c. Rectè inquit, veniunt ad audiendum verbum diuinum, quasi populus: nam qui solum curiositatis causa audiunt, quasi non audire existimantur, & auditorium, quod solum aure corporis audit, quasi non auditorium iudicatur. Implentur quidem templa, sed rarissimus est auditor. Quare, inquit. Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris tui verterunt illos, & es eis quasi carmen musicum, quod suavi; dulcique sono canitur. Contingit media nocte in platea, aliquos instrumentis musicis, citharis & liris, dulciter modulari, ad quorum suauem concentum, vicini in lecto dormientes excitantur, & è lectis consurgunt, ad musicam ipsam audiendam: qua peracta & finita, statim ad lectum & somnum regrediuntur. Sic plerisque verbum Dei audientibus (quod dolendum est) solet contingere. Dum verbum Dei audiunt, valde delectantur & suspenduntur, & pro illo momento a vitijs, in quibus sopiti iacent, excitantur, & resurgunt: tamen finita verbi Dei harmonia, & completo sermone, regrediuntur ad lectum prauæ consuetudinis, & iterum in vitijs & peccatis volutantur. Lulitanus quidam auctor, in Commentarijs super Ezechielem, expendens hæc verba, sic inquit. Audiunt te voluptatis causa, sed doctrinam tuam minimè sequuntur. Quemadmodum nonnulli homines oblectantur musica, & musicos aliorum fortitudinem, & res gestas, ac facta præclara canentes, libenter audiunt, sed virtutes, quas illi laudibus efferunt, & cantu celebrant, imitari non curant. Sic filij Israel oblectationis, & recreationis solummodo causa te audiunt, consilia autem tua,

*simile.*

*Hector  
pin.*

peritius contemnunt. Huiusmodi sunt, qui nunc concio-  
natores audiunt, vt eorum mulceantur artificio, eloquen-  
tia, & doctrina, non autem vt iuxta eam, rationem diri-  
gant vitendi. Vt apes prata percurrentes, solum floribus  
delectantur, & illos decerpunt contempto fructu: non  
secus auditores illi ex tota concione nihil aliud, nisi flo-  
res & curiositates eligunt. Super quos illi Esaiæ maledi-  
ctio, quæ habetur, 17. cap. cecidisse videtur. Propterea plâ-  
tabis plantationem fidelem, & germen alienum germina-  
bit. Plantatio fidelis est verbum Dei, & sancti Euange-  
lij prædicatio, & ex hoc semine & plantatione, nil aliud,  
nisi curiositatis vanitatem colligunt. Perhibentur esse  
aliquæ terræ adeo steriles, vt si in eis triticum seminaueris,  
non triticum sed tipham tibi referant. Non secus ali-  
quibus contingit, in quorum cordibus, si semen verbi  
Dei seminaueris, non virtutis fructum, aut vitæ perfe-  
ctionem, vt par esset, sed paleas curiositatis proferunt. Loco  
eius, quod iuxta editionem vulgatam legitur. Et es eis  
quasi carmen musicum, septuaginta habent. Et es eis quasi  
vox psalterij, & verti potest. Et es illis veluti canticum  
amorum. Quod quidem hunc sensum habere poterit,  
vt sit exaggeratio suæ malitiæ, & quasi quædam culpæ ag-  
grauatio. Quasi dicat. Verbum quod illis prædicat, non  
dûrum est aut asperum, non comminatorium aut terribi-  
le, sicut verba aliorum Prophetarum esse solent, quæ nõ  
nisi bellum, gladium, & mortem insonant, sed verba  
tua lenia sunt & dulcia, omnique suavitate referta, sicut  
canticum amantium esse solet: & tamen etsi audiant, sed  
adimplere nollunt. Hoc idem de nobis ipsis non incon-  
gruè dici potest, fratres, qui licet ad audiendas concio-  
nes conueniamus, in quibus verbum Dei proponitur,  
non asperum sed lenè, non difficile, sed facile, non ama-  
rum & terribile, sed super mel suave & dulce, illud ad-  
implere non curamus. Non enim oportet hoc animo ad  
audiendum verbum Dei accedere, quo ad spectaculum,  
puta, vt tantum delectemur, sed vt vitam emmendemus,

& me-

& meliores efficiamur. Nam solet Deus aures pertinacia,  
& qui ad verbum Dei obturantur, refecare & abscindere,  
in sui rebellionis pœnam: iuxta illud Esai. c. 5. Excæca cor  
populi huius, & aures eius aggraua, vt videntes non videant,  
& audientes non intelligant. Et hinc est, quod inquit quidam doctor, vi-  
delicet, quod in passione Malcho auris abscissa est, propterea quod  
audiens verbum illud efficax, Ego sum, quando omnes in ter-  
ram ceciderunt, non est conuersus in signum, quod au-  
ris rebellis synagogæ erat refecanda, nè verbis Dei ob-  
temperaret. Cauemus fratres, ne simili puniamur pœ-  
na, si prædicationi uerbi Dei simus rebelles, & non po-  
tius illi obediamus. Contingere solet nonnunquam,  
quod aliquis fores alicuius domus pulsat, & cū intus in  
saltando, vel voluptate captanda sint præoccupati, etiam  
si semel atque iterum ad ianuam pulset, respondere nol-  
lunt, aut ianuam aperire: tunc rædio & ira affectus, pesu-  
lo exterius ianuam recludit, vt cum velint, exire non  
possint. *ay estareys auque os pese, puis no auerys querido  
abry.* O Deus sancte, Christe mundi redemptor, & ani-  
marum nostrarum reparator, qua so Domine, per sangui-  
nis tui merita, ne hoc nobis contingat, & ne hoc punia-  
mur supplicio. Ecce ego, inquit, sto ad ostium, & pulso,  
si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum, &c. Quod  
si aures nostras obturamus, & clamoribus tuis non res-  
pondemus, quid debet sperari, nisi quod per obstinatio-  
nem, corda exterius recludas, non quidem positiuè, sed  
negatiuè, subtrahendo auxilium efficax, quo de peccatis  
& sceleribus nostris exire valeamus. Ergo fratres, si vo-  
cè eus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sed au-  
re cordis illam percipite, vt electos vos esse comprobe-  
tis, & ad vitæ præordinatos. Anima mea liquefacta est, ai-  
ebat sponsa, dum sponsus loquutus est mihi. Si enim hoc  
egerimus, & verbis eius fuerimus obsequentes, tunc  
non leui coniectura suspicari possumus, ex numero  
suarum ouium, quæ ad cœlestes caulas spectant, esse

X 5

futu-

*Esai. 7.*

*simile.*

*Ezech. 33*

*Esai. 6.*

*simile.*

*Apoc. 3.*

*Cant. 5.*

futuros: quod nobis contingat, hinc per gratiam, & in futuro per gloriam.

# FERIA QVARTA post Dominicam in passione.

## CONCIO.

*Quousque animam nostram tollis? Si tu es  
Christus, dic nobis palam.*

Ioan. capite 10.



**I**NCET incarnatio Verbi Dei & aduētus eius in mundum, opus fuerit secretissimum, & in mysterio absconditum, quod nemo principum huius sæculi (vt inquit Paulus) naturali lumine cognouit: non tamen in præuisum fuit, & inauditū, quin potius per Patriarchas & Prophetas, multo ante prænūciatū: vt ex his, quæ de illo scripserāt, posset mundus eum agnoscere, & ad veram suæ diuinitatis notitiam peruenire. Zachar. 3. cap. Prophetæ sancti, viri portēdentes appellantur: quod D. Hier. adnotauit, super quartum Ezechielis caput. Ratio autem huius nominis est, quia suis verbis & operibus, non solum Christum, quem sperabant, sed etiam omnia fidei nostræ mysteria portendebant. Hūc accedit, quod per Oseam protestatur, dicens. Ego loquutus sum per Prophetas, & ego visionem multiplicauit eis; & in manibus Prophetarum assimi-

Zach 3.  
D. Hier.  
Propheta  
viri portēdentes.  
Osee. 13.

assimilatus sum. Quem locum D. Hier. D. Chrysostom. & Dionysius, Alexandrinus, epistola contra Paulum Samosatensem, de similitudinibus & figuris, quæ præcesserunt Christum, in quibus quasi quibusdam coloribus delineatus erat & depictus, intelligunt. Quasi dicat. Ne excuset sua ignorantia Iudæos dicentes, nō nouimus Christum, non habuimus de illo sufficientem notitiam. Hoc enim obstinatum eorum animum excusare non valet: quia ego loquutus sum per Prophetas, & multas visiones eis ostendi, multisque similitudinibus usus sum, quas hominibus referrent & prædicarent, vt per eas ad mei cognitionē peruenirent. Quare in manibus Prophetarū assimilatus, & quasi in tabula quadā depictus sum, vt examināta imagine, & ijs, quæ de me scripserūt perspectis (nisi omnino cæcuciant) de me dubitare non possint. Hæc est fidei nostræ dignitas & præstantia, in qua reliquas mundi leges superexcellit, quod non clausis, quod aiunt, oculis procedit, non absque vlla ratione & fundamento, sed habet fidelissimos suæ veritatis testes, quibus nititur, Prophetas scilicet sanctos, lumine Spiritus Sancti suffultos, & interna cognitione illustratos, qui a principio mundi de rebus ad nostram fidem spectantibus testificati sunt. Nullum est mysterium, quod ab eis non fuerit prædictum, & in eorum manibus exaratum. Quidquid fides nostra credit, ipsi per reuelationem acceperunt, vt quasi per pedagogos, & fidei magistros, per ipsos Ecclesia sancta edoceret. Hoc est, quod iactabundus Deus Gentilibus obijcit, in quo eos carpit per Esaiam .44. Quis similis mei? vocet, & annunciet, & ordinem exponat mihi, ex quo constitui mihi populum antiquum, ventura, & quæ futura sunt. Ex tunc audire te feci, & annunciaui. Vos testes mei estis. Sunt multi, inquit Deus & redemptor noster, qui numen deitati mihi soli debitum, falso sibi arrogat: si quis est, qui ratione & disputatione id sustentare audeat,

D. Hier.  
D. Chrys.  
Dionys.  
Alexand.  
Christus  
in Prophe  
tis deli  
neatus.

Fidei no  
stra præ  
stantia.

Esai. 44.

pro-

prodeat in publicum, & mecum descendat ad certamen, ut ostendam mei nullum esse similem, sed quod ego sim primus & nouissimus. *probare ser sin prime o y sin segun- do.* Nam etiam si Lucifer cum alijs angelis se coli pronominibus postulant, facile deprehendi potest non esse Deos. Nam dicant nobis ventura, narrent prima quae fuerunt, sicut ego feci ex quo constitui populum antiquum, & probabunt se esse Deos. Populum antiquum congregationem Angelorum vocat, quos D. Basilius & Gregorius Nazanzenus ante creationem huius mundi credidere esse creatos, quod modo non disputamus neque asserimus. Stat ergo veri Dei probatio in hoc, quod per Prophetas fuerit praeuisus & praenuntiatus. Quis enim vnquam de Gentium dijs vaticinatus est? Quis de eorum factis & numine aliquid praedixit. Quis de Serapide & Iside aliquid autenticum praenunciavit? Quin potius depingebant illos Aegyptij, & in templis suis constituebant, silentio committatos, ut ab omnibus venerentur: ut hoc facto inuerent, quinam illi fuerint ignorasse, vel tales fuisse, quod eorum vita & mores, silentio indigerent. Quis etiam de Mahomat & eius falso Alcorano prius quam essent, aliquid loquutus est? Quis de Arrio & Luthero, & alijs fidei nostrae apostatis? De quibus, si aliquid apud Prophetas inuenitur, non ad eorum approbationem sed reprobationem spectat. Quod si omnes Prophetarum testimonium peribuerunt de Christo, & eius fuerunt praecursores & praenuntij, in quo completa sunt omnia diuina oracula, quae de illo praenuntiata fuerant, ergo manifeste sequitur, illum esse Deum, & verum Mesiam in lege promissum. Obijciat nobis aliquis. Si hoc ita se habet. Quomodo Pharisei in lege versati, & in Prophetarum oraculis, non medioeriter eruditi, non receperunt Christum neque agnouerunt eum? Respondeat illi D. Paulus ad Roma. 1. Execauit eos malitia eorum. Ex malitia prouenit illis caecitas, nam solet malitia quae in voluntate est, tenebras intellectui

*D. Basilius  
Grego. Nazan.  
241.*

*Marcus.  
Vatro.  
Coutyru.  
lib. 2. Emblemata.  
Serapis & Isis.*

*Malitia  
sua Phari-  
seis ex-  
caecauit.  
Obscurata  
est inspi-  
es coriois  
Rom. 1.*

lectui suffundere, propter maximam vicinitatem, quam habent. Praeuidit hoc Evangelicus ille Propheta Esaias, sui vaticinij cap. 6. vbi cum famosam illam visionem referret, quando Deum vidit supra folium sedentem, & angelos circumuolitantes, qui gloriam eius decantabant, subdit rem, & creditu quidem difficilem (nisi adlit fides) & narratu mirabilem: scilicet, quod quando tota terra repleta est gloria Domini, per Christi veri Dei cognitionem, tunc commota sunt superluminaria cardinum domus Domini, & repleta fuit fumo & nebula. Quod iuxta Diui Hieronymi & Cyrilli interpretationem, nihil aliud significat, nisi quod quando totus mundus cognouit Christum, ex luce Evangelica & miraculorum claritate, tunc templum synagogae corruit, & tota eius domus caecitate & ignorantiae tenebris, non Christum agnosceret, fuit suffusa. Patet hodie haec synagogae caecitas in Phariseis & scribis, qui post tot Christi miracula, post tot miranda opera, quae manifeste ostendebant, verum esse Mesiam in lege promissum, cum in festo Enceniorum in porticu templi Salomonis deambulare, circumdederunt eum, quisnam esset ab eo interrogantes. Sed ad historiae seriem reuertamur.

*Esai. 6.*

*D. Hier.  
Cyril.*

*Facta sunt encania in Hierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo, in porticu Solomonis.* Celebrabatur tunc Hierosolymis festum Encaniorum. Encaniae a verbo Graeco Zenos, vel Zenon dicuntur, quod nouum significat, quare festum Encaniorum, iuxta Diui Augustini interpretationem, significat festum illud, quod in memoriam institutum est, quando primo post restorationem templi, Deo sacrificia sunt oblata. *La fiesta de la estrena, o norabuena del templo.* Ad cuius latiore intelligentiam, aduertendum est, quod tres huius templi dedicationes celebrabantur. Prima, quando a Salomone templum fuit primo aedificatum per septem annorum spatium, sine alicuius ferrei instrumenti sonitu. Secunda, quando destructum a Babylonijs, post captiuitatem fuit reedifica-

*Encania.  
quid?*



Vide de  
hoc Card.  
To'er.  
3. Reg. 6.  
1. Esdr. 6.  
1. Mala. 4  
Beda.  
Alchin.

tum. Tertia, quando altare solúm, quod prophatum  
erat á gentibus, sublatum fuit, & nouum erectum per Tu-  
dam Machabeu. Prima celebrabatur septimo mense, qui  
est September, vt constat ex .3. Regum. 8. Secunda ter-  
tia die mensis Februarij, qui erat apud Hebræos duode-  
cimus, & vocabatur mensis Adar, vt constat. 1. Esdræ, ca-  
pite. 6. Tertia fuit vigesima quinta Nouembris, qui est  
mensis nonus, vt constat ex. 1. Machabeorum. 4. Vt ergo  
intelligamus de tertia dedicatione Euangelistam fuisse  
loquutum (Sic enim Beda & Alchuinus sentiunt) subdit  
hieme contigisse.

Dubium:

Sed hinc dubium minimè contemnendum emergit.  
Si ergo templum illud Salomonis antiquum iam rua-  
rat, & funditus fuerat per Babylonios euersum, dein-  
deque per Zorobabelem reedificatum, & per Iudam  
Machabeum aliquantulum reformatum, videtur, quód  
templum Salomonis appellari non debuit, cum forte  
neque vllus lapidis illius antiquæ fabricæ remane-  
ret: sed potius templum Zorobabelis, aut Iudæ erat  
nuncupandum? Verùm in hoc summa Dei liberali-  
tas apparet, qui manum suam extendit in retribuendo,  
& nullum opus irremuneratum relinquit. Tanta  
est Dei in retribuendo largitas, quód si contingat,  
personam non esse capacem, aut dignam bonorum  
cælestium in bonis his terrenis, quæ multo inferioris  
conditionis sunt, seruitia eius remunerat. Constat  
hoc ex Ezechiele, capite. 29. vbi Prophetam suum al-  
loquens, inquit. Fili hominis Nabuchodonosor rex  
Babylonis seruire fecit exercitum seruitute magna ad-  
uersus Tyrum. Omne caput caluum, & omnis hu-  
merus depilatus est: & merces non est reddita ei, ne-  
que exercitui eius, &c. Et sequitur. Ecce ego dabo eum  
in terra Aegypti & accipiet multitudinem eius, & de-  
prædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius, & erit  
merces exercitui eius. Seruierat Deo hic Nabuchodono-  
sor, qui aliquibus existimatur Cambyfes filius Cyri,  
in Ty-

Deus libe-  
ralis in re-  
tribuendo  
mercedē.

Ezech. 29

in Tyri expugnatione cum omni exercitu suo, tam  
dura seruitute, quód milites præ frequenti galearum  
armatura, calui reddebantur, cum diu, noctuque ca-  
pita haberent galeis cooperta, & humeri eorum essent  
detriti, præ crebra ponderam, & sarcinarum magnitudi-  
ne, pro quibus laboribus nullam adhuc mercedem rece-  
perant: quapropter vocat Deus Prophetam suum. &  
ait illi. Nè existimes, ó Propheta, obsequij Nabuchodo-  
nosoris me esse oblitum. Haud ignoro in expeditio-  
ne Tyri, ipsum cum omni suo exercitu multa fuisse  
perpeßum. Vade ergo, & annuncia illi, quód in Aegyp-  
to mercedem illi assignatam habeo, Aegyptum valde  
oppulentam oppugnabit, & ex illa permagnifica re-  
portabit spolia, vt mercedem obsequijs & laboribus  
debitam recipiat. Sed dices forsitan. Nunquid non  
iste paganus erat & idolatra? Nunquid non Dei ini-  
micus? Quam ergo mercedem erat accepturus? Equi-  
dem negari non potest, quin peccatores & infideles  
aliqua opera moraliter bona, & rationi consentanea  
præstare possint, eth non vitæ æternæ meritoria, quod  
& doctores scholastici fatentur, & Conciliorum decie-  
ta determinant. Opera hæc cum bona sint, remunerari  
debent, non quidem beatitudinis præmio, quod  
solis amicis debetur, sed præmio aliquo temporali,  
quod sub peccatoris merito potest cadere. Quare Na-  
buchodonosor, qui dignus beatitudine non erat, in  
remunerationem sui laboris, spolia terræ Aegypti  
in præmium dedit. Sed ad rem deueniamus. Salo-  
mon secundum aliquorum sanctorum opinionem, (&  
utinam non veriores) condemnatus est, quod modo nõ  
decernimus, quare egregiè illud opus edificantium Dei do-  
mum, cum summa laude & remuneratione dignum esset,  
debit quidem in aliquo mercedē accipere. Recepit au-  
tem hanc humanam gloriam, quód semper nonien Salo-  
monis retineret. Non enim templum Zorobabel, neque  
templum Iudæ, sed templum Salomonis appellatur. Adde  
etiam

Infideles  
possunt ope-  
rari ali-  
qua opera  
moraliter  
bona.

D. Bona.  
in 2. d. 157.  
28. S. 1. 1.  
2. 2. quæst.  
109. art.  
2. C. 1. 1.  
1. 1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1. 1.

etiam, quod licet in reddenda omnium operum mercede Deus liberalis existat, multo magis cum his, qui alicuius egregie virtutis fuerunt inuectores, & ut eam sequerentur, alijs exemplar extiterunt. Si enim malorum inuectores sic Deus punire solet, & tam acriter in eos inuehitur, ut ex scriptura sacra manifeste colligitur, ergo & inceptores virtutum, magnis premijs donabit. Hominem illum, qui post latam legem, die sabbathi ligna colligebat, forte ad parandum cibum, ex Dei consilio Moyses lapidare iussit, non ob aliud, ut crederim, nisi quia primus fuit, qui post promulgationem legis, preceptum illud de sanctificatione sabbathi violare fuit ausus. In actibus Apostolorum Ananias & Saphira eius vxor, iubente Apostolo Petro miserabiliter perierunt, eodolum, quod partem suorum bonorum sibi reseruarunt. Quod quidem vniuersae Ecclesiae admirationem pariter & timorem incussit. Quod ideo factum esse existimo, quia illi fuerunt primi, qui proprietatem in Ecclesia Dei introduxerunt, in his, quibus est prohibita. Hec eadem fuit causa subuersionis Hierosolimitanae. Esai. 3. vbi ait. Ruit enim Hierusalem, & Iudas concidit, quia adinuationes eorum contra Dominum. Et licet hoc vitium in omnibus vniuersaliter reprehendi debeat, in his maxime, qui alijs dignitate praeferuntur, principibus inquam, ducibus, & praelatis, qui sunt reipublicae capita, & totius Ecclesiae sanctae lumina, qui alijs sibi subditis per bonum exemplum tenentur splendere. Si enim populi duces a via virtutis, & religionis deuierint, quid de reliquis spectari debeat, nisi quod eos imitentur, & in magnam suarum animarum perniciem, eorum vestigia sequantur. Ex principum enim & maiorum ducatu, totius vulgi gubernatio pendet, & ex eorum corruptis & deprauatis moribus, omnis reipublicae status inturberatur. Esai. 1. capite, vbi dicitur. Principes tui infideles, littera Hebraea habet. Principes tui putridi & fatidi, quod proprium videtur esse piscium. Pisces enim hoc habent, quod corrupto

&amp;

& putrefacto capite, facile totum corpus corrumpitur. Non secus contingit in reipublica, vbi corruptis maioribus & principibus morum prauitate, facile reliquus populus corrumpitur. Quapropter, non inepte quidam dixit, quod particularis homo peccans, quasi cadaver est mortuum, quod statim sepulturae mandatur, & a nemine videtur: at homo in dignitate constitutus, quasi cadaver in sepultum, & supra crucem aut palum erectum, quod aeternum solet inficere, & pestem generare. Inficitur enim tota reipublica maiorum exemplo, & moribus eorum corruptis. Dicitur in Exodo cap. 9. quod Mose, cinerem in altum subleuante & proijciente coram Pharaone, facta sunt grauissima vlcera, vesicarum turgentium, quibus Aegyptij cruciabantur, & vna fuit ex praecipuis plagis, quas passi sunt. Est autem cinis sterilis, & vilissima materia, ad aedificandum inutilis, & ferè ad omnem usum ineptus. Sic nimirum, quando sterilis peccator, qui quasi cinis est extinctus, & nullam in se charitatis scintillam habens, ad fastigium dignitatis exaltatur, maximam plagam & populi perniciem operatur. Et forsitan ad hoc propositum verba illa Psal. 11. sunt interpretanda. In circuitu impij ambulat: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Nam D. Hier. ex Hebraeo sic vertit. In circuitu impij ambulat, cum exaltati fuerint vilissimi filiorum hominum. Id est, cum peccatores, qui inter filios hominum sunt vilissimi, & inter terrae feces, & sordes reputandi, tunc quidem impij ambulat in circuitu, ut malum operentur, & omnis iudicij, & aequitatis ordo peruertitur. *Todo anda herrado, y al reuoluer.* Quia iuxta exemplar sibi propositum, omnes operantur. Quod si praefecti, & praelati, a quibus quasi a quibusdam reipublicae fontibus, omnium virtutum origines scaturire debent, alijs per bonum exemplum praesentent, & alicui perfectioni aut virtuti dent initia, proculdubio magnam apud Deum suorum operum mercedem,

Y

ccdem,

Smile.

Exod. 9.

D. Hier.  
versio.

*Euse. emi  
se. Uim.  
de initio  
qua drage*

cedē consequentur . Tractat argumentum hoc Euse-  
bius Emil. in quadā Homil. dicēs. Sicut quando aliquis  
peccat sub conscientia, ac destructione plurimorum,  
de pluribus incurrit reatum, & quantum per vnus mē-  
bri vitium serpit, late diffusum reliqua per membra con-  
tagium, tantum in actorem suum multiplicis mali re-  
currit augmentum : & quantos deltruxit, de tantis sibi  
materiam damnationis congregabit . Commissio enim  
peissimo opere, contristantur boni, subuertuntur ma-  
li (vtnam non etiam boni, nimis enim penetrabile  
telum est imitatio deteriorum . Ita autem ē contrario,  
quando quisque de Ecclesiæ filijs, aliquod bonum pro-  
fitetur, in publicum crescit deuotio mirantium, ac de  
tantis acquiruntur bonorum operum fructus, quanto-  
rum velut balsami suauitate condiuntur affectus. Hinc  
fit quod sicut primos vitiorum inceptores, & qui alijs  
per malum exemplum initia dant peccandi, Deus acriter  
punit . Sic etiam propter eandem rationem  
eos, qui suo exemplo, ad virtutem alios prouo-  
cant, & alliciunt, larga manu remunerat . Dicitur  
Esa. 3. Dicite iusto quoniam benē quoniam fru-  
ctum adinventionum suarum comedit. Dubitat Ly-  
ranus ob quam causam coronā regia tribui Iudæ sit da-  
ta. Genesis 49 Non auferretur sceptrum de Iuda & dux  
de femore eius &c. Cum tamen videatur magis ad pri-  
mogenitum Ruben, vel ad alios primo natos perti-  
nere ? Cui dubio respondet quod datum fuit reg-  
num & dominandi ius propter quodam facinus ægre-  
gium quod Abinadab, qui fuit abnepos Iudæ fac-  
turus erat in transitu maris Rubri, cuius exemplo  
animatus reliquus populus, mare est ingressus. Con-  
tigit in hunc modum, quod filij Israel ad litus  
maris accedentes, cum viderent mare intumes-  
cere, & eius profunditatem ex ea parte, qua diuis-  
sum erat, non sine magno metu & admiratione  
intuerentur : non audebant infidis eius vndis se cre-  
dere,

*Dubium.  
Lyranus.  
Regale  
Sceptrū,  
quare tri-  
bus Iuda-  
darum.  
Ad hunc  
sensu ex-  
plicat Ti-  
tel. illud  
Psal. 113.  
facta est  
Iudæ san-  
ctificatio  
eius.*

derē ; sed hæsitabant omnino, & dubij, quid face-  
rent, nesciebant . Tunc Aminadab populi illius dux  
in curru suo ascendens, totam suam spem in vno Deo  
reponens, & vexillum supra currum erigens, vt omnes  
eum sequerentur, mare est ingressus. Respondit votis  
euentus: nam exemplo suo inducti, omnes illū sunt se-  
quuti, & deluso hoste, & inter vndas submerso, mare sicco  
pede transferunt. Ad hoc propositum spectare videntur  
verba illa á Synagoga prolata, Cantorum capite. 6. *Cant. 6.*  
Nesciui, anima mea conturbauit me, propter currus  
Abinadab. Vbi vertit Simachus . Dubitauit anima  
mea, ad quadrigas populi dominantis. Fuit enim Sy-  
nagoga tunc nimis anceps, & dubia, quando vidit  
Abinadab quadrigas suas parantem, ad ingrediendum  
mare. Propter hoc egregium factum meruit tribus Iuda,  
vt eius esset sceptrum & corona, & quod dignitas  
regia multo ante, non Ruben, sed Iudæ ascribere-  
tur. Curate igitur fratres, & omni conamini studio,  
esse virtutum inuenteres, & vestro suasu & exemplo,  
alios ad virtutem attrahere : caute, né vitiorum pri-  
mi autores sitis, & alijs petra scandali : Sicut enim hos  
seuerē Deus castigat, sic illos liberaliter remune-  
rat : Salomon primus fuit in Israel, qui suprà-  
mo Deo, quem cœli continere non possunt, templum  
ausus est ædificare, & ideo hanc illi rependit glo-  
riam, vt templum illud, semper Salomonis appel-  
letur.

*Anbulabat,* non in templo ipso, sed in porticu, dum  
necessaria ad sacra facienda parabantur, vt disca-  
mus hinc, quanta reuerentia domui Dei sit exhibenda,  
debetur enim locis Deo factis & dicatis magis reueren-  
tia. Hoc nobis primó docuit Iacob Patriarcha Gen. 28.  
Expergescens á somno, in quo visionem illam An-  
gelorum viderat ; & scalam vsque ad cœlum pertin-  
gentem, & Dominum ipsū in summitate scalæ exis-  
tentem, tremefactus dixit : Terribilis est locus iste,

*Cant. 6.*

*Simach.*

*Gen. 28.  
Temp um  
Dei, qu- n  
tam reue-  
rentia dig-  
num.*

Verè non est hic aliud nisi domus Dei: Terribilem locum illum appellat, id est, omni reuerentia dignum: & se ipsum reprehendit, simul & excusat. Reprehendit quidem, quòd minus reuerenter in loco illo dormierit, excusat verò, quoniam, ipse nesciebat illius loci sacramentum. Sed quare terribilis & tanta reuerentia dignus ille locus censebatur? Dicunt aliqui quòd in eo loco templum Dei fuit, postea ædificatum. Quòd si locus ille in quo templum Dei ædificandum erat, eò solum quòd ad hoc munus erat destinatus, tanta reuerentia dignus fuit, quòd in eo dormire nefans putet Jacob, quid quæso erit in Ecclesia Dei, vbi quotidie veneratur & collitur, & vbi sanctissimum eius corpus habitat, aliquid indecens, & inhonestum committere. Pudeat nos fratres, & me quidè reprehendere, & vos audire, tam irreuerenter in domo Dei existerè, & in loco sancto & diuino cultui dedicato tot flagitia committere. Ibi enim quasi ad oculum eum offenditis, & vestris sceleribus irritatis. Ad Ecclesiam murmuraciones & detractiones referuatis, ibi verba lasciuia & inhonesta profertis, ibi signa ad malum finem ordinata, & vtinam non etiam carnales conuentiones fiant. Audite quæso quid dominus per Ieremiam dicat capite. 7. vt sciatis quam graue sit peccatum Deum intra proprias ædes offendere. Tu autem, inquit, ó Ieremia, noli orare pro populo, neque assumes pro eis laudem. Sed antequam ad hunc locum explicandum deueniamus, alium accipite, ex cuius intelligentia eius explicatio pendet. Diuus Ioannes in sua Canonica 1. capi. 5. inquit. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Quod nam erit hoc peccatum, pro quo dilectus decernit non esse exorandum? Certè nullum peccatum est in hac vita, quod per penitentiam non sit expiabile. Quod ergo erit peccatum ad mortem? Ambrosius Catarinus tenet, esse peccatum in spiritum sanctum, quod tum demum adest, quando semota passione, scienter homo

Iere. 7.

Peccatum  
ad mortem  
quod nam  
dicitur.  
Ambr.  
Cata.

homo salutarem veritatem sibi oblata respuit, quòd est spuerè in præciosissima Spiritus Sancti donà. Consentit huic expositioni Titelmanus. Sed aduerte, quòd peccata hæc non omnino sunt desperata, sed solum naturali cursu & ordine. Licet enim huiusmodi peccata dicantur ad mortem, quantum est ex parte sua, non idèò alligatur diuina manus, quin possit etiam ijs, qui huiusmodi sunt, vitam restituere. Exemplo medici hoc fiet manifestum. Accedit medicus ad visitandum infirmum, & ex pulsu & alijs signis, iudicat esse ad mortem, nullamq; salutis spem sibi superesse, & ait. Non est cur oleum & operam perdamus, equidem infirmus hic in corruptione redit, & omnino de eius vita desperatur. Hoc medici iudiciu, solum secundum naturalem infirmitatis cursum, & attis suæ regulas, accipiendum est: nõ enim negat, quin Deus omnipotentia sua, possit illi salutem conferre. Sunt quidem peccata tam graua ex natura sua, & quæ in se tantam inuoluunt inualitiam, quòd regulariter sunt ad mortem, pro quibus non dico esse exorandum, etsi respectu diuinæ misericordiæ nullum sit peccatum in hac vita, quod penitentia deleri non possit. Erasmi expositio in hac parte non omnino mihi displicet. Inquit, quòd in primitiua Ecclesia, venialia peccata, quæ quidem nemo excusare potest, quotidiana præcatione debebantur: ex illo, Dimitte nobis debita nostra, sicut Diuus Augustinus exponit. Ceteru atrociora flagitia, non eodem modo sanantur, sed qui aliquod huius generis committebat, eiciebatur ab Ecclesia, nec recipiebatur, nisi maioribus a sibi remedijs, scilicet, ieiunio, dura penitentia, & lacrimis: & idèò determinat Ioannes, peccatum illius, qui peccauit ad mortem, non esse sola oratione expiandum. Iam ad Ieremiam deueniamus. Tu ergo Propheta noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi (quasi oratio manus habeat ad resistendum Deo.) Significat his verbis, graue nimis esse eorum peccatum, pro quo non est exorandum.

Titel.

Similia

Erasmi in  
annotat.

D. Aug.

quis. Tonde Propheta capillos capitis tui, & projice per aerem, sumeque in directum planctum, ut se celestissimi isti, vel sic sui celeris grauitatem agnoscant. Sed quod est Domine misericors & sancte, hoc flagitij genus, quod tantum te ad iracundiam & vindictam prouocauit? Fecerunt, inquit, filij Iuda malum in oculis meis, posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum. O detestandum facinus, in oculis suis illum offenderunt. Clam aliquem offendere, & in absentia illum iniurijs lacerare, & si malum sit, & quod solet homines ad vindictam prouocare: tamen quando iniuria fuit in oculis, quando aliquis in facie & in propria domo maledicatur, tunc quidem exardescit, & in iras exardescit maximas. Quid dicam fratres? unde facti incipiam? quomodo conceptum sermonem explicare queam? Quis non doleat ad tantam morum peruersitatem hac tempestate peruenisse, quod non solum offendimus Deum in nostris domibus, in vijs, in plateis, murmuracione, mendacijs, periurijs, & inhonestis verbis, sed quod magis dolendum est, in oculis eius, intra proprias aedes, in Ecclesia, vbi specialiter adoratur & colitur. Pudeat nos, ad tantam diuini nominis irreuerentiam peruenisse, cum videamus hodie Dominum ipsum, propter Patris sui reuerentiam, & propter exemplum nostrum, non in templo, sed foris, in Salomonis porticu deambulantem.

*Circumdederunt ergo eum Iudaei, & dicebant. Quousque uniuersam nostram tolis? Sicut es Christus, dic nobis palam.*

*Psal. 21:*

Quam recte Psalter nomine Christi dixerat. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Taurus (vt fertur) dum quempiam impetit, oculos claudit, ut eum cornibus dilaniet. Sic Iudaei clauderunt oculos, ne Christum agnoscerent, quarentes eum dilanare & occidere. Si enim oculos clauderent, non haberent, proculdubio ex Prophetarum vatic-

inijs, & ex miraculorum claritate eum agnoscerent. Opera quae ego facio, inquit ipse, testimonium perhibent de me, sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Sed ad quarelam Iudaorum reuertamur. Quousque, inquit, animam nostram tollis? Quandiu nos suspensos & incertos trahis? nimis te nobis manifestare differs, idcirco angore praemis & discrucias. Verba sunt inuidientium Christi famae & gloriae: & ideo de nomine regio eum interrogant (vt Hiericus & Chrysostomus censent) ut si Christum esse fateretur ansam accusandi eum apud Caesarem haberent. Habet hoc proprium inuidia, quod inuidum discruciat; & quasi suspensum habet. Et vide, ne forte inuidus Aman cruci fuerit appensus & affixus, ut mors eius, vitae quoque responderet. Fuerat illius vita perpetua quaedam crux, & ideo disponente Deo, crucifixus moritur, ut mors eius vitae quoque sit assimilis. Qui inuidus est, suam sibi ipse fouet infelicitatem: quapropter non incensum, quidam dixit.

*Inuidia Siculi non inuenire tyranni  
Maius tormentum.*

Huc spectat illud Iobianum, capite. 4: Tigris perijt, eo quod non haberet praedam. Existimabat ille Philosophus, qui cum Iob de hominum felicitate & miseria disceptabat, virum sanctissimum aliorum felicitati inuidere, sicut in principio capitis. 5. manifestauit, dicens. Paruum occidit inuidia: & redarguit eum, tigris illum comparando, qui se ipsum occidere & dilanare solet, eo solum, quod citharae concentum ferre non valeat. Inquit enim Plutarchus in moralibus. Ut tigrides si quis tympanis circumsonet, in rabiem agi dicuntur, adeo ut se ipsas denique discerpent: ita, ea quae bonas mentes comescunt, feras, &

Y 4 agrestes

*Ioh. 16:*

*Ericus.  
Chrysost.*

*Locus pro  
inuidia.*

*Heratius.*

*Iob. 4:*

*Iob. 5:*

*Plutarch.*

*Tig. is mu  
sua inimi  
cus.*

agrestes irritant, & efferant, atque quosdam offendit, quod illis addit animum. Iusti enim vita, quasi cithara bene temperata est, pro-filibus virtutes habens. quibus Deum magnificè laudat, iuxta illud Psal. Confitebor tibi in cithara; &c. Et hanc quidem iusti citharam invidus peccator, nullatenus ferre potest, sed quasi cruenta bestia, se ipsum cruciat, & dilaniat: quod in Phariseis non difficile est videre, qui ex Christi virtutibus & miraculis cruciabantur.

*Loquor vobis, & non creditis mihi, opera quæ ego facio in nomine patris mei, ista testimonium perhibent de me.* Taxat Christus his verbis obstinatum Iudæorum animum, qui nec verbis, nec operibus flecterentur. Loquor vobis, inquit, in Græco habetur. Dixi nam vobis, quasi de mendacioso reupacens, quod si verbis meis non adhibetis fidem, operibus adhibete. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa os & linguam habent, & de me testificantur. Sed quidem vestra duritia tanta est, quod nec verbis, nec operibus cor uestrum emoliri queat. Graphicè eorum duritiã diuinus Citharædus depinxit, dicens. Furor illis secundum similitudinem serpentis. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudit vocem incantantium. Vbi Diuus Augustinus inquit. Attè de quid ibi dicatur ad similitudinem, quid moneatur ad probationem. Vt si qui incantat, de tenebrosa caverna, aspidem vult in lucem educere, illa autem plus æquo amando suas tenebras, quibus se inuolutam occultat, exire nollens, allidit autem alteram terræ, alteram verò cauda sua obturat. Atque ita vocem incantantis minimè audiens, in antro suo, & in cavernis relinquitur. Non aliter serpenti isti Pharisei, & genimina viperarum, potius in tenebris peccatorum suorum permanere voluerunt, quam Christo Iesu sermonibus & operibus vocante, ad lucem Euangelicam prodire. Sed timeo fratres ( vt ad vos mea se conuertat oratio ) ne eadem durities nobis ipsis etiam possit impingi. Quotidie

tidie enim Deus nos vocat, & verbis per prædicatores suos, & operibus per sanctorum exempla: at nos admanente duriores, in nostris vitijs perseveramus, & de die in diem vsq; ad vltimū vitæ terminū, protrahimus peccata. Quibus illud Ieremiæ adaptari potest, quod capit. 5. sur vaticinij deplorat dicens. Indurauerunt facies suas supra petram & noluerunt reuerti. Per faciem cor intelligitur, nam sicut homo ab humanis oculis in facie cognoscitur, sic in corde cognoscitur à diuinis, quibus omnia nuda & aperta sunt. Et hæc facies in peccatore supra petram indurata est, quam verbi diuini malleus conterens, petras, conterere & confringere non potest. Cor, inquit D. Bernard. durum est, quod contritione non scinditur, precibus non flectitur, minis non cedit, flagellis obduratur. Prouenit, proch dolor, huius modi duritia & obstinatio, ex longa peccandi consuetudine, quæ quasi laqueus est inextricabilis, & detestandum rete, à quo difficulter quis explicare se potest. Depingit hoc patientissimus Iob capite 18. non sine magna verborum venustate, Sic enim inquit, de peccatore obstinato agens. Immissit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Desumpta est metaphorà à venatoria. Sicut enim avis escæ desiderio attracta, in loqueum & retia se immittit à quibus explicare se ipsam non potest, sed quò magis laqueos effugere conatur, eò magis in illis implicatur & constringitur: sic plerūque peccator esca bonorum temporalium deceptus, ultroneus in peccatorum laqueos se precipitat, à quibus postea propter magnam peccandi consuetudinem, summa cum difficultate liberari potest. Quia vt inquit D. Anselmus libro de similitudinibus, consuetudo peccandi, laqueus est in peccato detinens. Quapropter subdit. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Quam sententiam D. Gregorius sic explicat.

*1er. 5.*

*1er. 18.*

*D. Greg. 14.*

*1er. 14.*

Peruersa mens cum in peccatum venisse se conspicit, quadam cogitationis superficie, euadere peccati laqueos quærit, sed vel terrores, vel opprobria hominum timens, eligit in æternum mori, quàm ad tempus aliquid aduersitatis perpeti. Vnde totum se vitij in ferit, quibus iam se semel obligatum sentit. Et hoc est quod vulgo dicitur. *Preso por mil, preso por mil y quinientos.* Sed & sitis contra eum exardescit: quia quo agere peruerse consuevit, eò ad bibenda mala vehementer acceditur. Videamus igitur fratres, ne nobis idem, quod Scribis & Phariseis obstinatis contingat. Hi enim sceleribus suis irretiti, superbia videlicet, avaritia, & ira, qua contra Christum insanierant, quò magis ad eum accedere videntur eò magis ilaqueantur, & nec verbis, nec operibus mouentur ad credendum. Signum quidem, non solum obstinati, verum reprobati animi, quapropter ihis subdit.

*Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, oues meæ vocem meam audiunt.* D. Augustinus, tracta. 48. has oues de quarum numero istos incredulos Christus negat esse, interpretatur electos, & eos qui æternam salutem consequenturi sunt. Signum quo oues istæ cognoscuntur in aure gestant, illud est vocem Christi audire, & sibilum eius dulcem non horrere, concionibus interesse, & sacra frequentare. Oues illæ quibus vir sanctus Iob ditatus est, singulæ in aurem auream vnâ habebant, per quam in aure, teste D. Gregorio in suis moralibus, mandatorum Dei obedientia præsignatur. Qui in aurem hanc non habet, signum est ad oues Dei nõ pertinere. Verum est quod oues istæ, aliquando á pastore suo separantur, & á via cæli declinantes, per ardua vitiorum præcipitia feruntur. Alioquin, si hoc ita non esset, Eliaz non diceret. Omnes nos quasi oues errauimus, vnus quisque in viam suam declinauit. Neque Dauid de se ipso fateretur. *Erraui sicut ouis quæ*

D. Aug.  
Andire  
verbũ Dei  
prædesti-  
nationis  
signum.  
Iob. 42.

D. Greg.

Isaia. 3.  
Psal. 111.

quæ perijt, quare seruum tuum: verum in hoc, á diaboli ouibus distinguntur, quòd istæ sibilum Christi non audiunt, neque vocem eius agnoscunt, indurantur enim ad clamores eius, & aures suas obturant. At illæ, quæ Christi per æternam electionem sunt, cognoscunt eius vocem, & vocatæ, ad eius gregem reuertuntur. Harum ouium fuit Matthæus, harum fuit Magdalena, harum etiam fuit Paulus & Dimas. Non enim vocationi Dei resistunt, sed statim mundum relinquentes, anuerunt ei. Huc attinet promissio illa per Amos facta, capite tertio. Quomodo si eruat pastor duo crura, aut extremum auriculæ de ore leonis, sic eruentur filij Israel. Bone Deus, quisnam tam animosus pastor hic erit, qui ouem á leone raptam, & dilaniatam, cuius crura solum, aut auriculam reliquit, de ore eius abstrahere sit ausus? Aut quid ei poterit prodesse, cum leo totam ouem degluerit, duo crura, vel solum auriculam, cum tanta vitæ suæ iactura eripere? Relinquamus pronunc literam, quæ ad nostrum propositum non spectat, & leuemus mentem nostram ad spiritualem, qui intus latet, sensum. Nam & aquila, quæ testudinem inuenit, vngue arreptam, & in altum subleuatam, solet eam super rupem aliquam deicere, & infringere, vt carnem intus existentem possit deuorare. Sic nos mysteria fidei, quæ sub cortice literæ, quasi sub testudine latent, debemus per mentis examinationem in altum sustolere, & confringere, vt ea intelligere, & percipere valeamus. Inquit ergo Diuus Gregorius libro sexto moralium, capite vndecimo, quòd per leonem diabolus intelligitur, qui circuit, quærens quem deuoret, per duo crura, aut duos pedes, affectus nostri, aut animæ desideria, quibus tanquam quibusdam passibus anima nostra ad Deum redemptorem nostrum accedit,

Amos. 3.

Simile.

D. Greg.

accedit, per auriculam autem, diuinorum mandatorum obediētia. Insinuatur igitur his verbis, quod anime, que salua futura est, desideria satis non sunt, vt salutem & incolumitatem consequatur. Sed si his addatur obedientia cœlestium mandatorum, ex ore leonis eruetur. Nulla enim ouis est ex his, quæ ad ouile & gregem Christi pertinent, quantumuis à dæmone discerpta & deuorata, quæ si adhuc crura & auriculam habeat libera, non possit de manu eius liberari. Est enim Christus redemptor noster verus ille pastor, qui relictis nonaginta nouem ouibus in paradisi deserto, ad quærendam centesimam, quæ perierat, de summo cœlorum fastigio, in hunc mundum descendit. Quod si aliquam ex his ouibus diabolus apprehenderit, nullum aliud suffugium habet, quam pastorem ipsum inuocare, & cum Dauide dicere. Erraui sicut ouis quæ perijt: quære seruum tuum, &c. Reseruemus igitur affectus animi nostri Deo, vt ad eum per veram cordis contritionem accedamus, aures mentis, vt vocem eius audiamus, nec resistamus illius vocationibus. Sic fiet, quod à potestate dæmonis erepti, vitam aternam de manu illius accipiamus, in præsentem per gratiam, & in futuro per gloriam.

Psal. 118.

F E

# FERIA SEXTA

post Dominicam in passione.

CONCIO.

*Quid facimus? quia hic homo multa signa facit.*

Ioannis capite 11.



VM Christus mundi saluator, cum Pharisæis disputationem quandam haberet, & altercationem longissimam, vt refert Euangelista Ioannes, cap. 8. Videns obstinatum eorum animum, qui neque sermonibus flectebantur, neque suadebantur operibus: verba quædam dixit illis durissima, & quæ eorum, et si corda ferrea, deberent infringere. Vos ex patre diabolo estis, & desideria illius vultis facere, quia ille fuit homicida ab initio. Verba hæc apud doctores sacros, aliqualem difficultatem habent. Nā quomodo Pharisæi patrem diabolum habuerunt? Nunquid diabolus genuit eos sibi in filios? nam tanta erat eorum malitia, quod posset hoc in suspensione deuenire, Aut forte cū Manicheo sentiendum est, qui malos à malo Deo processisse affirmat? D. Aug. libro contra Adimā cap. 2. hunc locum exponens, tripliciter in scriptura filios, dici docet, natura, doctrina, imitatione. Cōsentit D. Cyrillus Alexandrinus super Ioannem, vbi asserit morē esse

Ioan. 8:  
Pharisæi  
in quo seu  
su dicantur  
filij  
diaboli.

D. Aug.  
D. Cyr.

esse



*Filij diabo-  
li ſunt, qui  
illum imi-  
tantur.*

*Ezech. 16*

*Diabolus  
homicida  
ab initio.*

*Lactan.  
D. Bern.*

*Hebr. 1.*

efſe ſcripturæ, non ſolum eos filios appellare, qui per generationem ſunt habiti, ſed etiam per imitationem. Adducit in confirmationem huius, rei illud Ezechielis. 15. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, & quando nata es, non eſt abſciſus umbilicus tuus. Cuius ſenſus eſt. Tanta eſt iniquitas tua, vt videaris genita ex parentibus infidelibus, omniumque colluione ſcelorum contaminatis. Iuxta hoc igitur Phariſæos filios diaboli appellat, non quod eos, aut creauerit, aut genuerit, ſed quia eius mores & opera imitati ſunt: Quare ſubdit: & deſideria eius vultis facere. Sed quodnam fuit diaboli deſideriū? Audi quid dicat, quali rationem ſubdens. Ille homicida fuit ab initio. Ab exordio enim mundi homicidia quæſiuit, & procurauit. Nemo æquale homicidium committere vnquam poteſt, ac ille commiſit, qui totum hominum genus in primo noſtro parente iugulauit. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Vos igitur o Phariſæi, ex patre diabolo eſtis, quem imitami- ni, necem mihi procurando. Sufficeret quidem hoc ad verificandam hanc Chriſti Sententiam, & iuſtiſſi- mam quærelam, quam de Phariſæis habuit: verum Lactantius Firmianus, cui etiam Bernardus ſubſcribit, anſam nobis dederunt, vt mentis noſtræ pennas pa- rum altiùs ſuſtolamus, & conſiderationem hanc profundius perpendamus. Inquiunt enim, ex illo lo- co Diui Pauli ad Hebræos. 1. arrepta occasione. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem ter- ræ, &c. Dicunt inuam, quod primò introductus eſt filius Dei in exordio mundi, quando Angelos crea- uit: tunc Deus præſentauit illis Chriſtum, vt eum tanquam Deum adorarent, & venerarentur, quod mali in ſuperbiam erecti, facere recularunt, quin- potius inuidia inſtimulati, tanta ira in eum exarſe- runt, quod appetierunt eius mortem, & ſi poſſent, quidem occiderent, & manus ſuas à ſanguine eius non prohiberent. Hoc enim verba illa inſinuant, quæ

apud

apud Iob habentur, capite decimoquinto. Tetendit aduerſus Deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Tanta enim fuit diaboli au- datia, quod contra Deum arma ſumpſerit, & eum ad certamen prouocauerit, cucurrit aduerſus eum erecto collo & inuerecundè, quia non eſt veritus, contra au- torem & creatorem ſuum rebellare. Dura ceruice ar- matus, quia ſemper inpænitens, & obſtinatus, in ſua determinatione manſit. Sed quod prius præpon- derat Propheta, quali maiorem indicans malitiam, & au- daciam, eſt, quod tetendit aduerſus Deum manum ſuam. *Que echo manus contra ſuū creator.* Quod auſus ſit eius ma- chinari necem. Certè manum contra illum tende- re, nihil aliud innuit, niſi cordis affectum, & promptitudinem animi, illum occidendi. In hoc ergo Phariſæi diabolo aſſimulantur, & filij eius di- cuntur, quia deſideria eius adimplent, & quod ille per ſe ipſum præſtare non potuit, hodiè per manus illorum aſſequitur, qui concilium cōgregant, facta vtriuſ- què poteſtatis, tam Eccleſiaſticæ, quam ſæcularis con- gregatione, vt Xpm de medio tollât, perdât, & occidant.

*Collegerunt concilium pontifices & Phariſæi, &c.* Fuit faci- nus hoc, Chriſtum occidendi, non caſu, aut temerè, ſicut pleraque ſolent in mundo contingere (id enim ſi eſſet, non tantum daretur crimini) ſed fuit à conſilio, & magna prius facti diſcuſſione habita, quod multò ma- gis peccatum aggrauat. Iacob Patriarcha mortu vici- nus, magis ex altera, quàm ex hac vitæ parte conſti- tutus, conſilium illud appellauit, dicens. Simeon, & Leui, vafa iniquitatis bellantia, in conſilium eo- rum non veniat anima mea. Descenderunt Sacerdo- tes ex Leui, & Phariſæi pro magna parte ex Si- meone, qui hoc facinus perpetrarunt. Quapropter, Simeon & Leui, vafa iniquitatis præuidentur, ple- na veneno mortifero, & bellantia contra Dominum.

David

*Diabolus  
Chriſti  
mortē ap-  
petit.*

*Gen. 49.*

**Pfal. 2.**  
**Occiso**  
**Christi ex**  
**delibera-**  
**tione, &**  
**malitia.**

**Peccatum**  
**duplex, ex**  
**fragilitate**  
**& malitia.**

**Galat. 6.**

**Pfal. 50.**

**Apolina.**  
**Dan. Bar.**  
**in catena.**  
**Rom. 7.**  
**Glossa.**

David Psal. 2. appellat illud congregationem, seu conuentionem. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersum Christum eius. Appellatur determinatio hæc, consilium, conuentio, & congregatio, & Diuus Ioannes concilium eam appellat, vt sciamus, non ex ignorantia, sed ex summa processisse malitia, non ex subita ira, sed ex feruosa animi determinatione. Nam duo genera peccatorum sunt, alterum, quod ex ignorantia, aut humana fragilitate procedit, & hoc quidem minus grauitatis habet, aliud verò, quod non ex fragilitate aut passione aliqua, sed ex pura procedit malitia, & animi obstinatione, quod apud Deum multò grauius est. De primo peccatorum genere loquitur Diuus Paulus ad Galat. scribens. Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Modus ipse loquendi subindicat, de peccatis huius humanæ fragilitatis loqui. Nam, inquit, si præoccupatus fuerit, valent enim peccata, quæ à nostra sensualitate ortum habent, præoccupare aliquem, & arbitrij vsus, etsi non omnino cogere, tamen pellicere & attrahere. *Si viueas, que a vno viro hermano le asopello su passion, que le cogio entre puertat, que castino le dio lugar a deliberar.* Huiusmodi leniter instruite, & corrigite. Varia enim peccati ratio, varium quoque correctionis genus exigit. Si quis enim ex infirmitate humana, vel ex inconsideratione, nulla data opera, sed præoccupatus peccat, dignus est misericordia & venia, & lenius cum eo agendum est. Hoc in suum fauorem Propheta regius allegabat, cum à Deo veniam sui criminis exagebat. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, aiebat, & in peccatis cõcepit me mater mea. Vbi Apollinarius ait, referente Daniele Barbaro. Veniæ petitio est, quoniam iuxta primum generationis ortum, peccatum nobis innatum est. Eodem etiam spectat illud Diui Pauli ad Romanos. 7. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod ideo dicit secundum glossam,

quæ

hæc ex primo peccato, concupiscentia contra spiritum nata est in carne. Ex qua concupiscentia, quidquid peccati est, in dictis, in factis, & cogitationibus, oritur. Constat igitur ex dictis, peccata illa, quæ ex fragilitate, vel humana infirmitate habent ortum, minora esse, & magis digna venia. Alia sunt peccata, quæ ex pura malitia proficiscuntur, quæ non impellente natura, aut concupiscentia nostra fiunt: sed sola malitia suadente, & interdum natura ipsa contradicente, & reluctantante. Huiusmodi est, fratrem nostrum persequi, honori eius detrahere, illum de falso crimine accusare, & alia eiusmodi, quæ solum in malitia fundantur. Tale fuit peccatum Saul, qui cum multa beneficia à Dauide recepisset (expulit enim ab eo spiritum malum, qui vexabat eum, Goliath occidit, & populum suum liberauit) tamen ex malitia & inuidia volebat eum occidere, & quotidie machinabatur illi mortem. Agit de hoc psal. 35. dicens. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni via non bonæ, malitiam autem non odiuit. Non enim peccatum hoc Saulis passio quædam est, aut repentina ira, quæ eum præoccupauerit, sed inueteratum odium, & detestabilis malitia, quam in suo cubili iamdiu cogitauit, menteque voluit. Iacens enim lecto, & corpore quiescens, mente non quiescebat, sed machinabatur illi mortem. Astitit omni via non bonæ, nullum non mouit lapidem, vt me de mundo tolleret. Nunc lanceam arripiebat, ad confingendum me parieti, nunc in fidiis mihi parabat, interdum sub malitiæ specie, inter Philisteos me mittebat. Sed unde tanta rabies est exorta? Ipse subdit, dicens. Malitia non autem non odiuit. Fuit peccatum ex pura malitia. Talis fuit occisio Christi. Fuit peccatum ex malitia & odio, quod in Phariseorum pectoribus, longis egerat riles, fuit præcõditatum scelus, in concilio discussum. Grauitatem huius sceleris præponderit Oseas, dicens. Profunde peccauerant, sicut in diebus Gaba. Deplorat miseriam

**Peccatum**  
**ex malitia.**

**Pfal. 35.**

**Ose. 9.**

sur gentis, & eorum, qui dominum erant occisuri, & ait: quoad peccauerunt, non leuiter, sed grauius, non superficie tenus, sed profundè, quousque ad peccati sedes peruenerunt. Aliqui enim tantum excauant vitia, quod in illis tanquam in fouea sepeliuntur, & hoc est illud Dauidicum Psalmo .93. Donec fodiatur peccatori fouea. Sicut cum aliquis fodiens terram, tantum fodit eam, & tantum laboris in hoc impendit, donec terra super ipsum cadit, & ibi manet sepultus. Sic peccator, tantum in peccatis defudat, quod ad profundum metam veniens, ipse sibi sempiternam foueam parat. Sed quidnam est quod inquit, quod sicut Gabaa peccauerunt. Veterem illam historiam tangit, quæ habetur Iudicum. 19. & 20. vt Hieronymus, Rufinus, & Theodoretus, interpretantur. Notissima est illa historia, cù Gabaonitæ uxorem leuitæ, sædissima libidine vexauerunt, & occiderunt. Leuita vero magno dolore tactus, vt omnes filios Israel ad vindictam sceleris prouocaret, arrepto gladio, cadauer uxoris cum ossibus suis, in duodecim partes ac frustra concidit, & misit in omnes terminos Israel, quod cum vidissent clamabant. Nunquam res talis facta est in Israel. Et cõuocati omnes, ciuitatem Gabaa funditus euerterunt. Peccauerunt profundè in hoc facto Gabaonitæ, quia cum multa perpetrassent scelera, hoc tandem illis omnibus adiecerant, in quo ad vltimam peccatorum metam peruenerunt, ac proinde cœlitus delati sunt. Heu, inquit Propheta, & millies heu (non enim sine magno cordis gemitu proferre valeo) quia crues populi mei profunde peccauerunt, sicut Gabaonitarum populus, nam Christum saluatorem suum occiderunt, quod non ex inconsideratione aliqua, non ex subita ira, neque ex humana aliqua fragilitate, sed ex odio & pura cordis malitia processit: in quo quædam omnium peccatorum suorum vltimam constituerunt lineam

*Aquis*

*Psal. 93.  
Simile.*

*Iudic. 19.  
scilicet Gabaonitarum*

*Agni echaron el sella, y llegaron a la vltima raya.* Quare per Romanos imperatores, Titum & Vespasianum in vindictam facinoris delati sunt, & ciuitas eorũ funditus euersa. Hoc fuit quartũ scelus, cui venia denegatur in Amos vaticinio, capite. 2. Super tribus sceleribus Israel, & super quartũ non conuertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento iustum. Quod aliqui sic exponunt, referente Lyrano, quod primum scelus fuit venditio Ioseph, secundum, adoratio vituli, tertium, negatio Dauid. 3. Regum. 12. Quæ nobis pars in Dauid quartum verò, indignum uenia, propter quod perpetuæ captiuitati mancipati sunt, fuit Christi Iesu damnatio, quem, obcæcante eos malitia, ligno suspendentes, occiderunt.

*Amos. 2.*

*Lyrano.  
3 Reg. 12.  
Occisio  
Xpi quatuor  
populi Israe  
licici peccatum.*

*Qui facinus? quia hic homo multa signa facit.* Congregatur concilium, omnes iuxta vniuscuiusque dignitatem, in congregatione sua sedent, & primum quod proponitur, est. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Nõ longissimis vtuntur exordijs, nõ præambula præmittunt verba, ad causam suæ cõgregationis proponendã, & quænam eos mouerit ratio, ad concilium congregandum: sed statim passionem indicant, & quasi ex abrupto iram proferunt. Sunt enim duo animi nostri affectus, amor scilicet, & odium, qui nullatenus occultari possunt, sed continuo se ipsos manifestant, & produnt. Si quempiam diligis, statim verbis ostendis, nec amorem continere vales. Et ideo fortè dicitur, quod primum amantium verbum, solet esse stultitia, quia ex vi amoris, magis quàm ex præmeditatione procedit. Quis autem non miretur primum verbum, quod sapientissima illa sponsa sponsum suum fuit alloquuta, tale esse, quale in Canticis suis nobis refert Salomon? Osculetur me inquit, osculo oris sui. Quid sis sponsa? Non erubescis contra mulierem consuetudinem, nè dicam honestatem, sponsum tuum prouocare ad oscula? Equidem, vt alia interim omittamus mysteria, processit hoc ex vehementia magni amoris, quo profe-

*Amor & odium nequeunt occultari.*

*Cant. 1.*

quebatur sponsum, qui non est passus pluribus vitia  
bagibus, sed statim indicavit illi cordis sui deside-  
rium. Eodem modo se habet ira in corde ubi requiescit,  
quæ nequit occultari, sed statim se manifestat &  
in verba iniuriosa prorumpit: ignis enim est, qui in si-  
nu latere non potest, quin statim per oris fenestrâ scin-  
tillas foris emittat.

Quid facimus, inquit, ira æstuantem: quia hic ho-  
mo multa signa facit. Verbum est, se ipsos de ignavia,  
& incuria arguentium. Quasi dicant. Quæ nam fasci-  
natio hæc nostra est? Quæ rerum obliuio. Quomodo in  
re tam graui quasi lethargico somno sumus conspuli-  
ti, & gravitati rei, non debitum remedium adhibe-  
mus? Quid ergo rei est? Quæ calamitas vrget? Quod  
malum Reipublicæ minatur? Quia hic homo multa sig-  
na facit. O detestandâ inuidiam. O inauditâ cæcitatē. O  
ibi execrandam. Quia multa signa facit, inquit:  
imo propterea erat recipiendus, & collendus vt Deus,  
quia hæc erat veri Dei probatio, vt Augustinus & Chri-  
stostomus obseruarunt.

Quid facimus inquit. Quasi dicerent. Quid non  
facimus? Quid heræmus mente, aut quare occiosi su-  
mus? quare hominem hunc non de mundo tollimus?  
*Porque vos estis in mano sobre mano, con la gente encantada.*  
Ecce peccatorum ingenium viuus coloribus depictum.  
Videtur enim illis temporis iacturam facere, & quasi  
occiosos se existimant, quando in malè agendo nõ sunt  
occupati, illum diem perdidisse credunt, in quo nõ per-  
dunt animas suas, & aliqua committunt crimina.  
Contingit aliquos in platea conuenisse, vbi de con-  
cione vel concionatore agitur, & ea, quæ ibi dicta  
sunt, ad memoriam reuocantur. Accedit cartarum  
lustror, eos de occiositate reprehendit. Quid statis  
hic occiosi, & temporis iacturam facitis? quare non  
cartis piëtis ludiat? Mercator quando aliquem  
non fallit, quando lucro non intendit, & vltimæ

Iniquitas  
nascit qui  
escere.

exis

existimat se operam perdere, Lubricus, quando virgi-  
nem non decipit, quando, adulteriũ non committit,  
aut se totum voluptati tradit, semisetur & occiosum  
iudicat. O detestanda peccatorum fames, nunquam  
sciens saturari. Hos famelicos peccatores, qui tam  
celeri cursu ad infernum properant, cursoribus tabe-  
larijs, non sine magna loquendi proprietate, Ioel com-  
parat capite. 2. Quasi equites sic current. Nūcius equi-  
tans, cui negotium magni ponderis est creditum, equi-  
statutis spatijs mutat, nunc super vauum, nunc super  
alium ascendit, vt velotius iter peragat. Sic sunt multi  
peccatores, quorum pedes ad malum currunt, qui  
peccata sua multiplicant, vt celeriori cursu in infernũ  
se recipiant. Non moram faciunt, nec quiescunt, sed  
magno impetu feruntur. Vix vnum flagitiũ commise-  
runt, quando iam se preparant ad aliud. Nunc testimo-  
nium salum proferunt, nunc sanguini insidiantur,  
nunc adulteriũ committunt. Et quod magis me in admi-  
rationem rapit, quod cum tot peccata committant, poit-  
us eorum nullo modo sentiunt. Quomodo o pecca-  
tor tam securus somno indulges, cum pondus Ethia  
maius, supra te habeas? Time, ne ponderis peccatorum  
obrruaris *Note de vna pesadilla, & somnũ morti societ.*  
Sed dices forsam, si tanti ponderis est peccatum, quo  
modo ego pondus hoc non sentio? Quomodo onus  
eius absque molestia fero? Hoc certè nõ aliunde pro-  
uenit, quàm ex inueterata, & antiqua consuetudine  
quã habes, qui peccatis assuefactus, eorum pondus  
non sentis. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput  
meum, David aiebat, & sicut onus graue grauata  
sunt super me. Ille etiam, qui oblatu est regi cum  
feris suis rationem habenti, in quo Diuus Augusti-  
nus & Emisenus, peccatorem intelligunt, decem  
millia talentorũ debebat: quod nil aliud nisi peccati  
mortalis pondus adumbrat, quod autem pondus hoc  
non sentias, peccandi consuetudo facit. Vbi secun-

Ioel. 2.

Locus pro  
peccati po-  
dere.

Psal. 37.  
Mat. 18.  
D. Aug.  
Bnise.

Cap pecca-  
ti pondus  
non sentias

1er. 31.

Leccio  
Theodor.  
Nota.

dum vulgarem vexionem dicitur Ieremiæ. 31. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, & dirige cor tuum in viam rectam. *Secus* Theodoretus legit. Sume de te supplicium, da cor tuum super humeros tuos. Difficilis quidem veritas, tamen magnam nostræ considerationi viam aperit. Sume, inquit, de te supplicium, ó peccator, in causa propria iudicis vices age, & grauius item tui sceleris considera, potius te accusando, quam excusando. Quod si adhuc eius pondus non sentis, cor tuum radicatus euelle, & super humeros impone. Allusio est ad notam illam Philosophiam, quæ docet, quod grauius in centro suo non præponderant. Si quis flumen ingrediens, in profundum submergatur, nullum pondus aque sentit, extra flumen tamen positus, vix hidriam potest ferre super humeros. Ad hunc sensum Propheta inquit. Si malitiam tuam, ó homo ponderare nescis, si quanta sit peccatorum tuorum grauitas, non sentis, eó quod ex conuertere in insensibilis sis factus, cor tuum á te ipso euelle & sepe, & per dies, in quot vitia relinque, & ab antiqua voluptate abstinere. & tunc quidem cor abtractum, & nullum per iugem considerationem pone, & tormento inferni, super humeros conlucet. *Secus* per se habet. Quod si faceris, non dubito, quin pondus toto mundo maius sentias, & grauitatem peccatorum præponderans, á vitijs de cætero abstinere.

Quæ *hichona* multa signa facit. Causa eius examinata, & in medium producta, nullam aliam suæ necessitationem inueniunt, nisi quod multa signa facit. Tanta est inuidia impietas, tantus iræ feror, & malitia, quod si desint crimina ad eum, quem odio habemus, occidendum, etiam bona opera illi ad crimen reputamus, & pro ipsis bonis operibus, mala illi rependimus. Est ad hoc propositum illa illi Davidis quærela psalm. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitate manuum mearum. Quæ verba sic expendit Theodoretus. Ego audacem Goliath sustuli, inueni-

Inuidia  
mala pro  
bonis re-  
tribuit.

Psalm. 34.  
Theod.

ueniliter in populum insultantem, alienigenas sæpe debellavi, & cantando, psalendoque spiritum hexantem Saul abigebam, ille tamen non cessat á persecutione, & me abolere quærit. Sterilitatem verò, obliuionem sui nominis nuncupauit. Quæ verba sunt valde Christo copiosa: nam de ipso Cyrillus & Hefichius ea interpretantur. Ego enim bona illis contuli, nam & opera feci inter ipsos, quæ nemo alius fecit. Ego illis mortuos suscitavi, agrotos curavi, paralyticos sanavi, cecos illuminavi, & dæmonia ab eis eieci. Tanta fuit miraculorum, quæ patraui, fama, quod ea Gentiles mirarentur, & in stuporem sint conuersi: unde non modica gloria suæ reipublicæ est exorta, quæ talem, ac tantum procrearet medicum. At ipsi, pro his bonis mala mihi hodie retribuunt, machinantur mihi mortem, & nomen meum obliuioni sempiternæ tradere, eó solum, quod multa signa facio. O detestanda inuidia, ó inauditum scelus, ó peruersa tabes mentis, & caligo, quas animo nebras obfunditis? quo mentem furore atque amentia exagitatis? Videris mihi, Domine (vt ad te sermonem meum conuertam) Absaloni similis, qui ex præciosa cesarie in quercu fuit suspensus. Capilli illi sui, in tantò prætio habiti, quibus Hierosolymitana pulchritudo exornabatur, qui omnium oculis erant spectabiles, suæ mortis fuerunt instrumentum. Sic videris mihi hodie, qui ex operibus & miraculis damnaris. Opera & miracula illa egregia, quæ totus admiratur mundus, quæ omnium ora ad se conuertunt, quibus antiqua Prophetarum facta cædunt, & inferiora se fatentur: hæc eadem, Domine, te suspendunt ligno, & tuæ mortis eunt instrumenta: nullam enim aliam rationem assignant tuæ mortis, nisi quia multa signa facis.

Locus pro  
ingratitudi-  
dine.

Cyri-  
Hefich.

2. Reg. 18

2. Reg. 14

Si diuinitus enim sic, omnes credent in eum, & non de Romanis, & tollent nostrum locum & gentem. O Sathanica astutia,

o subdola hominum malitia. Veniēt Romani, inquit, si eum dimittimus. Fuit istorum malignantium astutia, quod nē viderentur insidiari Christo propter inuidiam, commune totius reipublicæ periculum prætendunt, vt omnem plebem contra eum concitarent, quasi perditionis omnium, author esset futurus. *Quisieron hazer su hecho, y ganar las vacias del pueblo, y que todos los alabassen de buehos reipublicos.* Passionem suam reipublicæ zelo paliarunt. Credite mihi fratres, verum enim vobis loquar, Nō sunt perniciosa mala, quam ea, quæ sub spetie & fucce sanctitatis fiunt. *No ay males tan malos, como los que vienen con apariençia y trage de bienes.* Hæc enim multo magis nocent, quam ea, quæ malitiam suam ostendunt. Nam mala, quæ inferuntur nobis, in duplici differentia sunt, quod Titelmanus obseruauit, super illa verba Psal. 90. Vbi de diuina protectione agens Propheta, inquit. Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die. Quædam sunt mala aperta, per sagittam volentem in die signficata: & hæc quidem minus nocementi afferunt, iuxta Diui Gregorij sententiam. Nam minus iacula feriunt, quæ præuidentur, &c. Aliã verò sunt occulta, quæ per timorem nocturnum insinuantur, & hæc quidem multo magis formidanda sunt, & ideo primo loco recensentur. In bello duo sunt inimicorum genera, à quibus militibus est timendum. Alij sunt publici & manifesti hostes, quos nullus non cognoscit & formidat, & hi quidem ex insignijs militaribus, & ex armis cognoscuntur. Alij verò sunt occulti & incogniti, qui exploratores, vulgò, *Espias*, appellantur, in quibus maius periculum latere, nulli dubium est. Cum enim Turcã vides venientem, more suo vestitã & ornatam, coccoinea clamide indutum, velo capiti aptato, & gladium manibus ferentem, statim inimicum tuũ iudicas, & ad bellum te præmunis. Quod si idem mutata veste veniat, & Hispano more indutus, si nostro idioma te loquatur, & affirmet se Hispani, aut Toleti natum, quis cum cauere poterit? Quis ab eo formidabit? Hi nimirũ multo

multo magis nocent, nam omnia, quæ in exercitu geruntur, siue sint consilia, siue præuentiones bellicæ, ad contrarios nostros deferunt, vt contra omnia se præparent, & muniant. Sic mala patentia & publica, non æquẽ nocent reipublicæ, ac ea, quæ virtutis spetiem habent. De Romanis dixit Diuus Augustinus, quod sub religionis spetie, totum mūdum prædari consueuerunt. Sed prochnelas, quanti hodiẽ sunt Romanis similes, spetiem quidem pietatis habentes, sed re vera Deum & iustitiam abnegantes. Curias regum ingredimini, per omnes eorum senatus & tribunalia discurrite, mores eorum, quibus totius mundi cura incumbit, contemplantini, & videbitis, quàm sint Romanis similes. Foris zelum Dei ostēdunt, & reipublicæ regimini, intus autem, lupi sunt rapaces, qui rempublicam prædantur. Omnes, quæ sua sunt quærunt, nō quæ Iesu Christi, omnes auaritiæ student, & lucro, omnes ambitioni, & dominãdi desiderio insudat, & ferẽ nullus est, qui vicẽ Dei doleat, & causã eius tractet, De quibus Vtinam illud Esaiẽ affirmari verẽ non possit. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt muñera, sequuntur retributiones. Primum, quod his Principibus & iudicibus impropert, est, quod sint infideles. Quod de fidelitate ad officium suum spectante intelligendum censeo. Nam Aquila loco illius dictionis vertit, recedentes, quia à rectitudine iustitiæ recedebant, Pagninus declinantes, quod idem est, & verti potest ex Hebræo, peruersi, eoquod rectum peruerterent iudicium, propter munerum retributionum. Nihil Deo odibilis iniulto iudice, qui in rebus reipublicæ administrandis, & alijs quæ ad munus suum spectant exequendis, æquitatem debitam non obseruat. Recensens id. Ioannes Apoc. 7. prædestinatorum numerosam multitudinem, asserunt ex qualibet tribu duodecim millia fuisse signatos, & cum singulas referret, solam tribum Danu silentio pertransijt. Nullum enim ex hac tribu, signari vidit ad salutem. Et licet varia sint expositorum placita

D. AUG.

2. Thim. 3

Phillip. 2.

Esai. 1.

Apoc. 7.

Mala sub  
spetie b.  
nirum ma  
gis nocē.Duo gene  
ra ualorũ.  
Psal. 90.

D. Ga. g.

inimicus  
manifestus  
et occultus.

Simile.

circa literalem huius loci expositionem: tamen pro nūc secundum quod ad nostrum propositum spectat, dicamus, quod Dan idem significat quod iudex, sicut Guarinnus habet, de quo Genes. 49. dictum est. Dan iudicabit populum suum, & statim subditur: Fiat Dan Coluber in via, Cerastes in semita. Iudex, qui quasi Coluber tortuosus est, & quasi Cerastes subdola insidias parans, & in administratione iustitiæ, reſtitutionem, & æquitatem non obseruat, talis equidem, inter electorum numerum supputandus non est, & ideo Ioannes affirmat, nullum talem ibi vidisse. Tales enim fuerunt in hoc concilio contra Christum congregato Pontifices isti, & Principes Phariseorum, qui cum illi mortem machinarentur, tamen iniustitiam suam sub reipublicæ prætextu & zelo paliare nituntur. Venient, inquit, Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.

*Vos nescitis quicquam, neque cogitatis. Expedi, ut vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gēs p. r. at.* Hoc fuit Põtificis decretum, cum enim anni illius esset Pontifex prophetauit, Deus enim illud verbum in lingua eius posuit, aliàs maledicta & sacrilega. Mirabile quidem dictu, in corde habebat diabolum, & in lingua habuit Deum. Cor amaritudine & odio plenum erat, & tamen tam dulce verbum Spiritus Sanctus in ore eius posuit. Sed ex modo isto loquendi, proculdubio colligitur, varias fuisse in hoc concilio sententias. Alij quidem, vt Nicodemus doctor legis, & discipulus Iesu occultus, & Ioseph Abarimathia, de quo dicit D. Lucas, quod non consenserat cõ filio & actibus Iudeorum, partes eius proculdubio agerent, innocentiam suam allegantes, & quod testimonij Iõannis esset prius habenda ratio, & examinanda eius miracula. Alij, quod carceri perpetuo manciparetur, vt ibi fame & siti pereat. Alij tandem, vt exilio relegatur, & inter Gentiles mittatur, vbi amplius eum non videant. Audiens Pontifex omnium placita, & consilia, eos ignorantie arguit, & quod nesciant, quid utile & ex-

& expediens sit, inquirere, & decernere. Vos nescitis quicquam neque cogitatis, expedit &c. Amplius se se offerebat hic campus de conuenientia mortis, & passionis Christi disputandi, quod quidem paucis absoluemus, ne morosi videamur. Tractat de hoc. Diuus Anselmus, libro cur deus homo. Vbi ostendit Christi mortem fuisse ex suppositione necessariam, ad delenda nostra peccata, & præuaricationem primi parentis expiandam. Peccatum enim fuit infinitum ex parte obiecti, quare satisfactionem infinitam requirebat: hanc solus Deus potuit facere, quapropter necessarium fuit Deum mori, Deus in quantum Deus mori non potuit, ergo requiritur quod sit homo, vt in ea natura, quam assumpsit, possit pati & mori, & hoc est, quod in suo decreto Pontifex asseruit, dicens Expedit, vt vnus moriatur homo, id est, ille vnus, cuius vnitas est infinita & essentialis, expedit, vt factus homo, moriatur, vt sit omnium piaculum & victima, & in illo vno, omnes redemptionem habeamus. Si possuerit, inquit Esaias, pro peccato animam suam, videbit semen longeuum, & in eodem capite, quia abscessus est de terra viuentium, generationem eius quis enarrabit? Quia abscessus est, inquit, scilicet violenter, & inhumaniter. Illud enim abscondi, mortis atrocitatem, & violentiam significat. Sicut quando absconditur de terra arbor, magna vi, & impulsu, que medietatem radicum, in terra ipsa relinquit. O quanta fuit mortis Christi crudelitas, quanta tormentorum violentia fuit abscessus. Adumbravit (ni ego fallor) quam necessaria fuerit nobis omniibus Christi mors, sponsa illa sancta Cant. capite 5. vbi de sponsi sui pulchritudine agens, inter alia inquit. Species eius vt Lybani, electus vt cedri comparatur Lybano species eius, quia ex monte illo omnia ligna scisa sunt ad fabricam templi erigendam. Templum constructum, & ædificatum est,

*Conuenientia mortis Christi. D. Ansel. lib. cur Deus homo.*

*Christi mors vt fuerit necessaria.*

*Esai. 53.*

*Esai. 53.*

*Cant. 5. Nota.*

*Guarinn. in dictionar. Gen. 49.*

*D. Luc. 23.*

**A**, sed mons destructus, templum erectum, mons abscisus, templum summa pulchritudine ædificatum, mons verò, inspetiosum & sine pulchritudine mansit. *Quædo to do at alado.* Ecce passionis Christi sacramentum, ecce necessitatem suæ mortis depictam. Verè enim Lybano similis esse perhibetur: quia sine lybano templum non est constructum, & sine Christo fabrica cœli non est erecta: ex ipso enim merita nostra desumpta sunt, quia sine Christo, nullum opus nostrum meritorium, aut Deo gratum esse potest. Ecclesia ex Christi sanguine constructa est, sed ipse Christus per mortem fuit destructus. Illa summa pulchritudine ædificata, ipse verò, quæ inspetiosus in passione sua fuerit, apertis verbis testatur Esaias. Vidimus eum, & non erat ei species, neque decor, &c. Dicitur ultra electus vt cædri. Cædrus enim omnia nemoris ligna, præstantia & altitudine excedit: & hæc sua præstantia damnosa solet illi esse, nam sicut omnibus præstat, sic inter omnia eligitur, ad domum aliquam construendam, & omnium primus abscinditur. O Christe sancte, pulchritudo tua lybano comparatur, quia neque sine lybano templum, neque sine te cœlum. Diceris electus vt cædri, quia sicut cædrus omnia ligna nemoris excedit, sic, omnibus filijs Adæ præstas, quantum cœlum terræ, quantum tenebris lux, & quantum Deus hominibus: sed hæc tua præstantia, tibi damnosa, sicut & nobis proficua fuit. Quia omnibus præstas, quia multa signa facis, quia dignior, quia Deus es, hodie eligeris, & de terra abscinderis, vt pro omnibus moriaris. Sicut enim, quædo abscinditur cædrus, repullulat, & ex radice suauaria virgulta profert, sic ex eo, quod diuina hæc cædrus usque ad cœlum pertingens, de terra uiuentium abscisa est, magna filiorum propagatio est subsequuta, & infinitus credentium numerus propagatus.

Annuerunt omnes huic Pontificis decreto, & sicut saxum aliquod magnum, ex montis cacumine cadens, lapides, quos in via reperit, secum trahit, sic omnium secum

secum sapuit voluntates & consensum, & illum morti ad iudicandum, ac suis ministris strictissime præcipiunt, vt vbi cunq; fuerit, eum apprehendant, & ligatis manibus coram ipsis adducant. Egrediuntur curiam magno impetu ministri illi detestandi, & per publicas vias ciuitatis, voce præconis, tanquam hominem facinorosum, & mortis reum, eum denunciant, sub interminatione confiscationis bonorum, ne quis eum deinceps intra proprios lares abscondat, & ne ei panem, aut aquam, aut quid simile conferre sit ausus, sed quod statim eum prodat, & ministris iustitiæ pronunciet. O Virgo gloriosissima, & pia Dei mater, vbi nunc existis? Vbi modò commoratis? Non enim mihi persuadeo, præconium hoc ad tuas non, peruenisse aures. O qualis fuit dolor, qui cor tuum transfixit, quando ex fenestra domus spectaculum illud vidisti, & filium tuum tanquam latronem denunciatum auduisti. O fili vteri mei, lumen oculorum meorum, spes vnica tuæ matris, & omnium laborum meorum solamen: hic est ira & inuidiæ Pharisæorum exitus, huc finem indignatio eorum erat habitura. Hæc est retributio, quam reddunt tibi pro tot acceptis beneficijs, profuscitatione mortuorum, pro illuminatione cæcorum, pro expulsiōe dæmonum, pro Euangelio prædicato? O Virgo sanctissima, vide filij tui angustiam, & periclitanti eius vitæ prouide. Iam enim non in palam ambulat, non in vijs publicis, neque in plateis, aut templo commoratur, sed in ciuitate Esren manet absconditus. *Anda a sombra de tejados.* David Micholem habuit, quæ eum ab ira Saulis abscondit, quando querebat eum occidere. Sic tu nunc absconde filium tuum à Pontificum & Pharisæorum furore, donec hora eius veniat, in qua pro nobis est passurus. Tunc enim ipse morti se obijciat, ipse se in manus impiorum tradet, vt morte sua voluntaria, mortem nostram superans, vitam nobis conferat æternam, hic per gratiam, & in futuro per gloriam.

*Dolor virginis, ex determinatione concilij.*



# DOMINICA IN ramis palmarum.

## CONCIO.

*Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugalis.*

Matthæi capite 21.



I Diuinam scripturam, vel mediocri attentione consulamus, proculdubio inueniemus, Christum redemptorem nostrum, non solum regis, & imperatoris, verum & strenui ducis nomē sibi ad iudicare. Quod fuerit rex & imperator inclitus, proposita verba manifestē

indicant, quæ à Diuo Matthæo adimpleta referuntur, & à Zacharia multis retro sæculis, tanquam adimplenda, pronuntiata sunt. Quod autem futurus esset dux, inter omnes Micheas Propheta, longè euidentius testatus est. Alloquens enim felicissimam Bethlem, & milles felicem inter omnes ciuitates Iuda, quæ talem ac tantum ducem erat paritura, & ob hoc nequaquam minimā aut ignobilē, sed summa gloria & laude dignam, sic inquit. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meū Israel. Sic Matthæus locum citat, Esaias etiam ducem eū appellat cap. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem cunctis gentibus. Non solum dedit eum in testem, immensæ, qua dilexit nos, charitatis, cū filio suo vnigenito nõ pepererit, sed pro nobis tradiderit,

*Christus Rex & dux.*

*Mich. 5. Mat. 2. Esai. 55.*

nõ tantum in præceptorem, & doctorem, vt splendore lucis Euangelicæ, mundi tenebras depelleret: verum etiam in principem & ducem, vt crucis vexillo arrepto, ad æternam & cœlestem patriam, nobis ducatum præberet, ac viam aperiret. Duo sunt, quæ in perfecto duce desiderari solent, & probitas vitæ, seu morum integritas, & operum fortitudo. Vnde est, quod de Alexandro refert Plutarchus. Inquit enim, quod si aliquando in colloquijs, aut conuiujs incidisset contentio de carminibus Homeri, alijs alia proferentibus, hoc vnice probabat, & super omnia quæ scripsit, habendum esse asserbat.

*Perfectus dux depugnat.*

*Dux bonus, atque idem validus pugnator in armis.*

*Carmen Homericum, omnia alia excudens.*

Et addebat Alexander, Homerum hoc versu, virtutem Agamenonis prædicasse, sed Alexandri vaticinatū fuisse. Hæ duæ conditiones, in Christo duce nostro perfectissimè fuerunt. Equidē quod ad virtutem & sanctitatem attinet, toto illo psal. 44. qui pro dilecto inscribitur, celebratur, vbi inter alia sic dicitur. Virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Operum verò fortitudinem Euangelicus Propheta Esai. c. 41. sui vaticinij, miris encomijs exaltat. Quis, inquit, suscitabit ab oriente iustum, vocabit eum, vt sequeretur se? Dabit in conspectu eius Gentes. Doctores Hebræi, alij locum hunc de Abraham intelligendum, esse, asserunt alij de Cyro: sed Diuus Hieronymus, Origenes, Cyrillus, & Procopius, de Christo intelligendum esse, non, leui præbant argumento. Nam Septuaginta sic habent. Quis suscitabit ab oriente iustitiam, quod neque de Abraham, neque de Cyro, sed de solo Christo potest intelligi. Inquit ergo, Quis tanta virtute & meritis erit præditus, quod Christum in lege promissam, à cœlesti illo oriente, in quo per gloriam, secundum quod Deus est, inhabitat, suscitare possit, & in hunc mundum introducere? Dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebit. Quando venerit, mira & præclara fortitudinis opera

*Psal. 44.*

*Esai. 41.*

*D. Hier. Orig.*

*Cyrl.*

*Procop.*

*Septuaginta.*

*Christi triumphus.*

*Theodor.*

prestiturus est. Gentes enim debellabit, & virtute sua deuincet, reges etiam obtinebit, & gladio verbi Dei, subiugabit imperio. Dicitur Theodoretus legit: Reges amouebit folio suo. *Hamillor. los R. yrs, y pondr. los mas llanos que la palma.* Dabit quasi puluerem gladio eius. Id est, ea facilitate, qua puluis gladio scinditur, & stipula siue folium arcu perforatur, illos superabit. Septuaginta sic habent. Dabit in terram gladios eorum, & sicut stipulas proiectis, arcus eorum. Allusio est ad victorum morem. Solent victores, quando de inimicis suis victoriam consequuti sunt, arma, gladios, siue arcus de manu eorum arripere, proijcere ante pedes suos, conterere, & conculcare. Sic Christus, de mundi regibus & principibus triumphabit, arma eorum diripiet & conculcabit.

*Psal. 45.*

Arcum conteret, inquit David, & confringet arma, & scuta comburent igni. Subdit vltimo Propheta. Transibit in pace, & semita in pedibus eius non apparebit. Hoc de transitu per mortem intelligendum venit. Transibit Dominus in pace, quia deuictus in morte sua hostibus, & principibus tenebrarum, & deuicta etiam morte, qua sua morte occidit, summam pacem & tranquillitatem nobis reliquit. Cui consonat aliorum litera, que sic habet: Transibit vocans ad pacem. Quid enim aliud fuit, quando tradidit spiritum, caput inclinare, quam vocare nos ad pacem? Quasi diceret. Iam mors deuicta est, iam tyrannus occisus, ianua cœli aperta, præteritum redemptio, is solutum: nihil deinceps vobis pertimescendum in hac via relinquo, nemo est, qui in summa pace & tranquillitate non possit pertransire. Agit de hac victoria D. Paulus ad Colosæ. 2.

*Colos. 2.*

Defans quod aduersus nos erat Chiographum diceret, ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & traduxit illos confidenter palam, triumphans illos in se necti. Chiographum hoc, quod erat nobis contrarium, iuxta Catharini interpretationem, est illud, quod Adam primus parens manu sua scripsit, in quo omnes nos virtualiter eramus, quando ad lignum

*Cathari.*

num vetitum manum suam extendit. Ex quo quidem factum est, quod omnes eius filij in pœnam transgressionis, obnoxij morti maneremus: quia dictum erat homini. De ligno scientiæ boni & mali nẽ comedas. In quacunque hora comederis ex eo, morieris. Hoc chiographum, quod valde nobis aduersabatur, deuicit Christus, & annullauit morte sua, quia pro transgressionem Adæ & filiorum eius, sanguinem suum patri obtulit, & debitum ad æqualitatem persoluit. Et addit, quod ipsum tulit de medio, & affigit illud cruci, & traduxit confidenter, &c. Hoc inquit Claud. Guillard. ad nationum & Gætilium morem, alusionem habet: quando cunque enim aliquam insignem uictoriam de inimicis suis consequerentur, in loco certaminis columnam siue palum erigebant, & in eo titulum scriptum, vel picturam aliquam, quod trophæum appellabatur, quod in signum erectum, eorum uictoria aut significaret, aut referret. Non secus Christus dux noster, postquam expoliavit principatus & potestates in morte sua, & nos a tyrannide, & dura, qua promebamur, diaboli seruitute liberauit, erexit crucis lignum, cui spolia, quæ de manu diaboli abstulerat, affixit in signum & ostentationem suæ uictoriæ. Cum ergo strenuus hic militiæ nostræ dux, morti iam esset propinquus, & passioni, quando tot de inimicis suis uictorias reportaturus erat, quando occisurus mortem, redempturus mundum, liberaturus hominem, & de diabolo triumphaturus, uoluit in ciuitate Hierosolyma, ubi moriturus erat, triumphum sibi parari permagnificum, qualem nulli Romanorum Imperatorum Roma dedit, & cum magna totius populi laude & acclamatione recipi. Et hoc quidem præter usum & consuetudinem triumphantium. Alij enim duces prius ad certamen accedunt, & cum hostibus manus conferunt, & postquam de illis uictoriam fuerint adepti, triumphum gloriam accipiunt. Sic cum Saule & Dauide actum est: quibus post partam uictoriam Israeliticæ puella, cum tympanis & fistris can-

bat.

*Gen. 2.*

*Clau.*

*Gal. 2.*

*Christus ante uictoriam uictoriam.*

**1. Reg. 18** tantes, & choros ducentes obuiam exiere dicentes: Saul perui fit mille, & David decem millia. Sic etiam cum lepte populi Israelitici duce, qui postquam percussit Amonitas plaga magna, in domum suam cum magna gloria reuersus est. Cui exijt in occursum filia puellis suis committata, cum tympanis & choris, vt illi laudem decantarent. Ob hanc rationem ( vt ego suspicor ) miles ille Euangelicus, qui apud Tertulianum inducitur, cum expungebantur alij, & coram Imperatoribus presentabantur, laureis coronis ornati, vt vnusquisque iuxta opera fortitudinis, quæ gesserat, præmium & largitionem acciperet: ipse tamen, coronam capiti suo adaptare noluit, affirmans, Christiano militi illud non licere, quousque tandem perfectam victoriam assequutus sit. Et cum secundum Iob, tota hominis vita, sit nihil aliud, nisi militia super terram, sequitur, quod in presenti vita, quandiu bellum durauerit, nunquam erit quasi victor corona insigniendus. Non gloriatur accintus, æquæ vt discinctus. Quidam dixit .3. Regum. 20, quod ad idem est. Quod si post belli labores contingit victoria, & post victoriam certaminis triumphus. Quare ergo præter cõsuetum ordinem, ante victoriam partam, voluit Dominus, triumphum sibi Hierosolymis parari? Non difficile est, huic obiectioni respondere. Lata enim est differentia, inter Christum & alios mundi duces, qui de inimicis suis triumphum reportarunt. Alij enim, tamquam homines fortunæ mutationibus subiecti, nullam victoriæ suæ certitudinem habere possunt, donec belli exitus illis indicauerit. Varius enim semper fuit euentus belli, & tam faciliè ad hunc, quam ad contrariam partem, victoria vertitur, quapropter, etsi præstantis essent fortitudinis, & vincere, & vinci poterant. At Christus redemptor noster, verus Deus erat, cui victoria suæ passionis, ab æterno fuerat parata, quam nullatenus potuit amittere, quin potius dicebat per Ioannem. Nunc iudicium est mundi, nunc prin-

*Iudic. 11.  
Tertul. li.  
de corona  
militis.*

**3. Reg. 20**

**Ioan. 12.**

princeps mundi huius eijcietur foras. Tanquam qui iam felicissimi euentus haberet certitudinem: & hinc est, quod ante ipsam crucis victoriam, tanquam triumphator nobilis, cum regali apparatu & pompa, iuxta Zachariæ vaticinium asine insidens, cum summa lenitate, & mansuetudine, ciuitatem Hierosolymorum hodie ingreditur. Ad euangelium deueniamus, vt triumphus huius ordinem intueri possimus.

*Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc misit duos discipulos, dicens: Ite in Castellum, &c. Pergebat Dominus in Hierosolymam, vbi morti damnatus fuerat, vt ostenderet, se mortem cõtemnere, & quod vtroneus ad passionem, nullo cogente properabat, & cum venisset Bethphage, quæ erat villa sacerdotum, seu domus recreationis, vt D. Hieronymus ait, vocauit duos de discipulis suis, Petrum videlicet, & Philippum, vt Magister historiarum, & D. Chrifost. sentiunt. Et dixit illis: Ite in castellum, &c. Per Castellum aliqui ipsam ciuitatem Hierusalem intelligere voluerunt, cõ quod quasi quodam Castellum & fortalicium esset, ex omni parte fortissimo muro, & altissimis turribus vallatum. Inquit namque Iosephus, quod centum septuaginta & quatuor turribus in circuitu cingebatur, absque alijs propugnaculis, quibus rex Herodes ad maiorem defensionem, eam auxit. Verum hæc interpretatio veritatẽ nõ habet. quia dictio Cõme in Hebræo posita, non arcẽ, aut fortelitium, sed villam aut pagum significat. Misit ergo illos in quandam villam, quæ propè Hierosolymam erat, & iussit, vt asinam ibi alligatam, & pullum filium eius solverent, & adducerent: vt super eos insedens, iter suum perageret.*

Per hæc duo animalia, quæ iussu Christi manus Apostolica soluit, Diuus Hieronymus, Diuus Eusebius Emisenus, & Remigius duos populos intelligunt, Iudaicum & Gentilicum. Alioquin ( vt Diuus Hieronymus inquit ) superfluum videretur in tam breui itineris spatio

**D. Hier:**

*Magister  
historiarum.  
D. Chrif.  
Castellum  
quid.  
Iosephus.*

*Duo animalia, duos populos aduibrant.  
D. Hier.  
Euseb.  
Remig.  
Hieron.*

*Remigi.  
Lyranus.*

*Gene. 49.*

*Ecclesie.  
ex Iudeis  
& Gentilibus.*

*Ephesi. 2.  
D. Auguf.  
magnetic  
virtus.*

duobus illis animalibus uti, & super utrumque sedere, si hic aliquod non lateret misterium. Fuit igitur in anima, oneri & labori assueta, Synagoga significata, quæ importabile legis onus super se tolerat. Per pullum verò, super quem nullus adhuc hominum insederat, & onus aliquod supra dorsum suum non receperat, populus Gentilis indomitus & frenis intelligitur, qui se forem ad huc non habuerat Christum. Sedit super utrumque animal, non simul, sed successiue, ut aduertit Remigius, & primò super pullum secundum Lyrantum, deinde super asinam, ut inueret hoc factò, Gentilitatem Synagogæ esse preferendam. Et licet prius super pullum, tamen deinde super asinam, dum moriturus Hierosolyman ingreditur, ut adumbraret hoc factò, quòd pro omnibus moriebatur & pro Iudæis & pro Gentilibus, & quòd vterque populus in morte sua, fidei & charitatis vinculis erat copulandus. Adumbratum fuit hoc misterium Genesi 49. Ibi enim, cum Iacob Patriarca de Mesia in lege promisso, & eius regno ad literam loqueretur, & quo modo stolam suã in vino, & vestimentũ in sanguine esset abluturus, in quo misterium suæ passionis tetigit, statim subdit. Ligabit ad vineam pullum suum, & ad uitem asinam suã fili mi. Sic quippe factum est, quòd moriens Christus Iudeos, & Gentiles ad vineã suã, hoc est Ecclesiam, adduxit, quos ad se ipsũ vitẽ veram, fide, spe, & Charitate, quasi quibusdã fortissimis funibus ligauit. Et hoc est quod D. Paulus ad Ephesios scribens, ait. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnũ. Fecit enim vnã Ecclesiam ex Gentilico & Iudaico populo cõgregatã. Testatur D. Augustinus. se magnatẽ tantæ virtutis vidisse, quòd ex multis anulis cuiusdã cathenæ, quos iuxta politos, & solutos habebat, primũ, & immediatũ vi traxit, & ille primus, secũdũ, tertius, & sic de alijs, donec simul omnes inter se conecterentur, & magna fieret illorum cathe-na. Itaque, magne, primum immediate traxit, & in virtute

in virtute illius, omnes alij fuerunt coniuncti. Magne amoris nostri, Deus est, ad quem homo naturalem inclinationem, & propensionem habet. Anulus primus, quem traxit fuit Christi humanitas. Beatus quem elegisti & assumpsisti: & in virtute huius humanitatis, quæ immediate à verbo est assumpta. Ceteri homines, siue Iudæi, siue Gentiles, per totum terrarum orbem difusi, in ipso Deo & in terra ad inuicem, per charitatem sunt copulati: In huius rei significatione, ingrediens hodie dominus Hierosolyman, & ad passionẽ pergens, super asinã & pulũ subingalis sedere voluit.

*Soluite & adducite mibi.* Quid agis Domine, ad soluendum duo animalia, duos Apostolos mittis? sufficeret ad hoc munus obeundum, puer aliquis de turba, vel quicumque alius ex tanta multitudine, quẽ te comittatur: ut quid ergo duos Ecclesiæ principes Petrum & Philippum mittis? Et certè ut Philipum taceam, summũ pontificẽ Petrũ, id non decere videtur, indecens enim est, ut homo tantę autoritatis, qui futurus est Ecclesię caput, ad soluendum animalium pedes destinetur. Munus Petri est gubernare Ecclesiam, sanguinem Christi dispensare, coronas & regales sceptros regibus impertiri, episcopos & cardinales creare, & singulis totius mundi Ecclesijs literas apostolicas mittere. At asinam & pulum soluere, à tantæ dignitatis maiestate videtur esse alienum. Verũ enim verò, si rem ipsam oculatius perpendamus, nullum munus magis Petro congruit, quam animalia bruta & irrationalia soluere: hoc enim ei ex officio incumbit, cui dictũ est. Quodcũque solueris super terrã, erit solutũ & in cõclis. Sciant omnes Petri successores, & Ecclesiæ prelati, hoc esse propriũ eorũ munus, nepe, iumẽta soluere & ea ad Christũ adducere, ut super ea sedeat. Nã, quid aliud sub iumẽti nomine, nisi peccator intelligitur, qui relicto rationis vsu, appetitũ se quitur, & per illicita sensualitatis desideria diuagatur? Homo cum in honore esset, non intellexit, David ait,

*Munus apostolicũ  
peccatores  
soluere.*

*Peccator  
iumentũ.*

*Psal. 48*

*Prov. 5.*

*Esai. 5.  
Pescata, a  
anima fu-  
nes.*

*Plato. l. 9.  
de repub.*

*Euriphy-  
les.*

comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Iumenta hæc humana, siue homines illi iumentum, ut ita loquar, multiplici peccatorum vinculo sunt alligati. Funicibus namque peccatorum quisque constringitur. Tot funibus alligatur peccator, quot peccatis detinetur constrictus: *Ante el peccador con la foga arrastrando.* Væ, inquit Esaias, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi in viuculis plaustrij, peccatû. Sicut enim quæ in plaustro deportantur, solent vinculis alligari, nè decidant: sic vos iniquitatem; forissimis prauarum consuetudinum vinculis alligatam habetis; & inde difficultas soluendi nascitur. Et peccata vestra quasi in plaustro fertis: nam tanta est peccatorum vestrorum multitudo & grauitas, quod plaustro indigeat, iumentum enim ad hoc munus portandum, non esset sufficiens. *ay de v. sacros, que carretays peccados para el infierno, que no auria bestia, que pudiese sufrir la carga que llevan acuestas.* Onus hoc in funiculis deportatur, quia peccatum ipsum funis est, quo anima alligatur, & præmitur. Plato libro nono de Republica, ex hoc loco mutuatus videtur similitudinem. Ibi enim cum dixisset, nihil aliud esse peccare, quam collo sibi vincula circumdare, & se dedere captum, aut prauis cupiditatibus, aut hosti fœdissimo, subiicit fabulam illam Eriphyles, quæ ob torqueum aureum, Amphiraum maritum prodidit. Illa, inquit, tunc eum maritum vendidit, se quoque captiuam vendidit, & collo suo aurea quidem, sed tamen vincula circumdedit, ita tu quoties, inquit, in te admittis crimen aliquod, nequissimo hosti te prodidit miserum, aut anulo collo reuincto, aut longo fune. Et subdit deinde. Si quis, ut acciperet aurum, filium, aut filiam inhumanissimis, & pessimis dominis, in miseram seruitutem venderet, an non crudelissimus esset & stultissimus? Quid? tu non stultior multo, & stolidior, qui partem tui diuinissimam,

nam, hoc est animam, impientissimo & impurissimo Domino vendis, ut expleas tuas libidines? Hæc platon ex quibus intelliges, quod peccata sint, non aliud quam vincula, quibus misera anima alligatur. Septuaginta locum hunc sic vertunt. Væ qui trahitis peccata quasi funiculo longo. Inuehitur in peccatores, qui per totum vitæ spatium, peccata, & scelera sua pro trahunt. *Septua. Peccata vsque ad dos tan largos, que alcançan todo lo que alcança la vida y que llegan hasta la última raya.* Prius enim vitæ, quam peccatorum fila sciuntur. Hæc enim est vltima peccatoris protracta. miseria, quæ in hac vita ei potest acidere: si peccatorum laqueis constrictus, ex hac luce migret, & vsque ad vltimam vitæ lineam pertingat. Et hoc est, quod per eundem Prophetam Esaiam contra peccatores rebelles & obstinatos dicitur: filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum sicut Orix illaqueatus, plenus in dignatione Domini, increpatione Dei sui. O dura increpatione, Deus per sanguinē & merita filij sui a tali increpatione & supplitio nos liberet. Quod dormiat aliquis somno mortis, & in sepulchri puluere iaceat, vinculis peccatorum suorum irretitus & illaqueatus, hoc quidem summum supplitij genus est. Nulla enim tantum constricta vincula esse poterunt, quæ dura te vita, apostolica manus non possit soluere: at vita iam finita, & peracta, solui non poterunt. Alij legunt sicut bestia illaqueata, quod ilem est. Sicut enim animal illud quod cecidit in insidias & in laqueos sibi paratos aut retia, statim venatores apprehendunt, vulneribus afficiunt & occidunt. Sic peccator, qui in laqueos & retia peccatorum suorum cecidit, occidetur in morte, & æternaliter peribit. Ad soluendum ergo huiusmodi bestias, quibus abundat mundus, & vincula suorum peccatorum enodanda, non quæcûque manus aut industria, non quæcûque sollicitudo & cura, sed Apostolica, sed Philippi, sed Petri discipulorû Iesu requiritur. Magnum quidem est nexus peccatorum soluere, & ideo mag-

nam

nom authoritatem exigit. Soluite, inquit, & adducite mœai.

*In hoc autem factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicente: Dicite filio Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, &c.* Possent discipuli videntes Dominum super asinam Hierosolymam ingredi, scandalizari, & dicere, Heccine est Domine tui triumphii gloria? hic regalis apparatus, quo curiam Hierosolymorum ingrederis, ut possessionem regni tui accipias? Quis vñquam rex in die triumphii tui tam humili equitandi modo usus est, ut super asinam animalium veneretur? Cæsaris curram quadraginta elephanres trahebant, Marci Antonij, leones, Aureliani verò, corvi, Pompeius magnus Africa deivicti, in triumphali curru ingressus est Romam, quem magna elephantum multitudo ducebat. At ingredi super iumentum humile sedes, quis vñquam vidit? Non ovus quidem, & iumentum est triumphandi modus. Huic obiectioni tacite, respondet Euangelista dicens: Hoc totum factum est, ut adimpleretur, &c.

Romano-  
rum tri-  
phi.

An Chri-  
stus fuerit  
rex tempo-  
ralis.  
Paul. Bur-  
gen.  
Ioh. Faber

Jerem. 22

*Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Est quæstio inter doctores scholasticos non leuiter agitata, vtrum Christus saluator noster fuerit rex temporalis, an rex æternus, & spiritualis solùm? Et licet sint, qui existiment, temporalem fuisse regem, cui sceptrum & diadema deberetur, inter quos est Paulus Barginis, additione .3. super caput. 1. Matthæi, & Iohannes Faber super lege; Cunctos populos. C. de summa Trinitate: tamen existimo, illum non fuisse regem temporalem, sed spiritualem & animarum solùm. Nam regnum Iuda, quod illi hæreditario iure posset convenire, secundum eius humilitatem, quatenus a Davidica stirpe descendebat, iam prorsus in Iochin filio Iechonæ, seu in eius patruo Sedechia cessauerat, iuxta vaticinium Jeremiæ. 22. Si fuerit Iechonias filius Psachias, ut anulus in manu mea dextra, inde euertetur. In annullo stemmata regia continebantur, in quibus regni authoritas præsignatur: quapropter abijcere anu-

anulum, regni abiectionem significat. Deinceps, non in regibus, sed in sacerdotibus, & in Machabæis perstitit sceptrum Iuda vsque ad Christum, quando prophetia Iacob impleta est. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec flux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est. Ex quo nimirum constat, quod rex temporalis non fuerit. Fuit nihilominus rex spiritualis, rex quidem immortalis omnium sæculorum, cuius dominatio, in generationem & generationem extenditur. Sic enim habetur Daniel. 4. Nam postquam depinxit quatuor illas immanissimas bestias, quæ super mas vndas mutuis vulueribus se secedebant, per quas quatuor regna, Babylonicum, Pericum, Macedonicum, & Romanum intellexit Angelus: statim subdit Propheta, quod filius hominis ad antiquum diem peruenit, cui dedit potestatem, honorem, & regnum, & potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Diuus etiam Iohannes Euangelista regem eum appellat ca. 19. suæ apocalip. Habebat, inquit, in vestimento & in femore eius scriptum, rex regum, & dominus dominantium. In vestimento, inquit, id est, in humanitate, quia non solùm ut Deus, sed etiam ut homo rex erat. Sed quare in femore titulum regium habebat scriptum, nonne aptius esset in fronte, vel in pectore illum habere? Rectè quidem in femore, vbi antiquitus gladius pendeat, iuxta illud Dauidicum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè: ut sciamus, regnum illud non gratis sibi fuisse concessum, etsi & natura, & quasi iure hæreditario, erat illi debitum, sed per gladium, per labores, & crucem; ad illius possessionem peruenisse. Constat igitur, regnum eius non fuisse de hoc mundo, spirituale, non carnale. Et hoc forsitan hodiernum paliu, quo usus est in sub triumpho designat. Cæteris regibus paliu super caput imponitur, quia ibi eorum regnum terminatur. sicut *reyes de las rejas abajo no mas, no de las rejas arriba, reyes de la tierra, no del cielo.* Et ideo paliu illis superimponitur, quod cælum occultatur; terra verò

Gen. 49.

Christus  
rex spiri-  
tualis.  
Dan. 4.

Apo. 19.

Nota.

Psal. 44.

discooperta manet quasi ad eorum iurisdictionem spectans. At Christus non rex terrenus erat, sed cœlestis, & ideo palium super terram sternitur, cœlum verò manet liberum. Plurima autem turba, inquit Matthæus, strauerunt vestimenta sua in via. Est expressus locus ad regnum Christi comprobandum, qui habetur apud Esaiam, capite vndecimo. Egredietur virga de radice Iese, & flos de radice eius ascendet. Per virgam hanc de trunco Iese, in captiuitate Babylonica iam refecto egressam, Christum intelligunt. Clemens Alexander libro. 1. pedagogiæ, capite. 7. Procopius, Cyrillus, & Origenes, Et Targum sic facit paraphrasim. Egredietur rex ex filijs Isai, & Christus de filijs filiorum crescet. Et rectè quidem per virgam rex Christus intelligitur, nam virga, dignitatis regiæ fuit Symbolum. Et ad hoc propositum est illa visio Ieremiæ, capite secundo. Virgam vigilantem ego video. Appellabant Aegyptij (vt Diuus Cyrillus Alexand. adnotauit) virgam vigilantem, sceptrum regium, duos oculos desuper habens. In Hebræo habetur. Baculum amigdalinum ego video. Significabatur rex per virgam non qualemcunque, sed amigdalinam. Sed quare potius per amigdalinam, quam per aliam? Nunquid in hoc aliquid latet mysterij? Inquit Procopius, virgam amigdalinam hanc proprietatem habere, quòd capiti apposita, naturaliter faciat infomniam, & velocius suscitare faciat dormientes, & quidem nihil tam conuenit principi aut regi, quam vigilantia & indefessa cura, & ideo virga illum significans, vigilans appellatur, qui rex, cui tantum rerum cura committitur, semper inuigilare debet. Hinc habere possumus intelligentiam cuiusdam loci scripturæ, satis quidem difficilis, qui habetur Genes. 47. vbi dicitur, Adorauit Israel Dominum conuersus ad lectuli caput, quem locum dum citat Diuus Paulus ad Hebræos, iuxta 70. sic ait. Fide Iacob moriens singulos filios Ioseph benedixit, & adorauit fatigum virgæ eius. Diuus Augustinus, quæst. super Genes. libr. 1. quæst. 162. his verbis,

figu

figuram magnæ cuiusdam rei faretur significari. Christof. in caput. 11. ad Hebræos hæc verba interpretans, ait: Iacob adorasse Christum in suo typo, & adorandum significasse à suis fratribus & nationibus. Idem etiam sensit Procopius super Genesim. Vt autem pateat horum verborum intelligentia aduertamus: quod cum Iacob morti esset propinquus, Ioseph filius eius visitauit eum, à quo iuramentum accepit, vt non sepeliret eum in Aegypto, sed in terram Chanaam asportaret ossa sua. Quo iurante, inquit textus, adorauit summitatem virgæ eius. Erat enim Ioseph totius terræ Aegypti Prorex, & sceptrum manu sua ferebat, id est, virgam, in cuius cacumine flos erat, sicut in regalibus sceptris effigiari solet. Cum ergo Iacob diuina afflatu cognouisset, Christum regem esse futurum, & ideo ab Isaiam virgam & florem fuisse appellatum, in illa virga regia, quam filius eius Ioseph manu tenebat, illum adorauit, & ex illa quasi typum & imaginem sibi constituit, vt regnum eiusdem Christi veneretur & colleret. Ecce ergo, inquit Zacharias, Ecclesiam aloquens, rex tuus, tibi promissus, & tot diuinis Prophetarum oraculis prænantatus, venit tibi.

Sed quomodo venit hic rex? Nūquid seuerus, rigidus, & vindex ad vlciendum? Venit tibi mansuetus, sedens super pullum & asinam. Venit non iratus, sed mansuetus, non belligerator, sed pacificus, non ad iudicandum, sed ad saluandum, nō manu armata, sed manu perforata. O lætissimum nuncium, o faustum præconiū. Veniebat Deus olim in mundum, & de supræmis illis sedibus quandoq; descendens, se recipiebat in terram, sed iratus & vindex, sed furore & indignatione incensus, vt offensas sibi factas vindicaret, vt iudicaret mundum, & de nostris sceleribus & peccatis, vindictam sumeret. Sic ingressus est paradysum, vt primos nostros parentes iudicaret, & inde eos expelleret, sic de cœlo descendit, vt totum mundum peccatis infectum, aquis diluuij sub-

mer-

*D. Crisost.*

*Procop.*

*Christi aduentus in mansuetudine.*

*Gen. 3.*

*Gen. 6.*

*Mat. 21.*

*Esai. 11.*

*Clemens*

*Alexand.*

*Procop.*

*Cyrril.*

*Origenes.*

*Virga, dignitatis regis signum.*

*Ierem. 2.*

*D. Cyrril.*

*Alexand.*

*Amigdali*

*na virga.*

*Procop.*

*Princeps*

*vigilans.*

*Gen. 49.*

*Locus difficilis.*

*Ad Heb. 11*

*Nata.*

*D. Aug.*

*Gen. 19.* mergeret, sic etiam descendit, vt subuerteret Sodomam, & conuerteret in fauillam, sic familias illas rebelles, Datan & Abiron omnino deleret, quorum fautores cum tabernaculis suis viuos deglutiuit terra. Et hoc est, quod per vatem Oseam aiebat. Ego quasi leona Efrain, & quasi catulus leonis domui Iuda. Et cap. 13. ait. Occurrā eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum. At nunc venit tibi o filia Sion longè aliter, humilis, benignus, mansuetus, & clemens, super mansuetū animal, in lignum suæ mansuetudinis sedens. In. 1. Regum cap. 16. memoriæ præditum est, quod cum Samuel pergeret Bethlem, vt Dauidem vngeret in regem, per quandā portam ciuitatis ingressus est, per quam ingredi non conſueuerat. Ferebat secum vitulam de armento ad sacrificandum Domino. Tunc omnis plebs commota est, & turbata, & exierunt illi obuiam seniores, interrogantes eum. Pacificus nē est ingressus tuus? *Samuel que venida est est? Venis de guerra, o venis de paz?* Quibus ipse respondit: pacificus: Ego ad immolandum Domino veni. Ac si diceret. Quid opus est hac vestra interrogatione, vtrum pacificus veniam, an non? Insignia enim, quæ mecum adduco, euidenter hoc manifestant. Non enim armata manu urbem ingredior, non cum gladijs & lanceis, alijsque instrumentis bellicis, non magna militum caterua committatus: manu dextra vitulam porto, sinistra verò, vas olei, aut thuris ad sacrificandū necessarij. Quid ergo me interrogatis? ego ad sacrificandum Domino, venio. Ingredditur hodie Christus Hierosolyman, postquam ingressus est mundum, & quidem non per eandem portam, per quam ingredi solebat. Ferè semper enim ingrediebatur per portam iustitiæ in lege veteri, quia ad sumendam vindictam, & iustitiam expendendam veniebat. Hominum enim peccata portam misericordiæ clauserant, & portam iustitiæ suis demeritis omnino habebant apertam, per quam ad summendam vindictam quoridie ingrediebatur. At nunc per portam misericordiæ ingreditur, venit humilis, &

man-

mansuetus ad saluandum. Possumus & nos in occursum eius exire, & dicere. Pacificus nē Domine est ingressus tuus? *senior que entrada es esta, que de guerra, o venis de paz?* Quid obsecro rex iste pacificus & mansuetus responsurus est? Ego ad sacrificandum Domino veni. Non armata manu venio, non militibus impatus, non copijs & exercitibus Angelorum ad disperdendum mundum, sed summa lenitate ad saluandum. Vitulam humanitatis meæ mecum in sacrificium adduco, ex longo itinere adeo fatigatam, quod asina ad iter perficiendum indigeat, adduco etiam misericordiæ oleum, & pietatis viscera, vt me ipsum tanquam verum sacrificiū, in ara crucis patri offeram. Ego ad sacrificandum Domino venio, & non est, cur aduentum meum in hunc mundum, siue ingressum in hanc urbem timeatis.

Subdit denique Zacharias. *Sede super asinam, & pullum subiuuatis*, quod quidem ad literam adimpletum est. Nam euntes discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Dominus. Adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & Dominū desuper sedere fecerunt. Tūc turbæ, quæ veniebant de Hierico, & quæ de Hierosalem obuiam exierunt, ad modum processionis, hinc inde dispositæ, committabantur eum cum acclamatione & iubilo. Alij per viam, qua transiturus erat, vestimenta sua sternerant, alij vireta spoliantes, ramos de arboribus cedebant, & proiiciebant in viam, palmarum & oliuarum ramulos manibus suis gestantes, victoriam Christi proximam præſagientes. Clamabant omnes pariter, & concinebant verum regem Mesiam, imò verum Deum confidentes. Dicebant enim, Osana, quod idē significat, quod saluifica, Benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel. Hunc hymnum omnes concinebant, non solum adulti & provec̄tæ ætatis, verum & lactantes pueri, ad vbera matrum politi. hoc idem personabant. Tunc illud Dauidicum adimpletum est. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Nam cum videntes principes sacer-

*psal. 3.*

sacer-



sacerdotum & scribe, mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Osana filio David, indignati dicerent Christo: audis quid illi dicunt: respondit eis. Vtique, nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Lyranus super psal. 8. hæc verba expendens, ait. Deitatem Christi confessi sunt Angeli confessione laudis in hora natiuitatis, sed illa laus fuit perfecta a pueris in die palmarum. Itaque, ab Angelis per naturam incepta est, & ab Angelis & innocentibus per gratiam perfecta: & hæc quidem perfectior fuit, quia ab spiritu sancto immediatè processit, qui Angelos in infinitum excellit. Dicitur etiam prioris laudis perfectio, quia clariùs & distinctiùs, Christi regnum fatebantur, appellant enim eum regem & Meliam. Non gra uabor referre in præsentia, quod Paulus Burgenfis additione. 1. super caput. 26. Leuitici tradidit, explicans verba illa. Et ambulabo inter vos, & ero vester Deus. Inquit enim Rabinum Moysem Gerundinum dixisse, quod in tempore Meliæ pueri Israel digito essent Deum demonstraturi dicentes. Ecce Deus noster iste, expectauimus eum. Ecce promissum hodie adimpletum, quando pueri Osana concinentes, Deum quasi digito demonstrabant.

*Lyranus expositio.*

*Paul. Burgen. Leuit. 26.*

*D. Luc. 19*

*Ecclesi 22. Cur fleuerit Christus Hierosolymam in grediens. D. Greg. Christi clemens.*

Sed silentio hic prætereundum non est, quod D. Lucas adnotauit, scilicet, quod in medio huius festiuitatis & lætitiæ, videns Iesus ciuitatem, lachrimas fuderit. Quare Domine tam amarè fies? quare prorumpis lachrimas, & in medio tantæ solennitatis, signa tristitiæ ostendis? Mulica in lætù importuna narratio, Salomon inquit, quare ergo inter lætas canentium voces lugere, non erit importunum? Ad hoc dicimus, duabus rationibus fleuisse. Prima, propter destructionem illius rebellis ciuitatis, quæ propter mortem Christo illatam, a Tito, & Vespasiano Romanis Imperatoribus erat destruenda. Diuus Gregor. Fleuit igitur prius redemptor ruinam perfide ciuitatis, quam ipsa ciuitas sibi non cognoscebat esse

uenturam. Ex quo factò Christi clementia cognoscitur, qui ciuitatem tam iustè destruendam lugeat. Nò enim ex corde abiicit filios hominum, neque libenter ad flagella procedit. Fertur de Marco Marcello, quòd capta ciuitate Siracusana à milliariis suis, ipse in superiori arce constitit, vt vrbs oppulentissimæ, tunc afflicte fortunam ex alto cerneret, qui lachrimas cohibere non potuit, sed diutius cassum eius miserabilem fleuit. Tam enim principibus & ducibus conuenit, clementia, quòd etiam ab hostili cæde, & armis non abhorret. Isaia. 43. Vbi dicitur Interpretes tui præuaricati sunt. Septuaginta habent: Principes tui &c. & potest verti, Dulces tui præuaricati sunt. Principes dulces appellat, propter eorum humanitatem & clementiã, quæ erga omnes habere debent. Talis fuit hodie principis, & regis nostri clementia, qui videns ciuitatem illam, rebellè & destructionem eius considerans, inter tot glorie sue triumphos, in lachrimas prorupit.

*Valer. lib. 5. cap. 1.*

*Princeps clemens. Esai. 43.*

Secundo fleuit, considerans exitum, quem præsens illa gloria erat habitura, quam cito finienda Erat enim Dominus quasi vitulus, qui saliens ludens pergit peruiam, & tamèn ducitur ad sacrificium & mortem. Omnis illa festiuitas & transitoria gloria in lætium & ignominiã, erat couertenda. Modo laudant & eum confitentur, quæ, cito blasphemis afficient. Modo ducitur ad tèplum, deinde ad tribunalia, Omnes ramos palmarum & oliuarum manibus suis portant: at tunc ipse solus crucis ramum portabit. Spoliant se vestibus suis, & in eius obsequium, viam per quã transiturus est, sternunt: at postea vt cruci affigat, veste illum spoliabunt. Nunc O sana, idest, saluos illi cõcinunt, postea: Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluare. Adãbrata fuit huius gloriæ breuitas Exod. 12. Vbi præcipiebat Deus, quòd immeladum agnũ indiè paschatis, decima luna toleret, & reponeret vrusquisq; in domum suam, vt luna decima quarta cum immolarent. Et subdit Franciscus ortitius, vir vtrique literatissimus

*simile.*

*Exo. 12. Figura.*

*Ortitius.*

*Agnus paschalis quem nolo ingrediens immolatus.*  
*Iacobus de Valentia.*  
*Gloria eius brevis.*

*Psal. 36.*

*Iob. 20.*

*Martinus gloria indigni moderatione.*

tissimus & religiosissimus, & omnium prædicatorum sui temporis facile princeps: morem esse apud Iudæos, ea die agnum tollere de grege, quem ramis & floribus oblitum, redimitum, & ornatum, cum magno gaudio ad civitatem, ubi erat immolandus, adducebant. Ex quo infert Iacobus de Valentia, quod hoc mane, multa agnorum millia introierunt cum Christo, cum ramis & floribus, & Christus intrauit inter eos. Quis ergo hic non videat, brevitatem gloriæ Christi fuisse adumbratam? Cum ramis ducitur agnus, & cum eisdem ramis ducitur Christus, ut significaretur, gloriam illam cito esse finiendam, & non diu duraturam. Nam ramusculi huiusmodi in scriptura sacra, transitoria prosperitatis sunt symbolum. Inquit enim David de peccatorum prosperitate agens. Tanquam fenum velociter arescent, & sicut olera herbarum cito decidunt. O quam caduca est omnis humana prosperitas, quam cito transit omnis mundi gloria. Equidem Ionæ hederæ videtur persimilis, quæ vix nata, iam marcescere, & exicari cæpit. In superiori parte florebat, & in radice corrodebatur a verme, qui eam consumebat. Sic gloria huius mundi, simul ac floruerit, exicabitur: corroditur enim a tempore, quod quasi vermis est, & tinea omnia corrodens & consumens. Patientissimus ille Iob, cap. 20. sic inquit. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Non est mathematicus punctus, gloria mundana indivisibilior, aut brevior. Licet dicat sibi Impius: habes multa bona reposita in annos plurimos, licet sit Sybilla aut Nestore viator, licet duplicet, aut certè triplicet annos Enos, aut Helix: tamè gaudium eius ad instar puncti est, & licet teneat timpanum & citharam, & in bonis dies suos ducat, tamen in puncto ad inferna descendet, & cum interierit, non sumet omnia, neque cum eo gloria eius descendet.

Discamus hinc, mundanam gloriam, cum magna moderatione captare. Est enim vinum fertissimum, quod nisi mortis memoria, & lacrimarum aqua temperetur, & ad-

& admisceatur, sicut hodiè fecit Christus, proculdubio inebriabit nos. Nè intuearis vinum ait Salomon, quando flavescit, & cum splenduerit in vitro color eius, subito enim mordebit ut culeber, & ut regulus venena diffundet, & eris tanquam dormiens. Comparat vino felicitatem humanæ gloriæ, quia sicut vinum sine aqua inebriat, & nocet, sic prosperitas sine moderamine, nisi adsint prudentia & temperantia. Refert Iulius Solinus, quod canes Aegyptij, licet magnam sitim patiantur, propter terræ illius ariditatem, tamen non audent ex Nilo bibere, nisi raptim & transcursum, propter magnam Cocodrilorum copiam ibi existentium: Decurrit instar fluvij prosperitas humana, & incessanter properat ad mortem, & interitum, in qua quidem non mediocria pericula versantur. Multi enim, qui ex flumine mundanæ prosperitatis, usque ad satiæatem biberunt, & inebriati fuerunt, inter ipsas prosperitatis & gloriæ vndas, æternaliter perierunt. Quare, nè & nos pariter pereamus, & ambitione inebriati, ab huiusmodi submergamur vnda, cum sobrietate & moderamine debito, gloriam felicitatis humanæ captemus cum Christo, ut cum eodem de hostibus nostris, mundo scilicet, diabolo, & carne triumphantes per gratiam, gloriam cœlestem in futuro consequi mereamur.

*Prov. 23.*

*Solin. Canes Aegyptij.*

Bb FE.

FERIA SECUNDA  
hebdomadae sanctae.

CONCIO.

Ante sex dies Pascha venit Iesus Bethaniam,  
ubi fuerat Lazarus mortuus.

Ioannis capite 12:



Mors Xpi  
voluntaria

**T**SI (vt alibi memini me dixisse) passionem Christi fuisse voluntariam, non coactam, vt ex plurimis scripturae sacrae testimonijs deducitur, inter ea tamen non infimum locum hodierna sancti Euangelij lectio locum habet. In ea enim nobis refert Euangelista Ioanes, quomodo Dominus, etsi eum non lateret, Hierosolymis morti iam damnatum esse, mandatumque a summis Pontificibus, de eius comprehensione fuisse datum: tamen Bethaniam venit, vt inde magna committatus caterua, ad Hierusalem pergeret, vbi crux fuerat illi parata, quam pro totius mundi redemptione, ante omnia tempora secularia, subire decreuerat. Quanto teneretur moriendi desiderio Xps, aperte indicat verba illa Psal. 20. quae teste Origene & Didymo, de Rege Messia pronuntiata sunt, quod & titulus Psalmi manifeste indicat, qui iuxta Simachi versionem, Canticum pro victoria inscribitur, eo quod ibi de victoria inimicorum, & regni diademate, quod in sua passione assequutus est, agitur. Inquit ergo Dauid. Desiderium anime eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius

Origen.  
Didymus.  
Titulus  
Psal. 20.

non

non fraudasti eum. Appellatur (vt Incognitus inquit) de desiderium animae Christi, desiderium moriendi, quia tantum desiderauit mortem, quod propter excelentiam desiderium eius nuncupatur. Appellatur etiam voluntas labiorum eius, quia voluntatem moriendi frequenter labijs suis exprimebat. An non dicebat, discipulos suos alloquens. Baptismo habeo baptizari, quem vos nescitis, quomodo coarctor donec perficiam illum? Loquebatur enim de baptismo sui sanguinis, quo in passione sua erat baptizandus. Et inquit, quomodo coarctor, donec perficiam, id est, *Para luego es tarde, el corazón tengo puesto en vn. prensa, hasta a quello puesto por obra.* Ostendunt etiam voluntatem hanc, & patendi desiderium, verba illa, quae apud Ioannem habentur, cap. 12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Dicitio illa, Si, optantis affectum indicat. Quod ex eo vel maxime patere potest, quod mortem suam exaltationem vocat. Nemo enim suae exaltationis fuit tam cupidus, quam Christus suae passionis. Et ideo forsitan omnem regni titulum, quem viuens contempnit, moriens accepit; vt ostenderet, tantum a se concupitum esse mortem, quantum diadema regni ab hominibus concupisci solet. Quando in monte ex quoque panibus & duobus piscibus, quinque millia hominum saturauit, voluerit eum rapere, & constituere regem: sed noluit tunc dignitatem regiam accipere, quin potius fugit, & secessit in absconditum, & tamen, morte iam imminente, a regijs honoribus non abstulit. Cum ingrederetur Hierosolymam acclamaret eum turba, & regem Messiam fateretur, accesserunt ad eum Pharisei, & dixerunt illi. Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse respondit, Dico vobis, quod si hi tacuerint, lapides clamabunt. Purpuram etiam & coronam regiam, quibus in passione sua fuit insignitus, non respuit, quinimo triumphalem regni titulum in cruce positum, libenter accepit: vt ex his ostenderet, tanto magis mortem quam vitam diligere, quanto dignitate regiam, & principatus honore, dignam esse censuit. Hoc idem ostendit ver-

Inco.

Ioan. 12.

Mat. 21.  
Luc. 19.

**Abac. 3.** ba illa Abacuc Prophetæ in suo Cantico. Ante faciem eius ibit mors. Magis ipse in sequutus est mortem, quã mors ipsum fuerit insequuta. Nanquam eum apprehenderet mors, nisi prius ipse mortem optaret, & apprehenderet. **Luc. 22.** Desiderio desideravi (iebat suis) manducare vobiscum, hoc pascha antequam patiar. Sed quare tam ardentem desiderabat cum discipulis agnũ illum typicũ comedere? Certẽ non ob aliud, nisi quia post illum legalem agnum, verus agnus latebat, qui pro totius mundi salute erat immolandus. Ex cœna ad passionem, ex laticis ad flagella, ex vino ad felẽ, & ex mensa ad crucẽ iturus erat, & ideo tam ardentem cœnam illam desiderabat. Confert desiderium cum spe Salomõ in Prouerbij cap. 13. & inquit. Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ, desiderium veniens. Sicut enim spes dilata animam cruciat, sic desiderium, cum ad optatum peruenit finem, animam consolatur & oblectat, & ad modum ligni vitæ, quod vim habebat conferendi vitam & conseruandi eam, animam quasi viuificat, & preseruat a morte. Hoc de aliorum desiderijs, & de desiderio Christi, dicere non incongruè possumus. Lignum sciẽtiæ, desiderium venies, quia sicut lignum hoc, homini attulit mortem: sic desideria Christi, mortem illi & crucem attulerunt. Sed dicet aliquis, si Christus morti voluntariẽ se obtulit, si tanto moriendi tenebatur desiderio, quomodo ergo mortem fugiebat? & quã primum ad eius peruenit aures, quodd in Concilio Hierosolymitano damnatus est ad mortẽ, statim relicta ciuitate, in desertum secessit, & in Efren cum discipulis suis morabatur absconditus? Hoc enim potius timorẽ mortis quã amorem eius indicat, potius eĩ fugientis mortem, quã eĩ inquirentis. Hęc calumniã hodie soluit Christus, & obiectioni huic, etĩ nõ verbo, opere tamẽ responderet. Ne ergo tuis cogitatio tibi subeat in mentem, aut existimes Christum, mortem recusare, nunc appropinquante passionis suæ tempore, Hierosolimam

nam reddit, & vitroneus in manus inimicorũ se offert: Sciebat concilij habitũ decretum, sciebat morti iam esse damnatũ, quib' nõ obstaculis Hierosolymã reuertitur, vbi erat occidẽdus. Sed prius per Bethaniã trãsit, vbi sufficitauerat Lazarũ, ibiq; magnificũ reparauerunt cõiuuiũ. *Veni iesus Bethaniã, vbi fuerat Lazarus mortuus* Bethania iuxta interpretationem sanctorum patrum Hieron. Cassiani & Eusebij Emiseni domus obedientiæ interpretatur. Pergit moriturus, & per domũ obedientiæ trãsit, quasi professionem faciens patri, in omnibus vsque ad mortem, & mortem crucis, obedire. Duas Bethanias habuit Christus, primã, mundum ingrediens, secundã, ipsum relinquens. Ingrediẽs mundũ, ex matris visceribus, Bethaniam fecit. Fuit enim virginalis vterus domus obedientiæ. Nam ibi (vt Scotus inquit) in eo instanti, in quo fuit conceptus, obedientiam Patri professus est. Tunc adimpletum est illud Diui Pauli. Ingrediens mundum dicit. Hostiam & oblationem noluisse, corpus autem adaptasti mihi, holocausto mata, & pro peccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi, ecce venio. Sacrificia veteris legis, inutilia erant ad remittenda peccata sua virtute, ideo reiecit illa Christus, & ingrediens in mundum Patri dixit. Hostiam & oblationem noluisse &c. vbi aduertendum, quod loco illius quod habetur, Corpus adaptasti mihi, in lectione vulgari nostra habetur. Aures autẽ perfecisti mihi. Cuius loco veritas Hebraica habet. Aures perfecisti, seu perforasti mihi. Quod quidem (vt Catharinus adnotant) allusionem habet ad mancipia. Præcipiebat Deus veteri lege, quod si in anno Iubilei aliquis seruus nolet esse liber & beneficio Iubelei vtĩ, qui omnibus libertatem concedebat, quod in signum perpetue seruitutis, aures ei perforarent. Erat enim ceremonia illa quasi perpetuæ seruitutis, & obedientiæ professio. Scio pater, Deus inquit, quod neque oblationes legis naturæ, neque cætera legis scriptæ sacrificia tibi

*Bethania domus obedientiæ.*

*Christus habuit duas Bethanias.*

*Hebr. 10*

*Psal. 39. Nota. Ambr. Catharinus. Se uo perforantur aures.*

pro peccato placentur, quia omnia illa longè erant im-  
paria culpe: quare corpus mortale & passibile mihi adap-  
tasti, in quo pro totius mundi redemptione pari possem.  
Sed & aures perforasti mihi, quia seruus tuus sum ego, &  
filius ancillæ tuæ, & indefessam legis tuæ obedientiam  
professus sum: quapropter, ecce venio, libenter enim of-  
fero me ipsum, & mortem mihi destinatam non abnuo.  
Sicut ergo veniens in mundum, spontaneè cruci & pas-  
sioni se obtulit, sic nunc reliquens mundum, antiquam  
illam determinationem obedientiæ redintegrat, & idè  
per domum obedientiæ transit. Quod si Christus, fra-  
tres, cum Deus esset, & equalis patri, in omnibus illi ob-  
temperavit, & vsque ad mortem fuit obediens, quid nos  
oportebit facere? quàm strictis obedientiæ vinculis tene-  
bimur, quanta subiectionis obedientiæ, præcepta eius ob-  
seruare? Sed Vanobis, quibus (ni fallor) illud Ieremiæ,  
quod populo suo duro & rebeli in faciem impingebat,  
adaptari potest. A sæculo confregisti iugum, rapisti vin-  
cula, & dixisti, non seruiam. Et illud Iob capite. 11. Vir  
vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri,  
liberum se natum putat. Animal enim domesticum, fre-  
no regitur & gubernatur, aut sine aliquo quoquò versus  
ducitur. At onager, tanquam animal agreste & indomi-  
tum, loro, aut freno, non est subiectus, sed ubi libuerit,  
pro sua voluutate ducitur. Sic nimirum, quamplurimi  
sunt peccatores, qui quasi onager assuetus in solitudine,  
& quasi animalia efrena & indomita, freno diuinæ obe-  
dientiæ non subijciuntur, sed suam sequentes libidinem,  
per abrupta & varia peccatorum præcipitia, ad infer-  
num properant. Est nobis Abraham Patriarcha vera,  
& promptæ obedientiæ exemplar, de quo præponde-  
rar Moses, Genes. 22. quòd cum accepisset mandatum  
de immolatione filij, non expectauit auroram, sed media  
nocte confurgens, strauit alium suum, & perrexit ad lo-  
cum sacrificij. sed quare media nocte, & non potius ex-  
pectauit diem? Ne fortè Sara vxor eius, si ad eius aures

*locus pro  
obediencia.*

*Ierem. 2.*

*Iob. 11.*

*Abr. b. s. u.  
 b. d. g. r. u.  
 p. n. e. i. a.  
 t. u. r.*

*G. n. f. 22*

præ-

ceptum Dei detinisset, lamentis & lachrimis, iter  
suum retardaret, & obedientiam impediret. Non deli-  
berat, inquit Origenes, non detractat, non communi-  
cat cum vilo homine consilium, sed statim occupat iter.  
Quam perfectus obediens regius David fuit, qui aiebat.  
Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias du-  
ris. O quàm dura & aspera à Saule, Absolone, & ab alijs  
peressus sum, eò solum, vt præceptis tuis obedirem,  
ne in aliquo mandatis tuis contradicerem. Vbi Sima-  
chus) sicut Eusebius adnotauit) legit. Ego custodi-  
ui vias transgressionis. Quæ verba hunc sensum red-  
dunt. Propter obedientiam, Domine, præceptorum  
tuorum, ego summa cura & vigiliantia, omnem viam  
transgressionis obseruabam, vt omnino ab illis fuge-  
rem, & deuiarem. Sic quippe tenetur facere perfe-  
ctus obediens, debet obseruare omnes transgressio-  
num vias, vbi passim homines solent offendere: super-  
biam, auaritiam, luxuriam, gulam, & omnem  
preuaricandi semitam, vt ab eis omnino declinet, &  
effugiat. Hanc virtutem agnoscebat in sponsa sua coe-  
lestis ille sponsus, de quo Cantico. 1. agitur, in  
sponsa sua, siue per sponsam Ecclesiam, siue ani-  
mam velis intelligere, quando dicebat. Equitatu  
meo in curribus Pharaonis assimilauit te, amica mea.  
Habuit Salomon currus Aegyptios, summo artifi-  
cio, & ingenio elaboratos, habuit etiam numerosam  
equorum multitudinem ( vt. 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9.  
memoria proditum est) ex quibus præstantiores & pul-  
chriores eligebantur ad currus illos ducendos. Erant  
equitasti in equitando officiosissimi, & freni gubernacu-  
lo obsequentissimæ, in quo perfecta obedientia adum-  
bratur: nam cum animal sit intrepidum & ferax, & ad bel-  
la gerenda aptissimum, tamen est obediens disciplinæ, &  
amodico freno, vt D. Iacob. ait, gubernatur. Comparatur  
igitur Ecclesia, siue anima sancta, equitatu in cur-  
ribus Pharaonis, siue equis currus illos Aegyp-  
tios

*Origenes.*

*Psa. 116.*

*Simachus.  
 Eusebius.*

*3. Reg. 10.  
 2. Par. 9.*

B b 4

tios

Isidor. de  
summo bo  
no.

Christus  
in cruce  
caput in-  
clinavit,  
in obedi-  
entia signum.

B. Cyp.

Obediens,  
mortuus  
dicitur.

Ioan. Cli.  
Pfe. 67.  
Hugo.

tios vehéribus, vt hic pulchra periphraſi oſtēdat nobis, quantum in anima eius ſponſa, obedientiam ſuorum mādatōrum deſideret. Sicut enim currus equum ſequitur, quōcūque pergit, equus verō freno gubernatur, & aurigam obſeruat. Sic corpus tenetur obedire animæ, anima rationi, ratio verō, Deo. Vnde eſt, quod Iſidorus inquit. Non erit caro ſubiecti animæ, nec vita rationi, ſi animus non eſt ſubiectus conditori. Tunc autem rectē ſubijciuntur nobis omnia, quæ ſub nobis ſunt, ſi nos ſubijciamur ei, à quo nobis illa ſubiecta ſunt. Debemus ergo in omnibus Deo creatori noſtro obedire, Chriſti veſtigia ſequendo, qui vſque ad crucem & ſanguinem fuit obediens, & mortem ipſam, non ſine patris obedientia eſt amplexus. Hoc ſignificare volens, moriturus iam, & in cruce pendens, non prius ſpiritum cœlo reddidit, quā caput inclinaret. Inclinare caput, ſymbolum eſt obedientiæ: nam ſicut inobediens erecta ceruicē ambulare dicitur, ſic annuens & obtemperans, caput verſus terram inclinat. Inclinauit ergo caput morti iam appropinquans, vt innueret, quōd ſicut vitā, ſic & mortem ex Patris obedientia acceptauit. Bonus Ieſus, Diuus Cyprianus ait, præcepto æterni patris ſui, promptiſſima voluntate conſentit, & cum in cruce eſſet, non reſpondit verbis ſe obedire, ſed inclinauit caput, & tradidit ſpiritum. Rectē igitur ad moriendum pergens, prius per Bethaniam, quæ domus obedientiæ dicitur, tranſiit.

Vbi fuerat Lazarus mortuus. Lazarus, qui mortuus fuerat, erat in Bethania, ſiue domo obedientiæ. Mūdus enim domus eſt viuorum, ſed domus obedientiæ mortuorum, in quibus propria voluntas mortua eſt, & omnino Deo, & prælato ſubiecta. Eſt enim obedientia (vt Climacus inquit) ſpontanea mors, & vita curioſitate carens, ſepulchram volūtatis, diſcretionis deſcriptio. Mortuos appellat Dauid veros obedientes, pſal. 67. iuxta Hugonis interpretationē, vbi inquit. Qui edducit victos in fortitudine, ſimiliter eos, qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.

chris. Soluit Deus victos peccatorum compedibus, & mundi laqueis, religioſos ſcilicet, qui omnia propter Chriſtum reliquerunt, quos eſt mundi laqueis ereptos, ad religionem adducit. Diuitiæ enim, quibus abundabant, compedes erant, cœli iter non leuiter impediētes, pulchritudo corporis, ætatis vigor, & vitæ proſperitas, nil aliud, niſi laquei eſſe ſolent, quibus præpeditus homo, & illaqueatus, liberè non poteſt incedere. Hos laqueos gratia ſua Deus dirumpit, vt ab eis erepti, ad illum properare poſſimus. Similiter eos qui exaſperant, inquit, qui habitant in ſepulchris. Edducit ſimiliter cum magna potentia & fortitudine eos qui exaſperant. *La gente amarga, defabrada, y zahareña del mundo, que habitan y moran en los ſepulchros de las religiones, como gente ya muerta.* De his enim loquitur Iob, cap. 3. dicens. Quasi effodientes theſaurum, gaudentque vehementer, cum inuenerint ſepulchrum, viro, cuius abſcondita eſt via, & circumdedit eum Deus tenebris. Deſumpta eſt metaphora ab his, qui auro conquirendo deſudant. Hi nimirum vehementer gaudent, cum auri venam reperiunt, vel aliqua theſauri veſtigia, & ipſam venam inſequentes, indefeſſo labore terram fodiunt, & vini cum ſint, tamen ſe ipſos terra ſepeliunt, & contingit duobus aut tribus ſtadijs ſub terra latere, cupiditate auriducti. Non ſecus viri religioſi, illi in quibus de quibus Diuus Paulus inquit. Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: cum cœleſtis illius theſauri quædam, quaſi præſagia & indicia illis manifeſtentur, *Tienen ciertas viſumbres y barruntos,* venam inſequantur, & theſaurum diuinitatis inſequentes, ſe ipſos viuētes ſepeliunt, & ab omni humana conſolatione ſecernunt. Viro cuius abſcondita eſt via, & c. Religioſi, via abſcondita eſt, & recluſa, & quia ſepta monaſterij egredi non permittitur, & quia omnis via voluptatis illi eſt interdita, & humana conſolatio, ab eius oculis abſcondita. Appellari etiā poteſt via religioſi, abſcondita, quia ſemita eſt ſtrictior, non via regia & publica, quæ omnibus pateat.

Iob. 3.

D. Paul.

*Mat. 19.* *2. Reg. 18.* *Isai. I.* *Amos 2.*  
 Non per el camino real y carretera al cielo sino por  
*seculas y arbores, que son los consejos.* Et hæc via abscondita  
 dicitur, quia solum perfectionem Evangelicam profiten-  
 tibus est cognita, & ipsi solum per eam incedunt. Dicitur  
 2. Reg. cap. 18. quod pendente Absalone ex quercu, &  
 tribus lanceis confosso, miles quidam, Chusi nomine,  
 currens profectus est ad nunciandum regi hoc factum,  
 & belli euentum. Sed Achimas filius Sadoch cucurrit post  
 eum per viam compendij, & peruenit prius ad David, retu-  
 litque ei nuncium. Sed quomodo cum posterior fuerit  
 profectus, peruenit prior? Nimirum, quia per viam com-  
 pendij cucurrit. *Fue per un arajo, una senda secreta que es sa-  
 bida, y ganajela.* Via regia & communis, qua perueni-  
 tur ad celum, obseruatio mandatorum est. Dicitur enim  
 Matthal. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Sed  
 via religionis, via compendij est. per eam enim, expedi-  
 tius, celerius, & securius ad optatum finem peruenitur.  
 Vnde etiam est, quod ab hac via declinantes, & vocatio  
 nisi hæc non respondentem, quam ipsi voluntariè eleger-  
 unt, maiori supplicio punientur, & maiorem suæ per-  
 ditionis confusioem patientur. Spectat ad hoc pro-  
 positum locus ille Isaiæ capite. 1. Erubescetis super hor-  
 tis quos elegeratis, cum fueritis, velut quercus defluen-  
 tibus folijs, & velut hortus absque aqua. Optimæ qui-  
 dem similitudines ad explicandum, quanta confusio sit  
 religioso, qui in horto & paradiso religionis, quem ipse  
 voluntate sua elegerit, fructum debitum non reddiderit.  
 Arbor quæ in nemore, & in silua nascitur, non mirum,  
 quod fructum non reddat, quia ibi non nisi in fructiferis  
 arbores nasci solent: nata in horto, vel ibi transplanta-  
 ta; inagno vitio datur. Item, quod alia arbores folia non  
 habent. nouum non est, aut inusitatum, quia hieme ad-  
 ueniente folijs nudatur: at quercus, quæ folijs non pri-  
 uatur, sed semper in sua viriditate perseverat, quod sit,  
 non solum sine fructu, sed absque folijs, hæc valde  
 mirandum est. Præterea hortus sine aqua irrigua, quid  
 pro-

prodest? Ad nihilum erit, nullis, nisi ut omnino  
 eradicetur Magna ergo erit religioſi verecundia, &  
 confusio in die Iudici quod si cū trāſlatus fuerit de mōdo,  
 ad paradysum religionis, vbi abundantissimū meritōrū  
 fructum ferripotuit, tamen fuit, velut quercus absque  
 folijs, sine fructu boni operis, & sine folijs boni exem-  
 pli; & velut hortus absque aqua gratiæ, ex qua vita  
 spiritualis plantæ pender. Verus autem religiosus velut  
 arbor, est fructifera in viroto religionis plantaque suavis-  
 simis & abundantissimis virtutum fructibus abundans.  
 De quo inquit Iob, quod gaudet vehementer, cum in-  
 venerit sepulchrum, quia in clauſtro domus sue, quali  
 mortuus in sepulchro, mūdo latitat. Felices illi & milles  
 beati, qui per virtutem obedientiæ saculo sunt mortui  
 & mūdo defecerunt, quia vita eorum abscondita est  
 in Christo, & in sempiternum viuunt, habent enim  
 vitam suam in Christo repositam, ut postquam è vi-  
 ta decesserint, cum magno lucro, & fenore eam accipi-  
 ant. Viuentes mortui sunt, sed mortui, in æternum  
 viuunt. Non grauior hic referre quod D. Ioannes  
 Climacus de quodam perfecto obediente, scribit à Ioa-  
 nne Sabaita monacho Asiatico relatum memorat. Erat,  
 inquit, in monasterio meo quod est in Asia, senex, qui  
 dam negligentissimus, ac parum modestus. Huic erat  
 discipulus iunior Acatius nomine, simplex quidem  
 animo ac voluntate, sed sensu & ratione pruden-  
 tissimus. Qui tanta ab huiusmodi sene passus est,  
 quæ si referre voluero, plurima certe videbuntur  
 incredibilia. Cum igitur egisset annos nouem  
 sub immitti illo, & acceruo sene, migravit ad do-  
 minum. Sepultusque est in cemeterio patrum. Post  
 quinque autem dies, abiit ad magnū quedā illic senem  
 Acatij magister, dixitq; illi Pater, Acatius mortuus est.  
 Quod cum auisset senior, respondit. Vere senex  
 non id mihi persuadebis. Qui ait. Veni & vide.

*Clyma-*

*Notaqile  
 Obedientie  
 exemplū.*

Continuo surrexit senex, venitque cum beati pugillis magistro ad cimiterium; clamatque tanquam viueret ad eum, qui vere in beata requie quiescebat, dicens. Frater Arati, putas ne mortuus es? Tum vero gratus ille obediens, etiam post mortem obedientiam ostendens, magistro illi, ita de sepulchro respondit. Et fieri quomodo potest pater, ut moriatur homo obedientiam deditus? Tunc senex ille, qui pridie illius magister appellatus fuerat, territus in faciem cum lacrimis cecidit, atque a monasterij abbate petijt, ut iuxta tumulum eius cellulam consistere liceret, illi que iam sobrie vixit, dicens patribus semper, homicidium feci. Huiusmodi enim esse debent, qui in Bethania habitant, & in domo obedientiam commorantur, religiosi inquam omnes, qui mortui sunt, & mundo renunciarunt, & in sepulchro religionis habitant. Sed timeo ne sepulchra, hæc in hoc, Christi sepulchro sint similia, in quo non corpus exanimæ, sed sudarium & linteamina solum repererunt. Utinam non idem nobis contingat, quod non sit mortuus, sed sudaria solum. *Que no ay ni muerte, ha no mortaja, & falsa quædam religionis, & obedientiam species.*

*Alcuin.* *Que suscitauit Iesus.* Hoc additur (vt Alcuinus inquit) vt veritas resurrectionis Lazari commedetur. Ne aliquis possit talem resurrectionem calumniare, affirmans, non fuisse veram, sed fictitiam, sicut fuerunt miracula, quæ Magi Pharaonis fecerunt in Aegypto, & sicut resurrectio Simonis magi, qui mortuum iuuenem suscitauit, sicut Abdias refert lib. 1. historiam Apostoli. & Clemens Alexandrinus in Epithome gestorum Diui Petri ad Iacobum fratrem Domini. Ille enim, licet videretur signa vitæ ostendere, moueri, & loqui: tamen hoc paruo tempore fuit, nam statim dolus est detectus. At Lazarus vere suscitatus fuit, & eius resurrectio non fictitia & apparens, sed vera & realis fuit, cum multo tempore a resurrectione supervixerit. Inde est, quod Aug. inquit. Lazarus viuebat, loquebatur & epulabatur, & veritas ostendebatur

*Fecit.*

*Peccant autem ei carnem ibi.* Licet Euangelista non referat, a quibus facta fuerit hæc cæna, tamen Diuus Christof. & Euthim. censent factam fuisse a sororibus ipsius Lazari, etsi in domo Simonis leprosi, propter loci commoditatem facta sit: forsitan eius consanguineus erat, familiaris, aut vicinus. Quod ostenditur ex eo, quod Euangelista ait, nempe Martham ad mensam ministrare, & omnia quæ apponenda erant præparare, hoc enim in domo alicuius extranei, sceminae principali & nobili non licebat: sed & addit ultra Euangelista, quod Lazarus erat vnus ex discumbentibus cum eo. Duo hæc obseruanda sunt, primum, quanta sit benignitas Christi & clementia, quam familiarem Lazaro recenter suscitato se ostendat. Non enim horret hominem mortuum, etsi iam suscitatum, ad mensam suam admittere. *No es Dios nada melintroso, ni asqueroso de muertos.* Non abhorret Deus peccatorem, quantumuis mortuum, fetidum, & vermibus scatentem, si tamen ad eum toto corde conuertatur, & de sepulchro vitiorum velit exire. In hoc deceptus fuit Simon Phariseus, qui videns Magdalenam ad Christi pedes accedentem, intra se dicebat. Hic si esset Propheta, sciret utique, quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Ac si diceret, quomodo hic non indignatur, quod mulier carnalis & in peccatis mortua, ad eum accedat, & illum familiariter tangat? Nesciebat quidem, quod Deus peccatorum despector non est, quin potius peccatores mortuos, qui ad eum toto corde conuertuntur, libenter ad suam mensam, & familiaritatem admittit. Secundum quod Lazarum de nouo suscitatum ad suam mensam & familiaritatem admittit. In quo nobis inuitur, quantis fauoribus prosequatur recenter ad se conuersos, & a peccatorum sepulchris suscitatos. *No ve Dios regalos ni fauores que hazer a vn alma recién resuscitada del vici.* Sunt enim quasi infirmi de infirmitate sua conualescentes, quasi teneræ plantæ ex peccatorum nemore, ad gratiæ viretum translatae, idcirco fauorem &

*bene-*

*Chris. bo-  
mil. 64.  
Euthim.*

*Deus pec-  
catores non  
abhorret,  
si ad eum con-  
uertantur.*



Esai. 2

benevolentiam eis ostendit. Per Isaiam capite. 21. Iubet dominus Idumæis, ut prodeant obviam cum pane, & aqua revertentibus ex Babylonica captivitate, & quod miseratione miseros prosequantur. In quo nimirum inuit nobis, quã benigne & benevole suscipiat spirituales captivos, qui ex Babylone, confusione, inquam, peccatorum, ad eum toto corde confugiunt. Occurrit enim eis cum pane & aqua, fauorem suæ diuinæ gratiæ illis offerendo. Quando post resurrectionem suam apparuit dominus mulieribus, dixit illis angelus. Ite dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galileam. Sed dicet aliquis, quid opus erat Petrum specialiter nominare? Non sat esset dicere: dicite discipulis omnibus, quia surrexit? Equidem hoc ad Petri consolationem dictum est, ne absorberetur præ tristitia, & tædio charus ille discipulus, qui peccatum negationis suæ, amarè fleuerat. Vbi D. Gregorius ait. Si hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negauerat, venire inter discipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperet ex negatione. Erat enim Petrus infirmus conualescens, qui benignitate erat curandus. *Valde estas byen s nuebs a Pedro en particular, que est a tier no y liroso, que a echado la hiel por la boca.* Comparat Deus peccatorem, aui è causa suæ de manu aucupis fugienti, per Oseam cap. 9. Efraim quasi auis auolauit. Quando auis de manu aucupis dilapsa est, per nemora & solitudines non sine magno labore & sudore inquit eam, ascendit in arborem, clamoribus vocat, & corde cruentato inuitat, & attrahit, quòd si forte ad manum eius reuersa fuerit, non castigat aut corripit eam, verum benigne recipit, & blâditur illi. Rectè quidem Deus aucupi, se ipsum comparat, peccatori verò aui de manu eius fugienti: nam ut hominè vi amoris attraheret, de celo venit in mundum, quæsiuit eum per huius vitæ desertum, & non sine magno labore quæsiuit. Quanta perpeclus est, dum fugiè

Dexs peccatoris ad se conuersos magnis scorbibus prosequitur.

D. Greg.

Magistra ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & vixit pedes Iesu. Maria Magdalena cum videret sororè suã, Marthã ad mensam ministrare, indignum iudicauit, si ipsa otiosa maneret, quapropter, obsequium Chalko sollicita deuotione præstat, & accepit librã unguenti nardi pistici, id est, unguenti, ex nerdo pura & pretiosa confecti, & vixit Domini pedes. D. Marc. inquit, quòd vixit caput. Nec putemus hoc factum inciuile fuisse, aut vrbani- tate carè, quia unguenti illius materia nõ erat solida, sed fluida, ac velut aqua rosacea, & huiusmodi vnciones, frequèter erant apud Hebræos. Hic iam obserua, quantum apud Christum Magdalena profecerit, quæ non solum ad pedes, sed ad diuinum illum verticem, accedere est ausa. Quando primò venit ad Dominum in domo Symonis, peccatorum suorum veniam petitura, accessit retrò secus pedes Domini, quos capillis capitis sui tergebat, & unguento ungebat, at nunc non

Oseas. 9. Peccator cur aui cõparatur.

fugientem hominem inquit. Quæsiuit enim eum per paupertatem, humilitatem, mundi contemptum, per opprobria, sputa & alapas, per flagella, spinas, & sanguinè. Tandem ascendit in crucis arborem, unde viscera eius cruentata, & cor non tã lancea quàm amore transfixum, ostendit, ut ad se attraheret & redduceret. Sed nunquid, cum redierit homo peccator per pænitentiam, recipere eum dedignabitur? nunquid repellet? nunquid asperum & seuerum se ostendet? Non certè, sed benignum, sed benebolum, & omni suauitate plenum: nam de illo scriptum est: Calamum quassatum non confringet, & linum fumigans non extinguet. Lazarum enim, qui mortuus, putridus, & corruptus fuerat, in quo, inueteratus in vitijs peccator adumbratur, non spernit, sed ad suam mensam & consortium admittit.

Esai. 42.

Magistra ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & vixit pedes Iesu. Maria Magdalena cum videret sororè suã, Marthã ad mensam ministrare, indignum iudicauit, si ipsa otiosa maneret, quapropter, obsequium Chalko sollicita deuotione præstat, & accepit librã unguenti nardi pistici, id est, unguenti, ex nerdo pura & pretiosa confecti, & vixit Domini pedes. D. Marc. inquit, quòd vixit caput. Nec putemus hoc factum inciuile fuisse, aut vrbani- tate carè, quia unguenti illius materia nõ erat solida, sed fluida, ac velut aqua rosacea, & huiusmodi vnciones, frequèter erant apud Hebræos: vngebantur enim reges, & sic Samuel vnxit Saulem, & Dauidè, vngebatur etiã summus sacerdos, & in cõuiujs nõ rarò cõuiuæ vngebatur, & ideò Xps saluator noster in domo Symonis recubès, accusauit eum, & reprehedit, quòd pedes eius nõ vnxit.

Mar. 14.

Vnciones frequèter erant apud Hebræos.

Hic iam obserua, quantum apud Christum Magdalena profecerit, quæ non solum ad pedes, sed ad diuinum illum verticem, accedere est ausa. Quando primò venit ad Dominum in domo Symonis, peccatorum suorum veniam petitura, accessit retrò secus pedes Domini, quos capillis capitis sui tergebat, & unguento ungebat, at nunc non

Magdalena profectus.

Luc. 7.

non

non solū pedes, sed & etiā caput vnxit: nam fracto alaba-  
stro, quod vnguenti supererat, super caput eius effudit.  
Magna quidem amoris audacia, caput illud tangere, &  
manibus suis contrectare, quod omnium hominum & an-  
gelorum erat caput. Hac cōsideratione perterritus, mag-  
nus ille Baptista, qui in vtero matris sanctificatus fuerat,  
& Spiritu Sancto plenus, sanctum eius verticem, cū bap-  
tizandus accessit, tangere non audebat. Sed quid verti-  
cem dicam, cum neque pedes auderet? Non sum dignus,  
aiebat, corrigiam calceamētorū eius soluere: & tamē san-  
cta hæc peccatrix, postquam lachrimis corporis, mentis  
culpās abluit, ad tantam Christi gratiam & familiarita-  
tem peruenerat, quod non solū pedes, verū & caput  
ipsius tangat. Prius enim sanctitas & licentia eius, Christi  
pedes non excedebat, nunc verō vsque ad summum eius  
verticem per Dei gratiam erecta est. Quam verē Deus  
per Ezechielem dixit. Agite pænitentiam, & non erit  
vobis iniquitas in ruinam. Et dicitur domus ruinam pa-  
ti, & dicitur etiam negociator ruinā incurrisse. Domus,  
quia subuersa est, negociator, quia suarum mercium aut  
diuitiarum iacturam fecit. Sed nullo istorum modorum  
peccator, qui ad Deum toto corde conuertitur, ruinam  
patitur. Non primō, quia quidquid destruxit iniquitas,  
verē reparat pænitentia. Quare Iob. 22. dicitur. Si reuer-  
sus fueris ad omnipotentem, ædificaueris, & longē fa-  
ciet iniquitatem a tabernaculo tuo, dabitque pro terra li-  
licem, & pro silice torrentes aureos. Non secūdō, quia  
licet per peccatum omnium diuitiarum gratiæ iacturam  
fecerit, tamen per pænitentiam, cū fænore restauat. Hoc  
enim verba illa Psalmistæ indicant. Ex vsuris & iniquita-  
te redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum  
coram illo. Est enim peccatum (sicut glossa inquit) quasi  
contractus vsurarius & illicitus, in quo plus exigitur, quā  
confertur. Confertur nobis breuis voluptas, & exigitur  
pæna æterna, culpa finita est, supplicium nunquam finien-  
dum. Ex his ergo diaboli vsuris, quibus peccator ad  
sum-

*Mat. 3.*

*Luc. 3.*

*Ezech. 18  
Locus pro  
pænitentia.*

*Iob. 22.*

*Psal. 71.*

*Peccatum  
contractus  
vsurarius.*

summam redigitur paupertatem, redimit eum sua mise-  
ricordia & gratia, & nomē eius in magno habet honore,  
& prætio. Quod in hac sancta peccatrice videre nunc  
est, quam ab vsuris peccatorum redemit, & tanto fauore  
est prosequutus, quod non solū pedes, sed & caput  
eius vngat. Hædera nisi alicui adhæreat arbori aut parie-  
ti, per terram serpit, neque ad altum conscendit, si au-  
tem alicui procerissimæ arbori adhæreat, per eam as-  
cendit, & vsque ad eius cacumen peruenit. Ipsa de se,  
virtutem ascendendi non habet, tamen virtute arboris  
adiuta & subleuata, ad magnum fastigium contingit. De-  
bilis erat Magdalena, & ex se ad tantum dignitatis cacu-  
men peruenire non poterat tamen procerissimæ arbori  
adhæsit, illi inquam, de quo dictum est: Erit tanquam  
lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Po-  
tuit enim dicere. Mihi adhærere Deo bonum est: ex  
quo tantum meritis & sanctitate creuit, quod vsque ad  
Christi verticem attigerit. Præponderat Diuus Gregor.  
super illud Danielis. Et erexit me super genua mea,  
& super articulos manuum mearū, quod duobus modis  
solet Deus aliquos subleuare, & ad fastigium sanctitatis  
& perfectionis erigere: alios quidem sensim & paula-  
tim, prius super genua, deinde super articulos manuum,  
tandem supra pedes, quibusdam meritorum & perfe-  
ctionis gradibus seruatis, alios verō extempore & abs-  
que vlla dilationis mora. Sic enim D. Paulum, sic Mat-  
thæum, & Magdalenam erexit, quæ ex profundo pec-  
catorum suorū ad summam dignitatis excellentiam  
fuit euecta.

Silentio hinc prætereundum non est, quod prius pedes  
vnxit, deinde verō caput. Contra id quod multi hodiè  
faciunt, qui libenter caput Christi vngunt, pedes autem  
vngere nō curant. Sed dices, quinā sunt pedes Christi?  
D. Aug. & Theophi. per pedes, pauperes intelligunt,  
qui oleo misericordiæ sunt vngendi. Diuites & auari li-  
benter vngunt Christi caput, deuotione, oratione, &

*simile.*

*Psal. 1.  
Psal. 72  
D. Greg.  
Dan. 1.*

*Pauperes  
Christi pe-  
des.  
Locus pro  
elemesi-  
na.*

Amos. 6.

Psal. 56.

David  
fuit miseri-  
corans.

1. Reg. 30.

Psal. 25.

Diuites  
in miseri-  
cordes et-  
ga pauper-  
es.

frequentatione diuini officij, & concionum: tamen pedes Christi non vngunt, quia pauperum indigentia non succurrunt, neque misericordiarum opera in eos exercent. Hæc enim capitis unctio, sine pedibus, neque pedes, neque caput habet, neque Deo grata est & accepta, aut alicuius meriti. Quid tibi proderit, magnam deuotionem foris ostendere, manus complicare, oculos ad cælum attolere, si tamen pauperi in extrema necessitate posito, non succurris? Per Amos sic inquit. Existimantes se habere vassa cantici, sicut seruus meus Dauid, & nihil compatiebantur super contritione Ioseph. Vtebatur Dauid instrumentis musicis ad canendas diuinas laudes, & spiritum deuotionis excitandum, sicut constat ex illo Psalmi. 56. vbi instrumenta musica, quasi essent animata, ad Deum laudandum prouocat & alloquitur. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, nam ego omni pigritia deposita, exurgam diluculo. Cum hoc etiam maxima præditus erat misericordia, & pauperum compassionem, sicut constat ex Aegypto, quem reperit in nemore, quando insequabatur Amalechitas, cuius curam habuit, & compassus est. Et ipse in suo exaratione dicebat. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua. Habebat semper misericordiam Dei ante oculos, quasi exemplar, quod imitari posset, & quodcumque aliqua occasio miserendi illi occurrebat, statim ad exemplar conuertebat oculos: Quid faceret Deus in hac occasione? nam id ipsum ego facturum sum. Rediit igitur optimates populi sui Propheta, quod in primo Dauidem imitarentur, non in secundo. Vtebantur quidem instrumentis musicis in conuiujs & sacrificijs, sicut Dauid consueuerat. Sed nihil super miseria & contritione Iesu Christi pauperis, quam in suis patitur, compatiebantur. Hoc idem de magnatibus & principibus nostri temporis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, affirmari potest, qui factis se Deo fecisse existimant, si officijs diuinis assistant,

assistant, si Ecclesias frequentent, si prætiosissima ornamenta, & instrumenta musica, ad diuinas laudes decantandas in suis capellis & oratorijs habeant: cum tamen immites sint & crudeles erga pauperes Christi, & nihil de eorum contritione, nuditate, & miseria compatiantur. Episcopum reperies, qui lapidem prætiosum ad exornandam mitram, pro mille numis aureis emere non dubitat, cum tamen pauperi nudo & indigenti, neque vnum argenteum largiatur. Vngite, vngite, non solum Christi caput, sed etiam eius pedes, pauperes inquam, in quibus per alienas ædes deambulatur, & ad vestras pulsatur ianuas, si Christo verum & perfectum obsequium præstare vultis. Tanta enim est huius virtutis excellentia, tam Deo grata, quod misericordia aut miseratio, sanctitas & iustitia appellari soleat, quasi ipsa præcipua sit inter omnes, quæ hominem iustum reddat, & sanctum. Psalmo. 4. loco illius: Et scitote, quoniam mirificauit Dominus sanctum suum, Felix dicit, posse verti, misericordem, vel gratia plenum. Mirabilem enim Deus facit hominem misericordem, & in pauperes liberalem, reddit sanctum, & gratia sua adimplet.

Accedit Magdalena ad vngendū Christi pedes, quos dulcissimè osculabatur, lacrimis rigabat, & capillis tergebatur. Quantā putas dulcedinem sensit, quando ad eum locum accessit, in quo peccata eius fuerunt remissa, & criminum suorum consequuta est veniam. O pedes sanctos diceret, pedes cælestes & diuinos, qui pedes meos in viam pacis direxistis, qui me ab inferni lapsu erulistis, & a via perditionis reuocastis, quibus obsequijs vobis debitum rependere valeam, & beneficia a vobis mihi exhibita recompensare? Exosculabor vos, capillis meis tergam, & aromaticis unctionibus vngam. Sic Magdalena pedibus Christi prouoluta, humilia benefactori suo præstabat obsequia, & caput illud aureum ad Christi pedes subiiciens, deinceps magistro suo in omnibus subiectū fore profitebatur. Quādo Moyses cū septuaginta

Psal. 45.  
Misericordia  
commendat  
int.

senibus cacumen montis conscendit, apparuit illis Dominus, ut ibi dicitur, supra thronum gloriae sedens, & thronus erat ex lateribus constructus. Nam ubi lectio nostra habet: Sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, Hebraea dicunt: Quasi opus lateris saphirini. Quod alusionem habebat ad lateres illos Aegyptios, quibus filij Israel supramodum vexabantur. Ut ergo indicaret Deus, quod iam de illis laboribus post libertatem populi, victoriam consequutus fuerat: apparet in throno sedens, & sub pedibus lateres illos noxios, quasi deuictos habens. Intuemini nunc Magdalenam ad pedes Christi prostratam, & intelligetis, non dissimilem aut inferiorem esse gloriam mensae, quam montis. Quam noxij fuerant capilli huius mulieris Deo, quam ingratum eius caput, o quales iniurias ab eius ore, & oculis fuerat perpeffus. Verè capilli, oculi, & os eius, nihil aliud fuerat, quam vexilla contra caelum erecta. Et postquam ad Deum conuersa est & libertati restituta, ut ostendat se in omnibus illi esse subiectam, & deuictam, pedibus eius prouoluitur, os, oculos, & capilos, quae arma fuerant iniquitatis in eius obsequium conuertit. Solent post in insignem victoriam aut cladem, inimicorum vexilla solo prosternere, & illis terram berrere. Sic Magdalena fecisse mihi uidetur, quae in signum victoriae Christi, quam de illa fuerat assequutus, capillis, oculis, & ore, quibus Deum offenderat, terram berrit & puluerem. O felix mulier, o beata peccatrix, o dulcis amica Dei, quam ad litteram Paulinum illud praecipuum adimplesti. Sicut exhibuisti membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibe nunc seruire iustitiae in sanctificationem. Seruiebas mundo capillos ornando, & ex eis laqueos constituendo, ad illaqueandas animas, & hominas decipendos: quibus nunc Christi pedes habes comprehensos.

*Exod. 24. Nota.*

*Simile.*

*Rom. 6.*

*Cant. 7.*

Verè de capillis tuis illud Cantoricorum dicere possumus. Capilli capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Septuaginta legunt: Rex ligatus in eis. Id est, tuta est tuorum

capillorum praestantia & pulchritudo, quod Regem quasi quibusdam vinculis deuinctum & comprehensum habeant. O gloriosa Magdalena, o beata femina, cuius capilli Regem caelorum & dominum ligatum habent, & pedibus comprehensum, ne manus tuas possit effugere: Tene fortiter, nec dimittas eum, qui tibi tot dimisit crimina, liga illum capillorum vinculis, qui vincula peccatorum tuorum dirupit.

Fuit etiam unctio haec, non casu facta, aut misterio indigens, nam mortem & sepulturam Christi praesagebat, et si Magdalena misterij ignara fecerit. Hoc significent verba Christi quibus excusauit eam, & a calumnijs detrahentium defendit. Sinite illam ut, in diem sepulturae meae seruet illud. Mittens enim haec mulier unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Et obseruandum est, quod inquit, ut in die sepulturae meae seruet illud, quia, ut Casianus inquit, partem unguenti fundit partem reseruauit, quasi tota libra non sit effusa, quia residuum reseruauit, mouente eam spiritu sancto ad sepulturam Christi. Fuit enim praesentio quadam sepulturae Domini, nam unxit eum sicut corpora mortuorum, ad sepeliendum ungi solent. Sed Christus sancte, qualis tunc fuit tua cogitatio, quali afficiebaris dolore, quibus angustijs cor tuum angebatur, cum videres, quod te quasi mortuum pretiosis unctioibus ungebant, quod sepulturae officium in corpus tuum exercebant? Non dubito Iesu sancte, magnam in hac unctioe, ex consideratione mortis, lacrimarum copiam profudisse. Ungebantur antiquitus reges, cum regni curam suscipiebant, ut ceremonia hac admonerentur, quod illenes, pij, & misericordes essent futuri, in super, quanta pro subditis suis passur essent mala, ungebantur etiam ducum clipei, quando cum hostibus erant cong. essuri, ut fortiores essent, & facilius in eis inimicorum iacula resisterent, & ad hunc sensum intelligenda sunt verba illa a Davide prolata in Saulis elegia. Montes Gelboe &c. Vbi abiectus

Psal. 42.

est clipeus Saul, quasi non esset vnctus oleo. Christus ve-  
rus rex fuit, ideo in maternis visceribus misericordia, &  
gratia Spiritus Sancti vnctus. Propter eam vnxit te Deus  
Deus tuus oleo latitiae. Fuit etiam dux strenuus, qui cum dia-  
bulo confligit, ideo ante sanguineum passionis sue bel-  
lum, scutum, corpus scilicet suum, erat perungendum.  
Corpus eius sacrosanctum, scutum fuit, in quo ictus, vul-  
nera, flagella, spinas, & lanceam suscepit. quod quidem,  
non sine instinctu Spiritus Sancti Maria vnxit. O Do-  
mine Iesu, quam crudele bellum te expectat, siquidem  
tot vnctionibus praueueris. Age iam ad galena, scu-  
tum hoc bene unge, in quo tot vulnera suscipienda  
sunt, tot diuinae iustitiae sagittae configendae, vngatur  
caput, quod spinis transfigendum est, vngantur pe-  
des, qui cruci sunt affigendi. Ibi enim, postquam  
cruci confixus fuerit, ex sui pretiosi sanguinis  
liquore, balsamum conficiet, quo animae  
nostrae perunctae & delinitae, salu-  
tem, & gratiam conse-  
quantur.

FE-

# FERIA TERTIA hebdomadae sanctae.

*De oratione ad Patrem habita in horto.*

CONCIC.

*Postis genibus orabat, dicens. Pater, si vis,  
transfer calicem istum a me.*

Lucæ capite 22.



ANTA est Dei nostri magnitu-  
do, & immensitas, quod varijs titu-  
lis ac nominibus indigeat, ad eam  
aequaliter explicandam. Cum enim  
infinita sit eius maiestas, & nullis li-  
mitibus circumscripita, nullum no-  
men est, nulla tituli nūcupatio, quae  
tantam virtutis magnitudinem, ada-

mulim possit exaurire. Sed alijs pro nūc dimissis (quod  
ad rem pertinet) Propheta rex, terribilem supra omnem  
mentis nostrae captum, eum appellat. Terribilis, inquit,  
in consilijs super filios hominum. Et licet in omnibus  
suis operibus, terribilis Deus appareat in suis consilijs,  
tamen multo magis in opere redemptionis. Hic enim  
supra omnem humanae mentis discursum, terribiliter  
magnificatur: nam consilia eius ab omni hominum rati-  
one longe distant. Nam quis adiuit spiritum Domi-  
ni (vt verbis Isaiae vtar) aut quis consiliarius eius fuit?  
Que letrado abra que firme les piores de Dios, y que los tur.

Psal. 65.

Deus in  
suis conse-  
lij, huma-  
naratione  
non com-  
prehendi-

*Cant. 5.*

*anquam pro bonis?* Cant. 5. aiebat sponsa. Comæ capitis eius sicut elatæ palmarum. Comédât sponſi ſui capillos, non ſolùm á pulchritudine, affirmans caput eius eſſe auram optimam, verùm ab altitudine & elatione, afferens perſimiles eſſe elatis ſive ramuſculis eminentibus palmarum. Per capillos ſponſi cogitatus eius, iudicia, & conſilia intelligit: & hæc quidem aſſimilata ſunt, ſicut elatæ palmarum, ſupra omne id, quod naturalis rationis diſcurſus poteſt, aut comprehendere, aut cogitare. Ex Hebræo poteſt verti. Capilli eius ſicut tiliæ. Eſt enim tiliæ arboris materia, dura & nodola, inter cuius corticem, & ipſam materiam, interſuat tuniceæ quædam contextæ, ex multis hilis denſis, & implexis, quæ diſſiciliter poſſunt explicari. Talia proculdubio ſunt Dei conſilia & iudicia, ſunt enim inexplicabilia, ſerutatuque diſſicilia, in quibus interdum, neque initium, neque finem inuenies, neque rationem, neque cauſam. Si Deus omnium hominum & angelorum intellectus, in vnum conuenire faceret, & ab eis quæſilict, an oporteret eum mori, & pro redemptione generis humani pati, impoſſibile eſt, quin aliud reſponderent, quàm id tam viſeri abſurdum, quòd neque excogitare illud liceat. Sapiebat quidem Diuus Petrus, & multarum rerum, ſpiritu ſancto interius illum illuſtrante, cognitionem habebat: & tamen, cum apud Mat. ca. 16. diceret Dominus, quòd oporteret Hieroſolymis multa pati á ſenioribus & ſcribis, & principibus ſacerdotum, flagellari, & occidi, increpans dixit illi. Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. Non fruſtra in morte Chriſti, inter alia, quæ acciderunt pro ligia, ſol obſcuratus eſt, & tenebræ per vniuerſam terram diſuſæ ſunt, quia obſcuratur omnis humanus intellectus, in cognitione huius veritatis, & id tantum myſterium percipiendum, ignorantia tenebris ſuſſanditur. Hæc ſpectat illud Eſai. cap. 28. Vt faceret opus ſuum, alienum eſt opus eius ab eo, peregrinum eſt opus eius ab eo. Opus Dei, opus redemptionis

*Mat. 16.*

*Mat. 26.*

*Eſai. 28.*

per

per anthonomaſiã meretur appellari: & hoc quidẽ opus, nõ ſolum alienum á Deo dicitur, verùm & peregrinum. Peregrinus enim nulli cognitus eſt, ſed omnibus extraneus, etiam conciuēs ipſius propter mutationem habitus, interdum illum non agnoſcunt. Sic opus redemptionis tam peregrinum eſt, & ab omni humano diſcurſu alienum, quòd etiam intellectualibus creaturis quantum ad aliquas circumſtantias, fuit incognitum. Inquirebant, enim angeli apud Iſaiam capite. 63. Quare rubrum eſt veſtimẽtum tuum ſicut calcantium in torculari? Quibus ipſe dominus reſponſum præbuit. Torcular calcavi ſolus. Per torcular, Remigiꝯ paſſionem & crucem intelligit, quam ipſe ſolus calcavit, quia eam, quam pertulit mortem, vicit, & qui uſque ad mortem crucis paſſus eſt, de morte triumphans, victor & glorioſus ſurrexit. Quantę difficultatis fuerit crucis & paſſionis dominicæ miſterium, manifeſtẽ indicat verba illa prophetica ab Iſaiã prolata ſui vaticiniꝯ ca. 53. Et aſcẽdet corã eo ſicut virgultũ, & ſicut radix de terra ſtienti, &c. Vbi ſum opere aduertẽdũ eſt, quòd conſiderans Propheta acerbiffimã filij Dei paſſionẽ, in tantã admirationẽ rei nouitate raptus eſt, vt cũ id mũdo prædicare decreuiſſet, prius quãdam præfationem faciat, quã tamen non fecit ad narrandum ſe vidiffẽ Deum ſupra ſolum excelſum & eleuatum, angelicis alis coopertum, & clara luce circumfulſum. *Hæc ſaina para lo vno, y no la haze per lo otro.* Vidi, inquit, Dominum ſedentem ſuper ſolum excelſum & eleuatum, & plena erat omnis terra maiestate gloriæ eius. Adde, quòd tanta fuit huius rei nouitas & admiratio, quòd aſſerant authores non in fine notæ, propterea á Mauaſe rege fuiſſe interfectum, & lignea ſerra ſectum, quia aſſumare fuerit auſus, ſe vidiffẽ Deum proprijs oculis, & tamen cum tanti momenti fuerit hæc viſio, ad illam explicandam & denunciandam populo, nullo exordio eſt uſus, ſed ſimplicibus verbis ait. Vidi Dominum, &c. Cum verò ad denunciandam mun-

*Opus redemptionis supra omnem creaturam intellectualem Diony. de ciuitate beate*  
*S. Tho. 1. par q. 57 art. 5.*  
*Iſai. 63. Remig. in cap. vi. 11. Zich. Miſterij paſſionis Chriſti difficultas. Eſai. 53.*

*Eſai. 6.*

*Iſai. mo. 5.*

Isai. 53.

1. Reg. 3.

do Christi passionem accedit, quasi mysterium hoc maiorem in se difficultatem contineret, magnis præambulis vsus est. Domine, quis credidit auditui nostro, aut brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet corâ eo sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. Non est ei species neque decor, &c. Quasi iudicans, quod nisi hoc fides doceat, humana ratio reputabit impossibile. Traditurus Dominus arcam fæderis, sub Heli sacerdote summo, in manus Philistinorum, & prædicens spectaculum hoc grande & inauditum, inquit Samueli. Ecce ego faciam verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinient ambæ aures eius. Sed quid est, tinient ambæ aures eius? Certè modus hic loquendi, nihil aliud significat, nisi stuporem, & quandam mentis subuersionem, sicut subuerti solent, & stupere aures, ex vehementi campanæ sonitu de proximo sonantis, & per longum tempus fragorem illum conseruare. *Que parte que quedan aturadas.* Et quidem arca Domini, nullum detrimentum à Philistæis passa est, sed summo honore illam receperunt, & iuxta Deum suum Dagon in templo collocarunt. Quod si ex captione arcæ illius materialis ambæ aures sunt concussæ qualis quæso stupor, qualis extasis his humana mens patietur, cuius non tinient ambæ aures cum audierit, quod arca illa sacrosancta, in qua omnes cœli Theauri sunt reconditi, à carnificibus capta est, sinibus ligata, contumelijs affecta, flagellis, & vulneribus concussa, clavis confixa, & non super altare, sed super crucem, & inter latrones reposita. Tam alienum fuit à Deo præti & mori, quinimo mortem ipsam formidare, & pertinescere patrem què exorare, vt si fieri posset, calix suæ passionis ab eo pertransiret, quod in huius rei testimonium, eos solum assumit in testes, qui suæ gloriæ in Thabor fuerant participes, ne scandalizarentur videntes eum in agonia positum, & angustias animæ eius intuentes. Congruum eniu fuit, vt cuius visuri erant ignominiam, prius præuidissent gloriâ. Passioni igitur

fuz

suæ initiû facturus dominus, egressus de cenaculo cum discipulis suis, perrexit in montem oliuarum, in quo erat hortus Getsemani, vbi orare consueuerat: locum què ingressus, relictis alijs. Petrum, Iacobum, & Ioannem, Zebedei filios, secum assumpit, vt suæ passioni interessent.

Non mysterio vacare credendum est, quod in horto Dominus passionis suæ initium dederit. Licet multa in ciuitate fuerit passus, nam flagellatus est, & illusus, spinisque coronatus: tamen in horto, qui extra ciuitatem erat, pati cepit, & passionem eius contumauit. Primò vt Cyrillus adnotauit) quia hortus hic paradysum significabat, vbi hominum ruina incepit, vt etiam in paradiso & horto, passio Domini, quæ salutis & reparationis fuit causa, sumat initium. Secundò, voluit initium facere suæ passionis in horto, qui extra ciuitatem erat, & deinde in ciuitate ipsa, & tandem extra ciuitatis portam passionem suam consummare, vt intelligamus hinc, quod pro omnibus patiebatur, non solum pro Hierosolymitanis ciuibus, Iudeis scilicet, sed etiam pro Gentilibus, & paganis, qui ad ciuitatem non pertinebant. Explicat ad hunc sensum Ambrosius Catharinus in suis commentarijs locum illum Diui Pauli ad Hebræos. 13. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Inquit enim, quod sicut animalia illa, quæ offerebantur in antiqua lege, cremabantur extra castra, sic Christus, extra portam ciuitatis passus est & mortuus. Et ratio huius est, quia patiebatur, non pro illo populo tantum, sed pro vniuerso mundo: copiosa enim apud eum redemptio, & sanguis eius pro omnibus vniuersaliter fusus fuit. Hoc est, quod spòsa illa sancta, amore sponsi sui flagrans, tam enixè ab eo postulabat Cant. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane surgamus ad vineas. Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, ibi dabo tibi vbera mea. Petijt ab sponso suo, vt urbem illam

*Cur Deus in horto passioni initium dedit.*  
Cyr. li. 11. cap. 31.

*Redemptio Xpi vniuersalis.*  
Cathar. Heb. 13.

*Ambros. Cathar.*

*Cant. 7.*

illam

illam egrediatur, in qua erat inclusus, & cognitus (nam notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius) & quod Gentilibus se communicet, qui copiosissimum meritorum & virtutum fructum daturi erant. Appellat autem Gentiles, & idolorum cultores, pagum & villas, quos Paganos appellare solemus: eo quod quemadmodum pagi & villæ, non muro cinguntur, non altis turribus muniuntur, non pulcharum ædium, vicorum & platearum, civiumque frequentia illustrantur: ita Gentiles à Deo alieni, sine Deo, sine lege, sine religione, & sine aliquo veri cultus præsidio debebant. De Simone illo Cyreneo ad portandam Crucem Domini conducto (ut apud Marcum habetur) dicitur, quod veniebat de villa, alij vertunt de pago, & bene de pago, quia Paganus erat & Gentilis, non cuius Hierosolymitanus. In quo nimirum facto, iuxta interpretationem Divi Hilarii, Hieronymi, & Origenis adbrabatur, quod Gentiles & Pagani crucem Domini amplexuri erant, quam Iudæi scandalum, insultitiam, & maledictionem reputabant. Tunc quidem, quando urbem egressus, & Iudæam desiciens, ad Gentilitatem diemerit, flevit vinea Ecclesiæ, uberrimis sanctitatis & meritorum fructibus cumulata. Quis non videat, quam pulcherrimos flores protulerit, cum tot insignes viri & sapientia præstantes, quales fuerunt, Ignatius, Quadratus, Aristides, Iustinus martyr, Panteus, Dionysius Areopagita, & Clemens Alexandrinus, ex Gentilitate ad fidem sunt conversi? Parturierunt flores, quando tot virginum millia, reiectis nuptijs, & voluptatum vitijs prohibitis, perpetuæ castitatis nexu, Christo sponso suo sunt consecratæ. Tandem mala punica floruerunt, quando innumerabilis martyrum cuneus sanguine laureatus, per mortem gloriosissimè se Deo devovit. Commendatur enim in malo granato, innumerabilis illa rubescentiam granorum multitudo, admirabili ordine in suas partes distributa, & sub duro, atque amaro cortice delitescens, quod in supremo verti

Mar. 15.  
Vide Bt a  
blun.

D. Hila. ca  
no. 33. in  
Matth.

D. Hier. in  
epist. ad A  
glasiam. 43.  
in fin.

Fructus 30  
cleste ex  
Gentilibus  
te.

quod genus fructuum, gloriosi martyres sanguine rubescentes, non incongruè intelliguntur: qui licet in corporum cortice, dura & amara valde exterius sustinerent tormenta, tamè eorum animæ martyrij corona insignitæ fuerunt. Sed addit denique sponsa. Ibi dabo tibi vbera mea, quod adimplevit, quando nudato pectore, suavissimo Evangelicæ doctrinæ lacte, omnes ex Gentilitate ad fidem conversos instruxit. In huius ergo rei testimonium, initium facturus Dominus suæ passioni, extra civitatem est egressus, & in hortum Gethsemani, committentibus eum discipulis, se contulit.

Martyres  
in malo  
granato  
significan-  
tur.

Cum pervenisset ad hunc locum, commendavit illis orationem, dicens: *Orate, ne intretis in tentationem, et tunc auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis.* Notandus est valde hic loquendi modus, quia non dixit, quod recessit ab eis, sed quod est auulsus, sicut cum arbor aliqua, vi magna, & impetu à terra, in qua plátata est, diuellitur, quæ partè terræ secú trahit, & partè radicum in terra ipsa dimittit. Diligebat Christus Apostolos, & strictissimo charitatis nexu illis erat coniunctus, quapropter, non sine magna doloris vi, & quasi viscera in eis dimittens, ab illis seungitur: ita ut rectius dicas, quod ab eis est diuulsus, quam separatus. O quam invité & reuictanter auertitur Deus ab eis, quos aliquando charos habuit. Non enim separatur, sed auellitur, id nostris peccatis exigentibus. Peccata enim illum cogunt, à loco, in quo est, discedere. Reliqui domum meam (inquit per Ieremiam) dimisi hæreditatem meam. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silua, dedit cõtra me vocem suam. Quasi diceret. Non mirum alicui videri debet, quod domum meam, & hæreditatem dimisserim, quia ipsa contra me Deum suum, sicut leo fremuit, & coactus sum illam desferere & derelinquere, nunquam enim eam desfererem, nisi ipsa prius desseruisset me, & tanquam leo sauiens, fremuisset. Hispano proverbio dicitur, quod fumus hominem de domo sua eijcit, sic fumus superbiæ Phari-

Deus, non  
nisi invité  
suos esse  
vit.

Ierem. 12

sa erump



seorum, expulit Deum á Synagoga, & hic idem in causa fuit, quod eam repudiaret, & haberet exosam. Quod de Synagoga dicimus, de vnoquoque nostrum etiam dicere possumus. Non enim Deus á nobis recedit, quasi ipse nos desererat, sed quia nos potius ipsum deserimus, & ab eo per peccatum elongamur. Cuicumque enim nostrum dicere potest illud Isaia cap. 50. Quis est liber repudij matris vestrae, quo dimissi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venundati estis. Non enim Deus vendit peccatorem libellum repudij ei conferendo, neque á se alienat & separat, reprobando eum, nisi quia ipse prior Deum dimittit, & feneratori diabolo, pro vilissimo voluptatum & illecebrarum precio venditur. Auellitur igitur Deus á peccatoribus eum deserentibus, quia non ex sententia aut ex corde illos deserit, & quando ab eis auellitur, non longè seiungitur, sed quantum iactus est lapidis, & non amplius: vt si lapidea nostra corda versus illud proijcere voluerimus, possit ea manu sua accipere. Nemo quidem, dum ei superest vitæ halitus, tam longè á Deo recedet per culpam, quod non possit in eum per penitentiam & contritionem, cor suum proijcere.

Auellitur etiam, sed non longè, cum á nobis recedit, vt facilis sit ad eum accessus, & nullo negotio illum inuenire possimus. Ezechielis cap. 10. viuis coloribus hoc adumbratum fuit. Nam cum Deus domum suam vellet ingredi, reperit eam idolis & varijs imaginum picturis plenam, & cum Deus, & idola, simul morari nequeant, iuxta illud. D. Pauli: Quæ conuentio lucis ad tenebras, aut Christi ad Belial? coactus est á propria domo egredi, & idolatras qui intus erant idola collentes deserere. Sed nunquid procul recessit? Nunquid in remotissimum aliquem locum se contulit, vbi difficulter eum possent inuenire? Minime quidem, sed vt ibi dicitur: Stetit in introitu portæ domus Domini: Qua-

Quasi diceret, O homines, quanta est vestra ingratitude & nequitia, quanta cordis vestri obstinatio, quæ me Deum vestrum propriam domum deserere cogitis, terga vertere, & aufugere: verumtamen non longè á vobis recedam, sed in ipso domus limine gradum figam, vt cum primum abieceritis idola, ingrediar domum meam, & ad vos ipsos reuertar. Repellis ó peccator Deum ab anima tua tuis sceleribus, & vitijs, quibus inferuis, cupiditatum tuarum idolatra effectus, tamen si ex corde eum quæsieris, & ad eum velis conuerti, non longè á te abest, quia in ipso limine illum reperies te expectantem, vt quamprimum ei signa dederis, ad te ingrediatur. *Afido esta de las alturas del alma, para tornar a entrar, en haziendolo del ojo.* Ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi ianuam intrabo ad eum, &c.

Aliquantulum ab eis auulsus, flexis genibus orabat ad Patrem D. Mattheus inquit, quod procidit in faciem suam orans: & vtrumque verum est, quia in signum maioris reuerentiæ, vtrique modo orabat, modo flexis genibus, modo super faciem suam procidens. Vbi Simon Callianus inquit, Procidit super terram, quia de terra terram humanitatis assumpsit, quam de terra, ipse cælestis, venerat erepturus. Homo de terra, Deus de Deo erat. Procidit super terram, vt maledictio terminaretur Adæ, qua dictum est: Terra es, & in terram ibis. Ipse de terra natus Adæ, procidit super terram, super humanam terram inclinatus: querebat illam imponere super cælum, ad quod possidendum, creata erat. Amplexatur igitur terram super eam stans, vt eam crucem ascédens, secum raperet ad cælum: & hoc est, quod per Ioannem dixerat: Ego si exaltatus fuero á terra, omnia traham ad me ipsam. Traxit omnia ad se, quia traxit hominẽ, in quo omnia per quãdam eminentiã, & virtualiter continentur.

*Pater si vis, transfer calicem illum à me.* Sciebat pietissimus Dñs. possibile non esse, quod calix ab eo transfret, supposito

Apo. 3.

Mat. 26.

Cassianus.

Gene. 3.

Ioa. 12.

Locus pro oratione. Oratio cõmedatur.

supposito quod libenter eum acceptauerat, & orationem eius quantum ad id, non esse a patre suo exaudiendam: & tamen orare voluit, ut orandi instructionem nobis relinqueret, & ut doceret nos in omni praesura & tribulatione, ad orationem, tanquam ad sacram anchoram esse confugiendum. Si mundus persequitur, si caro infestat, si diabolus laqueos suos parit, & tanquam leo rugiens, fremit, si calamitas imminet, si tribulatio vrget, & nos vnaque circumdat. ad orationem confugiamus, nam in ea ad omnia imminetia mala, remedia inueniemus. Est namque oratio, omnium agonizantium singulare praesidium, & contra omnia mundi venena vniuersale antidotum. Expectans expectaui Dominum (regius Psaltes inquit) & intendit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de laqueo miseriae, & de luto fecit. Et statuit supra petram pedes meos Per hunc enim loquendi modum, ut Theodoretus inquit, ingentia pericula, a quibus virtute suae orationis liberatus fuit, significat. Secundo orat Dominus, ut ex oratione eius, nostrae orationes meritum & robur accipiant. Tam grata enim fuit caelo Christi oratio, quod in virtute eius, omnes nostrae petitiones & orationes acceptantur. Et hoc est, quod per Diuum Ioannem, omni Ecclesiae dixit. Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis. Ille enim nomine Christi petit, qui non suis, sed Christi meritis nititur. Huius caelestis philosophiae non ignarus Propheta regius, in omnibus ferè Psalmis, in quibus oratoris munus exercet, aliqualem de Christo facit memoriam, ac si in fine suae orationis cum Ecclesia diceret, per Christum Dominum nostrum. Et specialiter in Psalm. 27. sic ait. Exaudi Domine vocem deprecationis meae, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Sed quodnam erat templum hoc, ad quod Dauid sustulisse manus dicitur? Nam Hierosolymitanum templum (ut Diuus Theodoretus aduerit) tunc structum non erat, ut ad ipsum leuare manus

Psal. 39.

D. Theod.

Ioan. 15.

In nomine  
Christi orandum.

Psal. 27.

Not.

D. Theod.

posset. Titelmanus per hoc templum, caelum intelligit, in quo specialiter per gloriam inhabitat. Doctor incognitus Ecclesiam, quam erigendam per Christum prauebat. Sed Origenes & Didymus per templum hoc, non aliud quam ipsum Christum intelligunt, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat. Eleuat igitur Dauid manus suas ad Christum, quem fide contemplabatur, quando aliquid a Deo petiturus accedit, ut factum hoc innueret, quod in virtute meritorum Christi, orationes nostrae Deo fiunt acceptabiles. Huc spectat Loebianum illud ca. 9. Cum inuocantem me exaudierit, non credo, quod audierit vocem meam. Sed quomodo, o vir sancte, verba tua stare possunt? Si Deus exaudiuit te in oratione tua illum inuocantem, & auxilium in tribulatione petentem, quomodo credis ab illo non fuisse exauditum. Equidem exaudiuit me, & ab eo non sum auditus, inter se videntur pugnare. Euacuat difficultatem doctor quidam, dicens, quod licet exauditus fuerit, tamen credebat, non tam suis meritis & virtutibus, quam meritis & oratione Christi hoc fuisse factum. Apocaliptis 8. legitur, quod beatus Ioannes vidit Angelum stantem iuxta altare aureum, cui data fuerunt incensa multa, ut adoleret de orationibus sanctorum, super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Hic Angelus, iuxta interpretationem Diui Thomae, est Christus redemptor noster, altare aureum, eius crux, auro charitatis fulgens, in quo se ipsum pro redemptione generis humani, in sacrificium obtulit patri. In manibus iuis angeli posita fuerunt incensa multa, ut adoleret ea & offerret super altare aureum, quod est ante thronum Dei, quia omnes orationes iustorum, quae Deo erant acceptandae, per manus eius, caelo fuerunt oblatae, & in virtute illius orationis, omnes aliae fuerunt acceptae.

Patet, aiebat, si vis, transfer a me calicem istum. In Evangelio Diui Matthaei ponitur dictio Abba. quae

Titelm.  
Doctor in  
cognitus.  
Origen.  
Christus  
tempus ap  
pellatur.  
Iob. 9.

Iob. 9.

Apo.

D. Tho.

*Distio Ab  
ba, quid  
significet.  
Erasmus.*

secundum sententiam Diui Hieronymi, & Clementis Alexand. Vox est Hebræa, siue Syrica, vox teneritudinis & amoris, significans, vt Erasmus adnotauit, idem quod apud Latinos pappus, qui loquendi modus, infantulis peculiaris esse solet: est enim primum, quod pueri loqui adiscunt. Hispanè sic vertes. *Tayia mo, padre. ito mo.* Indicat hic loquendi & orandi modus summam animi teneritudinem, & ingentem cordis dolorem, quibus ex mortis & passionis suæ consideratione, Christi anima afficiebatur. Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, non deerunt alia media, quibus humanæ salutis fiat redemptio, si aliud tibi facilius placuerit, & quod ego filius tuus vnigenitus non tam atrocem & crudelem mortem sustineam, id est, quod nunc deprecor, id quod summis precibus exoro: timor enim & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Omnes enim fluctus iustitiæ tuæ induxisti super me, & omnes iræ tuæ super me transierunt, verumtamen si humanum genus mea morte est redimendum, & medium hoc voluntati tuæ placet, non mea, sed tua fiat voluntas, quæ in omnibus est præferenda, libenter enim pro tua voluntate, & pro hominum salute moriar. Vox hæc, non appetitus rationalis, sed sensitui fuit, secundum quem, naturaliter mortem exhorrebat. Voluit cælestis hic agnus, secundum sensualitatem siue appetitum desiderare, quod secundum rationem volebat sibi concedi, vt in se ipso, non pœnam experiretur, quæ ex desiderio alicuius rei, quæ non assequi nunc, nascitur. Nullum voluit esse doloris agnus, quod in se ipso non susciperet, vt mortis suæ redemptio, abundantiore esset & copiosior: & forsità ob hanc causam Ilias Propheta, virum dolorum eum appellauit, quod neque de Iob, aut Thobia, aut quouis alio in afflictione constituto, dictum est: nimiram quia solus Christus, omnia genera dolorum in sua passione est expertus, & ne hoc etiam deesset, voluit desiderare, quod sibi concedendum non erat. Desideruit enim inferiorem sensum,

&

& cælestibus consolationibus denudauit, cui tam viuâ & naturalem, tamque efficacem mortis, & omnium malorum penæ, quæ passurus erat considerationem, exprefit: quod aliquo modo morte ipsa validior & fortior sit existimanda. Nam quod mors per se ipsam sine spinis & flagellis, sine clauis & cruce, & sine impijs satellitum & tortorum manibus, præstare non valuit: hoc ipsa sola imaginatio, sine alijs instrumentis præstitit. Hæc enim venas eius aperuit, & sanguinem intus existentem extraxit. O inauditum patiendi desiderium, o vehemens moriendi cupido, siquidem non morte satiata est, sed etiam quid mortis imaginatio doleat, & quid amara eius memoria terreat, in se ipso voluit experiri.

Eadem oratione subinde, secundò & tertio orauit, vt doceret nos, perseuerantiam in oratione valde esse necessariam, & quòd orare debemus patrem, non deficientes animo, sed in summa Dei benignitate sperantes. Sed & discipulos suos, quos surgens ab oratione visitauit, & inuenit dormientes, ad orandum exhortauit, & Petrum inter omnes reprehendit. Symon, sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tatione Sed & existimo, quòd eadem hora ( vt quidam doctor deuotus ait, disponete sic Deo, facerrima Virgo in cubiculo suo flexis genibus orabat, & passionem filij sui, æterno patri offerebat. O quanta fuit harum orationum consonantia, filius orabat dicens. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Cui vox respondebat matris. Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob. Rursus filius. Lauoraui clamans, rauræ factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. Mater verò psalmum prosequens, aiebat. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Tunc Christus. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis: confortati sunt, qui persecuti sunt me, inimici

*Oratio  
Christi &  
matris.  
Psal. 68.*

*Psal. 19.*

mei iniuste, quæ non rapui tunc exoluebam. De ipsa aiebat. Memor sit omnis sacrificij tui & holocausti tuum pinguescat. Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet. Sic alterutrum virginis dei filius, & mater eius sacrosancta orabant. Quæ grata fuit cælo hæc oratio, quam accepta patri utriusque deprecatio.

Expleta iam tertia oratione, exauditus est dominus.

*Angelus qui apparuit Christo fuit Gabriel.*

Quare Euangelista noster inquit. *Apparuit ei angelus de cælo confortans eum.* Angelus hic de cælo missus ad confortandum Christum, ex ea parte, qua paulominus ab Angelis minoratus erat, Gabriel fuisse creditur, cui ministeria redemptionis nostræ fuerant credita. Et bene Gabriel, qui fortitudo Dei interpretatur, ut nomen muneris conueniret. Descendit enim ad confortandum Christum, & ad certamen ei suadendum. Quæ verba confortationis legatus protulerit, ex euangelio non constat: sed inquit *Cassianus*, quod fortalis verba erant de amore paterno, de firmâ victoria, de resurrectione festina, de gloria post sepulchrum, de conscensione superna, de subiectione cælestium, terrestrium, & infernorum, & his similia, quæ confortare possent strenuè pugnaturum. Quando fortissimus ille dux Iosue post mortem Moyse, populi curam & ducatum accepit, ut barbaras illas nationes debellaret, & in terram promissam eos induceret, confortauit eum Dominus ad opus hoc subeundum, quod forte per ministerium alicuius angeli fecit. Confortare, ait illi, & esto robustus valde. Quasi apertius illi diceret. Magnam accepisti prouintiam, non leue onus humeris tuis imposuisti, cum dux populi mei constitutus es. Ingentia tibi imminent pericula, magna tibi parantur bella, nam cum atrocissimis hostibus pugnandum est: tamen confortare & esto robustus, non spondeas animum, neque deficias viribus, quia magna

*Simon Cassianus.*

*Iosue. 1.*

te expectant præmia, & rutilantes tibi parantur coronæ, si ad certamen properans, victor euasseris. En adest verus Iosue, dux noster & mundi saluator, qui onus redemptionis nostræ sentiens, & prouintiam, quam pater humeris suis posuit mente voluens timet & pauet quasi verus homo, & in hac consideratione constitutus, agonizat, & nimio afficitur dolore, quem Gabriel fortitudo Dei solatur & confortat. O mundi creator & redemptor, diceret, in quanta tribulatione & angustia es constitutus cum ipsa sis patris fortitudo & virtus: quanta debet esse dolorum magnitudo, quæ ipsam Dei potentiam sic terrere potest, credo equidem atrocissimam tibi mortem imminere, & tormentum passionis tuæ omnium martyrum tormenta superare. Non me latet atrocissimum fore bellum, & cum feruissimis hostibus tibi esse dimicandum, cum morte, inquam, & inferno: tamen confortare & esto robustus, quia magna tibi prouintiantur præmia, & inmarcescibiles promererebis coronas. Memineris obsecro, quod huius certaminis victoria ab æterno tibi parata est. Si posuerit, ait *Isaias*, pro peccato animam suam, videbit semen longeuum. Et rursus, Pro eo quod tradidit in mortem animam suam, fortium diuidet spolia. Morte tua mortem occides, superabis demonem, spelibus infernum & de suis principibus & potestatibus potentissimè triumphabis. Hæc est æterni patris voluntas, quam tu ipse ab æterno libenter acceptasti, hoc prophetæ omnes prædixerunt, hoc tota scriptura proclamat, hoc angeli desiderant, hoc mundus expectat, hoc gloria tua exigit: nam gloriosum erit tibi, & ruinas angelorum implere, & tot millia hominum pretio tui sanguinis restaurare, & de potestate demonum eripere. Age dum saluator mundi licentiam mihi concede redeundi, quia hora tui certaminis inflat, & discipulus, qui te traditurus est, iam est in ianuis.

*Esai. 53.*

Tunc benignissimus Iesus, ex vna parte voluntatem patris & fructum suæ passionis considerans, ex alia verò, acerbissimos, quos passurus erat dolores proficiens, talis ac tanta inter appetitum sensitiuum, & rationalem, lucta factus est, quod timore mortis, omnia membra eius sunt perterrita & pori dissoluti, & cepit agonizare, & per totum eius corpus sanguineum sudorem emittere. Et factus est, inquit D. Lucas, sudor

**Luc. 22.** eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Qui  
**D. Hil.** sudor (vt D. Hilarius ad notauit) non tam ex infirmitate, quam ex potestate & fortitudine processit, & ex diuina virtute, supra ordinem naturæ miraculum illud operante. Sic enim ait. Sudorem vero, nemo infirmitati audebit deputare: quia & contra naturam est sudare sanguinem, nec infirmitas est, quod potestas, non secundum naturæ consuetudinem gessit. Quapropter, crediderim sanguinem hunc, non timorem mortis extraxisse, quia timor potius venas & poros comprimit, quam aperiat, neque sanguinem foras extrahit, sed intus ad cor attrahit. Timuit quidem mortem, quia ipse timere voluit, & timendo aspera accidentia experiri quæ secunda adducit timor: tamen sanguineus ille sudor, non timoris manu, sed potius virtutis quæ illi contradixit, fuit abstractus.

**Simile.** *Fue tan grande el temor y esfuerzo que puso contra el temor de su carne, que abrió en poros rotos su cuerpo y apretado del dolor y congoja començo a manar sangre.* Contingere solet efrenem equum, ad bellum iam accinctum & paratum, gladios timere, & ab inimicorum incurfu formidare: tunc sesor calcaria adhibet, & freno maxillas eius constringit, ita vt os illius sanguine perfundatur. *Dile vna sofrenada, que le odoxa bñda la bo. a en sangre.* Non secus Christi sensualis appetitus mortem refugiebant, & viam passionis formidabat. tamen sesor & gubernator eius, appetitus, inquam rationalis, tanta virtute & fortitudine eum repressit, *Dile tal sofrenada*, quod totum

corpus eius sanguine fuit perfusum. non solum cum sensualitate pugnam habuit, verum & cum diuina iustitia conflictum. Nam potentia suæ brachij voluit cælum versus terram inclinare, terræ pondus eadem virtute vsque ad cælum attollere, vt in medio, pacis federe vnirentur, ex quo quidem factum est, quod per omnes artus sui corporis sanguineum sudorem emitteret. Considerate obsecro, quam libenter patiebatur, quanta moriendi erat cupido, siquidem sanguis ille preciosissimus noluit ferrum expectare, sed impias fatalium preuenit manus, & ipse sponte sua fluxit. Ille enim, qui virtute suæ diuinitatis noluit vt, ad dolores suos minuendos, ad augendum, illa vitur, & supra naturæ ordinem defluenti sanguini laxauit viam. Ob hanc causam (vt ego suspicor) instrumenta passionis Christi, quæ de se tam amara & acerbata fuerunt, dulcia appellat Ecclesia. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera. Amor enim & desiderium alicuius rei quantumuis amara & difficilis, redit eam dulcem & suauem. Hoc significat verba illa Salomonis. Prouer. 27. Animæ esurienti, amara, dulcia esse videntur. Id est animæ desideranti, quia desiderium, dulcescere facit amara. Ob hoc etiam forsitan Iob dixit. Putredini dixi pater meus est, mater mea, & soror mea ver mibus. Quia tanto tenebatur moriendi desiderio, quod sepulchrum corruptio & vermes, iucunda & amabilia illi videbantur. Appelletur igitur crux dulcis, quia desiderium illius compleuit, appellentur clauis, quibus crucem ipsam tenebat apprehensam, quam tandiu habuerat amore concupitam, sola lancea dira esse dicitur & crudelis, & quia in ea cessauit hæc ratio desiderij, & quia corpus iam mortuum & exanime vulnerauit. Explicat ad hoc positum Diuus Hieronymus, verba illa à Christo Domino prolata Matthei cap. :6. Tristis est anima mea vsque ad mortem: Quasi diceret nostro

Dd 4 idiomate.

Instrumenta  
 passionis  
 dulcia.

Prouer. 27

Iob. 17.

Læsetur  
 diradicatur.

D. Hiero.  
 Mat. 16.

Cant. 1.

Num.

Idiomate. *No teatre di chuent, ni hora de concert, hasta ver llegada e i. hora.* Nō omnino alienū est ab hoc fundendi sanguinem desiderio, quōd Dominus vuarum botrus ab sponsa fuerit appellatus. Cant. 1. Botrus Cypri dilectus meus mihi. Nō mirum, quia in racemo illo, quem exploratores populi de terra promissionis adduxerunt, in testimonium suæ fertilitatis, iuxta cuiusdam glossæ intelligentiā, fuerat adumbratus. Sed solet botrus, qui ad debitam iam maturitatem peruenit, quando in torculari reponitur, antequam à vinitoribus conculcetur, vel trabe comprimatur, ex se ipso, sua spē multum distillare. Sic Christus saluator noster, postquam hora eius iam peruenerat, & opportunitas patiendi, antequam à satellitibus vni patiatur, & in ligno crucis, tanquam in torculari collocetur, sponte sua, diuinum illum liquorem sui sanguinis distillare cepit, & emittere, & factus est sudor eius in sanguine.

Sed Christe sancte, Iesu bone (tecū enim alloqui nunc libet) quis te in tot angustijs cōstitutum, tristitia plerū, angore aff. ctum, expectatione mortis anxium, & guttulis sanguinis circumfusum intueri poterit, qui non in lachrimas totus resoluatur? Qualis, quæso, peccatorum nostrorum fuit corruptio, quōd diluuiō tui sanguinis venit expianda? Per diluuium aquæ purificatus est mundus, quando vniuersa caro corruerat viam suam: & quia corruptio & infectio animæ multo grauior extitit, non nisi diluuiō tui sanguinis potuit purificari. Quam rectè & verè Isaias Propheta cecinit. Si abluerit Dominus fordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Eluis Domine tuo proprio sanguine fordes animarum nostrarum, non solū in spiritu iudicij satisfaciendo celo, pro totius humani generis offensa, sed etiam in spiritu ardoris charitatis tuæ, qua diluuius iste sanguinis exterius apparens, nō nisi ex diluuiō ignis & charitatis in pectore latentis, potuit profluere. Si fertilizatur terra humano sanguine irrigata,

gata, & ad vberimos proferendos fructus sit aptior, quanta deinceps terræ humanitatis nostræ futura est fertilitas, quæ sanguine ipsius Domini manet irrigata? O terra celo ipso salcior, quantis frueris diuitijs, quæ talem ac tantum in te contineres thesaurum. Continēs enim Christi sanguinem, cuius prætium nullo prætio est æstimabile. O Domine, magna tibi & festiua parantur spectacula in terra. *Grandes fiestas se os apar j i oy en la tierra;* quæ tot expensis & diuitijs incipiunt celebrari. *Nanau ta gloriosamente fuytes seruido en ella.* Nunquam simile huic obsequium tibi terra præstitit. Nam, si mane natiuitatis tuæ, angeli gloriam tibi decantabant, & per aera discurrentes, dulces hymnos personabant, tamen erās in præsepio, & in feno iacebas, bove & asino committatus. Erās tertio decimo natiuitatis die, reges venerunt ab Oriente, aurum & thus offerentes, vt te verum regem agnoscerent, & adorarent: tamen nondum stabulum deserueras, & in humili diuersorio, aranearum telis ornato, morabaris. Tandem, si dominica fuisset proxima, cum magno triumpho & gloria, Hierosolymam es ingressus, cum summa omnium acclamatione & laude, & magna te tuos populi frequentia & lætitia: tamen summa huius triumpho gloria, in hoc consistit, quōd exuentis vestimenta sua, in terram, qua transiturus erās, illa proiecerant, quasi stratu regio & tapetibus eam ornantes. At nunc Domine, supra regale solium, & supra stratum preciosissimum tuam maiestatem & gloriam dignum, te intueor constitutam: quia super proprium sanguinem, qui valoris est infirmiti, & nulli prætio comparabilis. O terra, ne operias sanguinem eius, neque inueniat in te locum latendi clamor eius. Si enim placandi erant venti, ex aspectu virginis sanguinis, iuxta illud Maronis.

Isa. 16.

*Sanguine placatis ventis & virgine casta,*

Quantū magis cæli placabuntur ex aspectu sanguinis huius innocentiissimi agni, qui pro redemptione mundi

Psal. 41.

Ioe. 3.

Esa. 55.

est immolandum. Ecce fratres, fontem illum in medio paradisi constitutum, iam scaturire incipit, & fluere, ut irriget uniuersam terræ superficiem. Ecce David sancte, fontem illum a te tamdiu desideratum, de quo canebas, dicens. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. In cruce, fons erat mortuus, & ex omni parte vulneratus, ut per vulnera, quasi per quasdam scaturigines, torrentes sanguinis defluerent: at in horto, fons viuus dicitur, quia ante omne vulnus sponte sua fluxit. De hoc enim fonte Ioeel uaticinatus fuerat, Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Ad hoc enim fons ille defici sanguinis, de templo humanitatis Christi saluatoris nostri egreditur: nimirum, ut terra naturæ nostræ, quæ post maledictionem sibi inflictam, non nisi sentes, spinas, & tribulos peccatorum proferebat, sanguine huius fontis irrigata, in uberrimos meritorum fructus erumpat. Omnes igitur sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate. In hoc diuino fonte submergimini, ut sordes animæ vestræ, & peccatorum rubigo abstergantur. Sunt quidam fontes ad infirmorum medelam constituti, qui valnea appellantur, & hi quidem, ex calore nimio semper stillant, & aquæ guttas colore rubeo in modum sanguinis emittunt. Ecce diuinum fontem in hominum salutem constitutum, & a Deo patre præordinatum, ex nimio charitatis igne, sudorem mirabilem emittit, & in sanguinem resoluitur. Sed vix nobis fratres, si ad hunc diuinum fontem non accesserimus, & salutiferum eius sudorem contempnamus. Ille enim veraciter contemnit, qui cum peccatorum maculis sit plenus, recusat eas lauare, & ad hunc diuinum fontem pigritat accedere. Quid agis miser peccator? quid expectas? quis tuum fascinauit mentem, ut non statim ad remedium properes, & absque vlla dilatione & mora, ad hunc milerationis & indulgentiæ fontem

fontem accedas. Animam peccatis & sceleribus coinquinatam habes, & aquam, qua lauandus es, respicis? Caue, nè misericordia conuertatur in iudicium, clementia in rigorem, venia in seueritatem. Tu enim secundum diuitiam tuam & impunitens cor, thesauricas tibi iram in die iræ, & vindictæ (ut verbis Diui Pauli utar) O quam tremenda sunt illa Ezechielis verba, & omni peccatori formidanda. Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata a sordibus tuis. Multo, inquit, labore sudatum est: quia ex nimio labore & angore, quo anima Christi fuit afflicta, quod a sæculo non est auditum de aliquo, sanguineum emisit sudorem. Sed quod maiorem illi afflictionem tribuit, illud est, quod sequitur. Et non exiuit de ea nimia rubigo eius. Quod labor eius frustra sit susceptus, quod in vanum fortitudinem suam consumpserit, & quod circa aliquos rebelles, absque fructu laborauerit, & oleum & operam perdiderit. O execrabilis & detestanda peccatorum stultitia, o stupor mentis, & inaudita oculorum fascinatio, Deus vult illos a sordibus suis mundare, ipsi verò contradicunt Deo, & mundari non permittunt, vult illos in viam salutis, a qua auerfi sunt, reducere, & ipsi contentiosè fugiunt, vulneratis peccati vulnere, medicinam, & sui sanguinis balsamum offert, quod tamen quasi amentes & frænatici spernunt.

Rom. 2.

Ezal. 24.

Iere. 8.

*Bueluente la medicina a la cara, y no la estiman.* Nunquid, non est resina in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filie populi mei? Sanguis enim Christi resina est vulnerum nostrorum, & medicina valde salutifera, qua infirmitates nostræ sunt curandæ. Cum ergo in Ecclesia sancta, tanta sit resinæ copia, tanta Christi redemptoris nostri sanguinis abundantia, quid cause esse poterit, quod non obducuntur cicatrices, & non curantur vulnera? Equidem quamplurimi pec-

Hel. 12.

peccatores sunt, qui salutaris hanc medelam, vul-  
neribus suis applicare nolunt? Non reddit causam  
Propheta interrogationis factae, quia nulla alia est,  
praeter nostram stultitiam. Accedamus igitur fratres,  
cum fiducia ad tribunal gratiae eius, & ad innoxium  
sanguinem pro mundi redemptione fufum, multo  
melius clamantem, quam sanguis Abel, iuxta Apo-  
stoli sententiam. Nam sanguis Abel vindictam pete-  
bat: at sanguis Christi, misericordiam, & pecca-  
torum veniam, clamat. Videte, inquit, ne recu-  
setis loquentem, supple sanguinem. Nam quanto  
maior est Dei misericordia erga nos, & propensior  
beneficij oblatio, tanto erit, si contemnatur, in-  
dignatio accerbior. Amplectamur ergo Christi san-  
guinem, & pretiosissimum hoc balsamum, nostro-  
rum vulnerum & infirmitatum, medelam, & singula-  
re antidotum, & per cordis contritionem, & pec-  
catorum confessionem, vulneribus nostris illum

applicemus: ut tam efficaci, ac divino bene-  
ficio & remedio, aduti, salutem  
consequamur & gra-  
tiam.

FE.

# FERIA TERTIA

## hebdomadae sanctae.

*De negatione D. Petri, & eius conversione & lacrimis.*

### CONCIO.

*Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixe-  
rat: prius quam gallus cantet, ter me nega-  
bis: & egressus foras fleuit amare.*

Matthaei capite 26.



ANTA est naturae humanae fragi-  
litas, tantumque in omnibus suis  
operationibus a Deo dependens,  
quod non solum ad resurgendum  
a malo, divina gratia & auxilio indi-  
geat, verum etiam ad perseveran-  
dum in bono. Veritas haec tanta cer-  
titudine praestat, quod tanquam ca-

tholica definita est in concilio Arausicano & Tridenti-  
no. In Arausicano sic dicitur: Adiutorium Dei, etiam in  
sanctis, & renatis hominibus semper est implorandum,  
ut ad finem bonum peruenire, & in bono perseverare  
possint. In Tridentino vero, sic decernitur. Si quis dixe-  
rit, hominem iustificatum sine speciali Dei auxilio per-  
severare posse, aut cum illo non posse, anathema sit. Per-  
trahat hanc doctrinam D. Aug. libr. de correctione &  
gratia, cap. 6. Vbi sic inquit. Si dixerimus istam perse-  
verantiam tam salicem & laudabilem, sic esse hominis,  
quod

Auxilium  
Dei, ad  
perseve-  
randum  
in bono, es-  
se ne. e. ssa-  
rium.

Conc. Arau-  
sican.

Trident.  
ses. 6. ca-  
no. 22.

Vide. Div.  
Tho. 3. con-  
tra Gen.

c. 155. 12.  
qua. 109.  
art. 10.

D. Aug.



quod non sit ex diuino munere, euacuamus id, quod dixit Christus Petro: Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua.

Nō in nostris virtibus sed in Deo confidendum.

Cum ergo perseverantia in bono incepto, Dei propter donum sit, manifestè sequitur, quod non in nostris viribus sed in Dei potius virtute debemus credere, neque in nostra fortitudine & potentia spem nostræ salutis reponere: sed in potentia illius maiestatis, quæ sola inter tot humanæ vitæ fluctus, salutem & incolumitatem nobis potest promittere. Non enim in arcu meo sperabo (David aiebat) & gladius meus non saluabit me: ubi dicit Incognitus ex hoc sequitur, quod nullam confidentiam in viribus nostris debemus ponere, quia à nobis ipsis non possumus habere salutem. Forsitan hoc David tanquam expertus dixit, & qui suæ fragilitatis periculum fecerat. Nam aliquando in spiritali prosperitate constitutus, & diuinis fauoribus affluens, arroganter, nimisque confidenter dixerat, se à Deo nunquam esse recessurum aut amicitia iura violaturum, existimabat enim, indissolubili vinculo illi copulatum esse. Ego dixi in abundantia mea, non mouebo in æternum. Vbi Chaldaica translatio habet. Ego dixi cum sederem in fiducia &c. Magna enim fiducia, siue ut rectius dicam presumptio fuit, tale verbum proferre. Sed quid inde sequutum est? Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Quæ verba sic expendit Eusebius. Tu nihil amplius egisti, neque abiiciens, neque iniiciens quicquam, sed hoc propter iactantiam meam solū, tuo què auxilio destitutum reliquisti, & auertisti faciem tuam: ego autē statim deprehensus & turbatione plenus, peccatis succubui. Doceat nos Davidicus hic casus, nō altū sapere, sed timere, nō denotare virtute confidere, sed solū in Dei virtute & potētia sperare. Quæ sola sufficiens est, ab omni periculo liberare, & ab omni casu & calamitate proripere. Qui stat, videat ne cadat, inquit. D. Paul. 1. Corinth. 10. Et rectè inquit, qui stat. Nondū enim in hac vita sedemus, neq; deposui-

Psal. 43. Incognit.

Psal. 27. Dauidica presumpcio et confidentia. Euseb.

1. Cor. 10.

mus arma, sed quasi in agone stātes cōtēdimus. Est enim vita nostra militia super terram, cuius victoria securā non est, quia varij sunt belli euentus. Nemo enim est tam sanctus & iustus, nemo tanta animi tranquillitate & pace fruitur, nemo ad tam altū dignitatis gradū peruenit (si tamē in gratia nō est cōfirmatus) quod dū est in via, ab ea cadere nō possit, & deficere. Benadad regi Syriæ multa de se iactanti & pollicēti, rex Israel dixit. Non glorietur accinctus, æquē, ut discinctus. *No tiene q̄ blasonar el soldado, niētras q̄ durare la guerra, y andu cō las armas aquefatas.* Quasi diceret: donec cōsummatū fuerit bellū, nemo potest certus esse de victoria, aut securus de euentu. Dum sumus in hac vita mortali, nō dum deposuimus arma, sed quotidie cū inimicis manus cōserere necesse est, quare, nemo de sua sanctitate & iustitia, nemo de sua fortitudine & meritis securus esse debet, sed potius inter spem & timorē constitutus, soli Deo fidere. Hinc haberi potest intelligētia cuiusdā loci difficilis, qui habetur in Gen. 31, ubi Iacob cū socero suo Labā agēs, hæc verba protulit. Nisi Deus patris mei Abrahamā & timor Isac affuisset mihi, &c. Querit Paul. Burg. super hūc locū, quare hoc loquendi modo fuerit vsus Iacob? Quare nō dixit, Deus patris mei Abrahamā, & Deo Isac, vel timor Abrahamā, & timor Isac, sed Deus Abrahamā, & timor Isac? Nō enim credēdū est, caruisse mysterio, quod in tā paucis verbis stilum mutauerit. Respondet idē Burg. ex opinione Hebræorum, quod Deus nō nominatur Deus alicuius singularis persone, nisi postquā est extra fluxibilitatē huius vitæ, eo quod homo dū est in hac vita potest mutari, de statu gratiæ ad statū peccati. Et quia quādo hæc verba dixit Iacob, Abrahamā, iā è vita discesserat, sed Isac viuebat adhuc: idcirco de Abraham, qui iam erat in securo, dixit Deus Abrahamā, sed de Isac, qui adhuc erat in vita, dixit, Timor Isac, id est, quem Isac timet. Iustus enim debet esse timoratus, & nunquam de sua salute securus. Quousque tandem nauis ad portum appullerit, dum in mari magno huius sæculi procellis & tempestatibus, variisque ten-

1. Cor. 10

3. Reg. 26

Gen. 31.

Burg. inditio. Nota.

Iustus semper timet.

rationum ventis fuerit exposita, vela timoris non sunt colligenda. Si petra illa firmissima, supra quam tota Ecclesie fabrica fundata est, agitatione ventorum sic fuit concussa, si ad puellæ vocem tremefacta, quid de nobis erit sperandum, quorum fortitudo non enea est aut lapidea, sed fragilis & terrea, nullaque stabilitate fulcita? Tanta illius petræ videbatur fortitudo, quod durissimi mallei, ferreaque instrumenta, ad illam conterendum inutilia censerentur, & tamen puellæ lingua contrita est. *Parecia que no autan de bastar a quebrant a la picos de azero, y bast a para esto el pico de una rapaza.* Vis nosse apparentem huius petræ fortitudinem? ad verba illius attende. Cæna facta, & hymno dicto (vt Matthæus ait) perrexit Iesus cum discipulis suis in montem Oliueti, & dum peregrissent iter, exitum suæ passionis, & eorum scandalum illis narrabat. Omnes vos scandalum patiemini in hac nocte, quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Tunc Petrus magna fiducia & audacia, ait illi. Etsi omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor. Cui Dominus. Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Perpendite verbum illud, in hac nocte. Habet enim magnam emphasim, & negationem nimis aggrauat. Non enim multis elapsis diebus, aut annis, vt promissæ fidei possis obliuisci, sed in hac eadem nocte, non semel, sed ter, me negabis, & fidem mihi datam persolues. Tunc Petrus, etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et tamen, licet fortis & stabilis videretur, ad vnus puellæ vocem trepidauit, & eum, quem Deum esse corde credebat, hominem fateri, lingua non est ausus, sed iureiurando asseruit, se illum non agnoscere.

Sed iam ad historiam & ordinem huius negationis deueniamus. Eadem hora, qua milites a Pontificibus, & scribis missi comprehendunt Iesum, omnes eo relicto (vt Matthæus ait) fugerunt. Petrus & Ioannes, cum præ cæteris cum diligerent, sequentes eum à longe, vsq;

ad

ad domum Anæ Pontificis peruenerunt. Ioannes notus erat Pontifici, quare intercessione eius Petrum illuc ingredi permisserunt. Non suis meritis introductus est, licet magni meriti esset, sed Ioannis intercessione: nam hæc est mundi consuetudo, hæc lex inuolabiliter ab eo obseruata, vt neminem suis meritis aut virtute, sed potius fauore ad honores admittant. Habet aliquis fauorem? ingrediatur, sin minus: non potest ingredi. Hoc est, quod Salomon deplorabat in prouerbis. Sicut qui mittit lapidem in accerbum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Vbi Hebræa habet, sicut adnotauit Lyra. Sicut qui ligat in funda lapidem, sic qui dat stulto gloriam. Lapis enim natura sua appetit centrum, & in terra quiescit, neque inclinationem aut propensionem habet ad locum sursum: tamen si quis lapidem accipiat, & in funda ligatum vi proiciat, sursum fertur, non quidem motu naturali, sed violento, & vsque ad aeris regionem pertingit. Quod quidem non ex aliqua lapidis inclinatione prouenit, sed potius ex vi brachij proicientis. Sic nimirum sepe numero contingit, quod stulti & insipientes, & qui nullis virtutum meritis polent, a terra subleuantur, & in supremo dignitatis & honoris loco constituuntur, eoquod brachia habent & fauorem, quibus quasi uolenter, & contra naturæ iura, ad suprema euehantur.

Ingreditur etiam medio fauore Petrus in domum Pontificis, quia apud terrenos iudices, non iustitia, non sanctitas, non Petrus ipse, sed solum fauor, siue pecunia ingressum habet. De lapide Iaspide dicitur, quamplurimas habere virtutes, & proprietates, tamen nullam exercere, nisi auro sit celatus, & coopertus. Quis non uideat, simillimam esse iustitiam nostri temporis, non aliquid agit, aut rectè administrat, nisi fauore & auro fuerit commitata. *Isai. 1.* sic dicitur, Pupillo non iudicant, & causa uiduæ non ingreditur ad illos. Et capite 59. Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corrui in platea ueritas, & æquitas non

Ec potuit

Mat. 26.

Mat. 26.

Prou. 25.

Literi Hebraei.

Fauore, non meritis dignitates conferuntur.

Simile.

Isai. 1.

Isai. 59.

potuit ingredi. a le iusticia le dixeron con la puerta en los ojos, y queriendo por ser la verdad dio de hocicos: In-  
 grediuntur Petrus & Ioannes, per manum mulieris, alter, quia notus erat illi, alter verò, quia apud eam fauorem habuit. Dolendum quidem est & sanguineis lacrimis deplorandum, quòd vix in curijs regum & eorum domibus aliquid attentare liceat, quod non fauore mulierum & earum interuentu indigeat. Si iudex creatur, si prætor eligitur, si alicuius Ecclesiæ cura committitur, si aliquid quantumuis graue à supremis senatoribus decernitur, omnia per mulierum manus geruntur. Ex quo nimirum fit, quòd promaiori parte mulieres mundam regant & gubernent, ac iustitiam ipsam administrent. Affirmabat rex quidam Persiæ, quòd filius eius paruulus nomine Theophantus, qui sextum annum vix attigerat omnem Gratiam gubernabat: quod eleganti quodam discursu inferebat. Theophantus imperat matri, mater imperat mihi, ego impero Græciæ, ergo Theophantus Græciæ imperat. Hoc enim nostris temporibus, de mulieribus possumus potius deplorare quam asserere, quæ promaiori parte, heu dolor, imperant his à quibus totus orbis gubernatur, & qui totius reipublicæ regimen susceperunt. Sic arbitror intelligendum illud Isaïæ capite 3. Vbi inter alias calamitates ait. Et examinati dominabuntur eis. Examinati dicebantur antiquitus idolatræ qui se euirabant vt sacrificarent Dijs: & sic verit intelligendum illud quod habetur 4. Regum. 23. vbi dicitur inter alia de sancto Rege Iosia, quòd destruxit ædificas examinatos, quæ erant in domo Domini. Vocat examinatos, idolatras illos, qui vt cultui Deorum se manciparent, virilia sibi amputabant. Si ergo examinatos appellit eos scriptura sacra, qui propter idolatriam se impotentes reddebant, & euirabant, quidni examinatos appellem ego iudices, qui cum mulierum

Fauor mulierum iustitiam pervertit.

Mulieres imp. x. xi.

Isaie. 3.

Nota.

Vide Leonem super Isaian.

4. Reg. 23

mulierum, quas inordinate diligunt, sint idolatræ, ad iustitiam administrandam se reddant impotentes? Non enim quod rectum est, & rationi consonum, sed quod feminis, quas vt numina colunt, & diligunt, hoc iudicant, & decernunt. Ex quo planè sequitur, quòd præposterè munus suum exequantur, & debitum iustitiæ & æquitatis ordinem peruertant.

Ingressus Petrus domum Pontificis, accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galileo eras. Aduertite quibus armis adoriatur, diabolus Petrum, mulier scilicet, vt eum à firmitate fidei deiciat. Nouit enim mulierem, fortissimam esse armam, ad cor humanum propulsandum, & deuincendum. Hoc instrumento Adam primum nostrum parentem, à culmine iustitiæ originalis, in qua fuerat creatus, deturbauit, & in miseriarum baratru deiecit. Sapièter quidem & acutè D. Greg. de Iob, & eius vxore agès, dixit, hoc fuisse veteratoris illius consiliu, vt quoniam non poterat in arcem omnibus virtutibus munitam aliqua ex parte irrumperè, neque menia, hoc est, incredibilem animi celsitudinem attingere, quasi artis bellicæ peritus, vxoris consilia, & orationem, quasi scalam quandam adhibuit, per quam ascendens, rationis arcem occupare posset. Nunquid (Sathanas inquit, qui Apostolos petierat, vt eos cribaret) Petrus firmior est Adamo, aut maiore virtute, & sanctitate præditus? Si ergo hoc ariete, tantam fortitudinem labefactare potuit, quare ergo Petrum eodem non deuincam? Ad idem est, quod Petrus Blesensis, in expositione super Iob aduertit. Quærit, quare diabolus, qui Iob de omnibus bonis suis spoliavit, substantia, & filijs priuauit, vxorem tamen illi reliquit? Et respondet, hoc non fuisse ad solatium viri, sed ad consumptionem suæ malitiæ, vt per feminam vinceret, quem per persecutionem non poterat, & quod verberibus non præstitit, hoc verbis mulieris præstaret. Ex quo nimirum sequitur, quantum familiaritatem

Mulier armata diaboli.

D. Greg.

Holchot.

mulierum debemus fugere, vt carnis victoriam consequamur. Dicit Holchot, quod debemus pugnare contra carnem, fugientes, sicut Tartari & Parthi, qui simul equis insidentes fugiunt, & tamen insequentes a te ego sagitant. Equidem de Parthis, Boetius 5. de consolatione sic ait.

Boetius 5  
de consolat.

meto, 1.

*Rupis Achemeniacae scopulis ubi turba sequentum  
pectoribus figit spicula pugna fugax.*

Sic cras vitanda est & mulierum consortia fugienda, ne tentationum iaculis miserabiliter succumbamus. Sunt quaedam vitia, quibus obuiam exevndum est, vt de illis victoriam possimus reportare. Huiusmodi est superbia, auaritia, gula: huiusmodi enim ad certam pro uocare poteris, & per contrarios actus debellare. At caro potius D. Bonauentura inquit, est fugienda, quam pro uocanda, & in suam sententiam illud D. Hiero. adducit. Fœminam quam vides benè conuersantem mente dilige, non frequentia corporali, quia initium libidinis est in visitatione mulierum, & mundus cum mulieribus non melius vincitur quam fugiendo: quia cum ceteris vitijs, & morbis quis possit resistere, huic tamen non potest nisi per fugam. Potest proposito adaptari historia illa quæ habetur 2. Reg. 5. Cum enim Philistæi venissent in vallem Raphain & Dauid cum exercitu suo esset ex aduerso, Dominum consuluit. Si ascendam contra Philistæos & trades eos in manus meas? Cui dominus respondit. Non ascendas contra eos, sed gira post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum. Quis hoc non miretur? quod præcipiat dominus Dauid fugere philistæos & terga vertere, vt de illis possit victoriam reportare. Quanam necessitas erat girandi post tergum, quod commode fieri non posset, nisi ipse etiam inimico terga daret? Maximè cum Dei auxilium, & presidium angelorum illi promittatur.

D. Bena.  
lib. de paritate  
confcientie.  
cap. 14.

2. Reg. 5.

cur. Sic enim ei dicitur: & cum auderis sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prelium, quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam. Fuit autem ille sonitus in cacumine pyrorum (vt Abulensis ait) magnus apparatus curruum & equorum, armorumque, per ministerium Angelorum representatus ad inimicorum terrorem. Ad quid igitur girare iubetur & aufugere? Manifeste hic aliquod insinuat misterium. Nihil aliud certe, quam quod nuper dicebamus, quod sunt aliqui inimici, qui per fugam, non per inuasionem, debellandi sunt. Vis de mundo victoriam reportare? illud fuge. Vis carnem & mulierem superare, & ab illis non deuinci? ab illis secernere, & tanquam viuum ignem, eas deuita. Difficile enim erit inter ignis flamas non comburi, & inter equorum pedes, non conculari. Genesis. 2. dicitur, quod ad formandam mulierem, costa Adæ fuit assumpta, ex qua pulcherrimam illam fœminam sapientia sua Deus construxit: sed qualis obsecro facta fuit restitutio? Certe ibi dicitur, quod repleuit carnem pro ea loco costæ assuptæ, caro fragilis illi data est. Quid hoc facto diuinus spiritus nobis innuit? nisi quod quando cumque homo fuerit mulieri familiaris, amittet suam fortitudinem & virtutem, & ab eius familiaritate, nihil aliud nisi carnem, id est, carnales affectiones recipiet. Loquitur fusiùs de hac materia D. August. De cohabitatione clericorum & mulierum, dicens. Grauem inimicum sortita est castitas, cui non solum resistendum est, sed dimisso freno, longius fugiendum. Experto crede, inquit, loquor coram Deo non mentior. Cedros tybani, Duces gregum sub hac peste cecidisse reperi, de quorum casu non magis suspicabar, quam Ambrosij, vel Hieronymi. Sed quid in recensenda periculosa mulieris consuetudine immoror? Ecce Sathanas ad fundamentum illud Ecclesiæ firmissimum, Petrum labefactadum, mulierem in armem assumpsit, & lapidem illud firmissimum super quem tota Ecclesiæ fabrica constructa est, fecit concuti.

Abulensis

Gen. 2.

D. August.  
de Cohabit.  
clericorum,  
& mulierum.

Petrus audiens puellæ vocem, quasi illum accusan-  
 tem, quod discipulus esset Iesu, & eius sequeretur vesti-  
 giis, negavit coram omnibus, dicens. Nescio quid dicis.  
 Excunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, &  
 cum diceret ijs, qui aderant, illum esse Christi discipu-  
 lum, iterum negavit cum iuramento, affirmans, se non  
 novisse hominem illum. Tandem accesserunt, qui sta-  
 bant in atrio, & quasi ancillæ dictum confirmantes, dixe-  
 runt. Verè tu es illis ex: nam & loquela tua manifestum  
 te facit. Tunc Petrus cepit detestari & iurare, quia non  
 novisset hominem, & continuo gallus cantavit. Sed quid  
 est, quod ais, Petre, non novi hominem? Non novisti ho-  
 minem illum, qui te in mari Thiberiadis ad Apostola-  
 tum vocavit, & ex piscatore piscium, piscatorem homi-  
 num fecit? Non recordaris illius hominis, cuius divini-  
 tatem iuxta Cæsaream confessus es, dicens: Tu es Chri-  
 stus filius Dei vivi? O quam labilis memoria. Non venit  
 tibi in mentem homo ille, cui venienti ad te super  
 mare, dixisti. Domine, si tu es, iube me venire ad te su-  
 per aquas, & cum cepisses mergi, apprehendit manu, &  
 incolumem reddidit? Mirum quidem est, quod omnia  
 hæc tam citò oblivioni tradideris. Quod si timore mor-  
 tis illum negas, quid times? cuius conspectum metuis? an  
 mulieris? Quis tortor funibus te compriimit? quibus pu-  
 gionibus ad pectus admotis te interrogant? Vbi manus  
 armata militis? Vide, quod puella debilis sit, quæ tibi no-  
 cere haut quaquam potest, aut aliquid mali inferre. Vbi  
 quæso fortitudo tua, siue potius dicam, iactantia? Vbi il-  
 lius promissi a simplicitate: Et si omnes scandalizati fue-  
 rint, ego nunquam scandalizabor? Et si oportuerit me  
 mori tecum, non te negabo? Certè arrogantia tua & præ-  
 sumptio, plusquam fortitudo tua, siquidem ad vocem non  
 id dicis, non militis, aut ducis, sed puellæ, illum negasti.  
 O quam suspecta est omnis humana fortitudo, quam fra-  
 gilis & proclivis natura nostra ad malum. Nemo enim est,  
 qui dum vivit in carne, securitatem sibi debeat promit-  
 tere,

Mat. 4.

Mat. 16.

Mat. 14.

Mat. 26.

Nemo de  
 sua virtute  
 se securus.  
 simile.

tere. Sunt aliqui mercatores in civitatibus maritimis,  
 qui navim de portu egredientem, propter statutum  
 prætium, assecurare non dubitant. Pro mille numis au-  
 reis, triginta millia assecurant. Quod si ab illis sciscite-  
 ris, quare hoc faciant? Respondebunt utique, quia ex vi-  
 ginti navibus, vix vna deperditur. At si ex viginti, vix  
 vna remaneret salva & incolumis, magna esset temeritas,  
 illam assecurare. O quam periculosa est maris huius  
 mundi navigatio, quantis periculis, procellis, & tempe-  
 statibus exposita. Vix enarrari potest, quanti naufragium  
 passi sunt, & inter humanæ vitæ fluctus perire. Quis na-  
 vim aliquam assecurare erit ausus? Quis homini, quan-  
 tumvis sancto, quantumvis iusto, per mare magnum hu-  
 ius mundi, etiam prospera aura flante, pergenti, securi-  
 tatem promittat? Equidem in proverbijs sic inquit Sa-  
 lomon. Tria mihi difficiilia, quartum penitus ignoro,  
 &c. Tertium est, via navis in medio mari, sed super  
 hæc omnia, via viri in adolescentia. Non est navis a ven-  
 tis agitata, quæ tot periculis sit exposita, sicut vita no-  
 stra, dum per procellosum mundi pelagus defertur. Ec-  
 ce Dium Petrum, qui tantum de sua sanctitate & virtu-  
 te confidebat, qui expellebat dæmones, illuminabat cæ-  
 cos, languidos curabat, & in virtute nominis Christi, mi-  
 rabiliora edebat miracula, & tamen ad vocem vnius mulier-  
 culæ, flante tentationis vento, naufragium patitur, &  
 a confessione Christi confusibiliter defecit. Nega-  
 vit enim eius esse discipulum, aut illum villo modo  
 cognoscere.

PRON. 30

Petri casum adhuc vidimus, iã eius conversionem videamus. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, &c. Principiũ con-  
 versionis eius, iuxta D. Lucã fuit, quod respexit illũ Do-  
 minus, quod de spiritali & nõ corporali respectione in-  
 telligendũ censet. D. Aug. iib. de consensu Evangelista-  
 rum, cui a stipulatur Iansenius, capite. 39. suæ con-  
 cordiæ, & ratio est, quia Christus intèrius erat inter sa-  
 cerdotes & seniores, Petrus verò foris in atrio inter  
 mi-

Respexit  
 Christus  
 Petrũ spi-  
 ritualiter  
 non corpo-  
 raliter.  
 D. Aug. de  
 consen.  
 Evangel.  
 Iansen. in  
 concordia

*Psal. 85.*

*Iob. 10.*

*Eccle. 23.*

*Gen. 49.*

*Locus pro  
lachrimis.*

ministros. Respexit illum oculis diuinitatis & omnipotentia suæ: sicut & Dauid dicebat. Respice in me, & miserere mei. Potuerunt Pharisæi & Scribæ oculos Christi corporeos velare, & obtegere, ne eos percutientes videret, sed non diuinitatis oculos, ne illis Petrum, etiam velatus respiceret. Nunquid, aiebat Iob, oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu vides? Minime quidem, sed oculi eius lucidiores sunt super solem, quibus super vias hominum respicit, & intuetur bonos & malos. Et sicut oriente sole, & radios suos super terram spargente, fugantur tenebræ, & abscedit caligo noctis: sic sol illius iustitiæ, Petrum interius respiciens, illuminauit illum, & peccati sui tenebras ab eius mente depulit. De his oculis Patriarcha Iacob loquens, aiebat, Gen. 49. Pulchriores sunt oculi eius vino. Vinum enim, & inebriat, & ad lachrimas prouocat. Verè oculi tui Domine, pulchriores hodie vino fuerunt, & multo magis efficaces extiterunt, siquidem ad eorum contuitum, amore inebriatur Petrus, & egressus foras, amarissimè fleuit.

Vix Dominus eum respexit, quando Petrus ad se ipsum reuersus, recordatus est, & fleuit amarè. Exitus ille lachrimarum, quas oculi Petri deducebant, non aliunde, quam ex memoria fluxerunt. Peccati sui recordatus est Petrus, inquit, & fleuit. Memoria incomparabilis est thesaurus, sacrumque ærarium, in quo animæ diuitiæ seruatur. *Es el guard. joyas del alma, es libro de caja del deue y ha de auer.* Nam in ea & quod recipitur, & quod expenditur, obseruatur. Deus daturus est animæ ineffabilia illa præmia, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, &c. Anima reàditura est Deo omnium beneficiorum suorum retributionem & gratitudinem. Deus animæ gloriam suam reddere tenetur. Anima tenetur Deo, in omnibus, & super omnia diligere, legem eius obseruare, & omnium præceptorum eius, neque iota vnum, aut vnum apicem prætere. Denique memoria fons est, vnde lachrimæ egrediuntur, quibus animæ iacturæ reparantur, & nihil

est in humanis rebus, siue tempus elapsum, siue bonum amissum, siue commissum malum, ex quo memoria non faciat permanere lachrimas. Maxime autem inter hæc omnia, bonorum caelestium iactura, & amissio, quam per peccatum incurrimus, si ad memoriam euocetur, ad lachrimas nos prouocat, & fleibus viam aperit. Nam quis oro, nisi ab omni rationis usu proflus sit alienus, contideans, per peccatum mortale Deum perdidisse, & ipsam vitam æternam amississe, omniumque meritorum & bonorum operum iacturam fecisse, non statim in lachrimas prorumpet. In libro iudicum, capite 18, memoriæ mandatum est, quod cum quidam milites de thipse Dan, venissent in montem Efrain, & ingressi fuissent domum Michæ, abstulerunt per vim Deos eius aureos, & quidquid præstitum in domo sua repenerunt. Michas cum hoc audisset, insequutus est eos, clamans & plorans. Illi verò cum respexissent Micham insequentem & plorantem, dixerunt ad eum. Quid tibi vis? cur clamas? Quibus ipse respondit: Deos meos tulistis, quos ego feci, & sacerdotem, & omnia quæ habeo, & dicitis mihi: Quid tibi brevis? Quasi diceret. Nonne sufficiens ratio nobis videtur ad plorandum, quod Deos meos, & omnem meam substantiam abstulistis? Pulchra quidem, consideratio, & peccatori valde accomoda. Fleat peccator incessanter, & oculi eius exitus aquarum deducant, petatque cum Ieremia duos lachrimarum fontes: magnam enim occasionem habet lachrimandi. Nam abstulit ab eo culpa, non Deum quem ipse fecerit, sed Deum a quo ipse factus est, non bona temporalia perdidit, sed spiritualia, & caelestia, quæ multo magis æstimantur, & tanto maiori prætio habentur, quanto æterna præstant temporalibus. Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte (Dauid aiebat), dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Dauidem accusabat propria conscientia, quæ pro mille testibus computatur, eo quod Deum suum per culpam amississet, & dicebat illi. Vbi est Deus, quem collis? vbi eius amor? vbi

Et 5 timorè

*Consideratio bonorum caelestium, quæ amittuntur, & inuisper culpam, ad lachrimas prouocat. Iudic. 18.*

*Psal. 41.*

timor? ubi beneficiorum eius memoria, & gratitudo? Quomodo pro vili & transitoria voluptate eum commutasti? & dum hæc mente sua volueret lachrimare non cessabat, die ac nocte amarè flebat. Sed quare lachrimas appellat panes? Equidem panis, quotidianus victus est, & super omnia alia necessarius: Cuius defectus maior est, quam cuiuscumque alterius rei. Licet enim omnia alia deficient, modo adlit panis, poterit quis refici & sustentari, sine pane tamen, etiam si alia abundet, non poterit. Vt ergo indicet lachrimarum necessitatem ad alendam, & conservandam vitam animæ, & quod hic debet esse ordinarius eius cibus, panes eas appellat. Item panis licet reficiat, tamen sitim non extinguit, quin potius eam excitat & accendit: & ideo fuerunt illi lachrimæ panis, non aqua, quia quò plus flebat, tanto magis in eo sitis flendi accendebatur. Alibi etiam dicebat ipse. Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrimis meis stratum meum rigabo. Vbi Chrysostomus inquit. Audiant humiles, & demissi, qualem Rex & purpura indutus offenderit, penitentiam audiamus. Non modo laboravit, sed gemens laboravit: non tantum lachrimatus est, sed lachrimis lectum lauit: non vno aut duobus aut tribus diebus, sed etiam singulis noctibus. Sed quare potius stratum & lectum, quam alia loca, lachrimis rigare promittit? Nimirum, quia in his locis specialiter deliquerat: lectum in quo Bersabe vitiauerat, & stratum regium ubi sententiam mortis contra innocentem Vriam dederat, & manu sua firma uerat. Sicut solet reus in eodem loco ubi delictum patrauit, puniri: sic David in stratu, & lecto ubi deliquerat de se ipso vindictam sumebat. Quotiescumque David stratum, vel lectum intuebatur, patratum facinus ad memoriam reuocabat, & sceleris sui conscius, lachrimis habenas laxabat. In Genesi capite 3. habetur iuxta editionem septuaginta, quòd cum eiecisset Dominus primum nostrum parentem de paradiso voluptatis, collocauit

*Lachrima  
quare pa-  
nes appe-  
llantur.*

*Lachrima  
cibus ani-  
ma.*

*Psal. 6.  
D. Chrisf.*

*Simile.*

*Gen. 3.*

collocauit eum in regione quadam, quæ erat ante ipsum paradysum. Non longè illum expulit, sed ante ipsum paradysum collocauit, vt amenissimum illum locum quotidie cernens, bonum, quod per culpæ transgressionem amiserat, ad memoriam reuocaret. Aspiciebat, quam in colebat terram, sterilitate lugentem, fructibus vacuum, tribulis & spinis plenam, deinde ad paradysum voluptatis, conuertebat oculos, quem videbat floribus ornatum, arboribus constitum, germine pulchrum, fructibus abundare, & vix à lachrimis & gemitibus se poterat continere. Memoria enim boni præteriti, & mali presentis consideratio, voluntarias lachrimas extorquebat. Dicere enim poterat illud Dauidicum. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Et bene deduci dicuntur lachrimæ, vt fructus earum ostendatur. Deduci solet aqua ingenio & artificio, per canales, & aqueductus, ad irrigandum hortum aut viretum, vt florere, & germinare possit, uberrimosque fructus ex se producere. Sic deducendæ sunt lachrimæ, vt terra animæ nostre illis irrigata, copiosum gratiæ fructum producat. Multum enim refert, cum à Deo per peccatū exulamus, non multum ab eo discedere, neque antiquæ nostræ felicitatis, qua in domo eius fruebamur, obliuisci. Qui enim paradysum illum considerat, à quo expulsus est, & presentia mala, quæ per peccatum incurrit, ad memoriam reducit, quòd inimicus Dei sit, quòd gratiam eius amiserit, quòd ius ad æternam hæreditatem perdidit, quòd inferni supplitio mancipatus, quòd omnium spiritualium bonorum iacturam fecerit, certè lachrimas continere non poterit. Omnia hæc ad mentem, reduxisse Diuum Petrum non dubito, cum post negationem galli cantum audiuit: recordatus enim est, vt Evangelista testatur, & hinc est, quòd tam amarè fleuit. Sed cuius recordatus est? non solum verbi Iesu, sed etiam antiquæ suæ fidelitatis & amicitie, recordatus est beneficiorum Christi, qui eum ad Apostolatam vocauerat, &

*Psal. II.*

*omni-*

Job. 10.

Psal. 38.  
Glossa.

Cambisis  
crudeli-  
tas.

D. Clem.

Lachrimis  
leuigatur  
pena cor-  
dis.

omnibus alijs preulerat, qui clauis cœli illi commisse-  
rat, & thesaurorum Ecclesiæ dispensatorem constitue-  
rat, qui suæ transfigurationis testem eum fecerat, & tan-  
dē corpus & sanguinē suum in cœna illa, in cibum & po-  
tum traddidera, & tunc horum beneficiorum memoria,  
quasi calcariibus quibusdam instimulatus, egressus foras,  
fleuit amarē. Tam amarē fleuit Petrus, & tam copiosas la-  
chrimas fudit, quod testante Diuo Clemente, per totum  
vitæ spatium, fletum suum protraxerit. Quotidie enim  
sub galli cātu, eo tempore, quo magistrum suum negaue-  
rat, surgebat a lecto, & in multis lachrimis & gemitibus,  
peccatum rā dimissum diluebat. Sic enim plorandum est  
pro commissis culpīs, non leuiter, aut semel, sed cum cō-  
tinuatione & perseuerantia, vt omnimodam de illis veni-  
niā consequamur. Vbi lectio nostra vulgata habet. Mure-  
nulas aureas faciemus tibi sponsa. Alia lectio habet. Tur-  
tūres aureas faciemus tibi. Id est, in aures, quæ figuras tur-  
turum habeat inculptas. Sed quare turturum potius, quā  
aquilarum, aut alterius volucris? Nimirum, quia turtur  
symbolum est perseuerantiæ, mortuo enim cōiuge, nullā  
consolationem admittit, non solatium quærit, non in ira-  
mo viridi sedet, sed in perpetua tristitia & orbitate, & in  
canto illo lugubri, perpetuō perseuerat. Sic mors animæ  
lugenda est, sic sponsi tui amissio, deploranda, nō semel,  
sed quotidie, non leuiter, sed perseueranter.

Egreditur foras ad plorandum Petrus, nam postquam  
sceleris sui recordatus est, tanta tristitia, & contritione  
cordis fuit affectus, quod si lachrimas contineret & re-  
primeret, opprimeret eum dolor, & animam exalaret.  
Lachrimæ enim, et si ex dolore & tristitia ortū habeant, ta-  
men dolorem ipsum & tristitiam minuunt & temperant.  
Cælum cum nubibus est & tenebrosum, terræque exala-  
tionibus præoccepsum, fulgurat & tonat, & quasi in se  
ipso comprimitur & conteritur, at si semel plorare cape-  
rit, & pluere, quiescit, & ad serenitatem reducitur. Etiam  
qui cordis infirmitatem & dolorem patiuntur, plorando

mi-

cap. 10. Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolo-  
rem meum. Hanc mihi consolationem concede, vt cor  
meum in lachrimas resoluatur, antequam ex hac luce mi-  
grem, vt aliquale solamen accipiam. Tanta enim est do-  
loris magnitudo, quod ipsis calamitatibus præpeditunt,  
plorandi facultatem non habeat, vt vel sic aliquantulum  
possit respirare, & quiescere. Hæc etiam tanquam benè-  
ficio singulari, sibi concedi Propheta regius petebat,  
Psal. 38. Remitte mihi, vt refrigerer, priusquam abeam,  
& amplius nō ero. Vbi glossa inquit, vt refrigerer ab estu  
vitiōrum. Aqua enim lachrimarum refrigerat animum vi-  
tiji æstuantem, & dolorem eius temperat. Ferrur de Cā-  
bise filio Cyri, quod cum regem quendam, captiuum, &  
in vinculis teneret, vt maiori dolore eum afficeret, filios  
suos, quos etiam captiuos tenebat, compedibus & cate-  
nis constrictos, ante eum transire fecit: quo dissimulan-  
te, neq; tristitiæ signa ostēdente, filias trāsire fecit saccis  
indutas, nudis pedibus, & dilaceratis crinibus, sed neque  
ad earum conspectum commotus est. Tandem amicū  
ei valde charum ostendunt, eisdem quibus filij, vinculis  
& compedibus constrictum: quo inspecto, dolorem am-  
plius continere non valuit, sed in lachrimas & singultus  
prorupit, Cui Cambises ait. Quomodo ó tyranne, filio-  
rum tuorum afflictionem sicis oculis aspexisti, nequē  
vllum animi affectum aut dolorem ostendisti, nunc au-  
tem ad vnus singularis hominis contuitum, cor tuum  
liquefactum est, & tantam lachrimarum copiam perfu-  
disti? Cui captiuus ait. Tanta fuit doloris magnitudo, ex  
calamitate filiorum concepta, ó rex, quod eorum aspe-  
ctu præpeditus, plorare non potuerim, & in lachrimas  
prorumpere. Si enim flere mihi concessum esset, iam  
ex hoc pena leuior esse videretur: si igitur cor humanū  
peccatorum sarcina prægrauatum, exoneratur flendo, si  
effusione lachrimarum animus recreatur, & mitigatur  
pena: nobis, qui peccatorum pondere penē obruimur,  
qui tot contra Dei legem commissimus delicta, qui ma-  
licia-

licia-



iestatem eius offendimus, & iustissimam illius vindictam prouocauimus, quid aliud nisi flere conuenit? Quid uilius lachrimis esse poterit? Lachrimæ enim, tot & tantorum malorum, futuræ sunt medela, & remedium.

*Lachrima  
sunt vera,  
non ficta.*

Tandem circa has Diui Petri lachrimas, illud obseruandum est, quod amaræ fuerunt. Egressus, inquit, foras, fleuit amaræ. Procedebant enim ex cordis amaritudine, & contritione. Non desunt lugentes in hoc mundo, quin potius infinitus est lachrimarum numerus. Verum lachrimæ istæ, quasi conductitiæ sunt, & mercedem temporalem expectantes. *Son lagrimas alquilas y sin fruto.* Instar illorum, qui filiam Archisynagoga deplorabant, quas Deus tanquam inutiles prohibet. Plorat Esau, eo quod

*Gen. 27.*

frater eius Iacob benedictionem a patre suo acceperit, & primogenituræ dignitatem cum deceptione, & dolo suo uideri, furatus illi fuerit. Plorat Dalila, ut Samson secretum cordis sui illi aperiat, & locum, ubi virum suorum sedem habet, illi manifestet. Plorat Saul postquam

*Iud. 16.*

Dauid lanceam & scipulum ab eo abstulit, cum esset dormiens in tentorio. Plorat Aman ex inuidia, propter exaltationem Mardochei, & quia in magno prætio apud

*I. Reg. 25.*

Afuerum erat habitus, & denique sunt mulieres plorantes Adonidem, & præproperam eius mortem plangentes, ut apud Ezechielem habetur: verum omnes istæ lachrimæ, vel peccatrices sunt, & culpabiles, vel saltem infructuosæ & inutiles, quia non ex contritionis amaritudine, sed ex alijs uitiatis principijs procedunt. Si plorat Esau, idè est, quia temporalis benedictio illi fuit sublata, si Dalila, ut Samsonem decipiat, viribus priuet, & in manus Philistinorum traddat. Si Saul Dauidis clementia confusus, si mulieres, ut Amasio Veneris cultum prohibitum idolatriæ tribuant: tamen lachrimæ sunt Crocodili,

*Ezech. 8.*

qui plorat, ut hominem ad se alliciat, & attrahat, quem continuo occidit, & dilacerat. Si plorat Esau

*Crocodili  
lachrima.*

cui-

ei'atu magno, ploratus illi, ex ira & furore contra fratrem suum concepto, procedebant. Si Saul plorabat, verum lachrimæ fallaces erant & effictæ, ut Dauidem attraheret, quem intendebat occidere. Plorat etiam Aman, verum ex liuore & inuidia, propter gloriam Mardocheo exhibitam. Denique, mulieres Adonidem plangentes, non nisi propter suas voluptates plangunt: quare omnes istæ lachrimæ inutiles sunt, & nullius momenti. Sed nunquid internos, lachrimæ his similes reperiantur, quæ potius Dei iram prouocent, quam veniam assequantur? Reperiuntur quidem. Plorat iuuenis, & patrem suum maledictionibus prosequitur, eo quod vinculum instituit, capiti primogeniti imponendum, & eum reliquit pauperem: sed quid proffunt istæ lachrimæ? Plorat famina, & per vim lachrimas extorquet, ut amicum decipiat, & pecunias ab eo auferat, sicut Dalila a Samsonem vires. Plorat peccator, eo quod Deus salute illum priuauit, aut diuitijs, sicut Dauid Saulem, a quo haitam & scipulum abstulit, & nihilominus obstinatus in uitijs perseverat, & nihil aliud quam fortitudinem deperditam, pecunias amissas, & occasionem peccandi sibi ablatam deplorat. Plorat inuidus, sicut alter Aman felicitatem alienam, quam suam infelicitatem & miseriam iudicat. Plorant denique mulieres, siue effeminati homines, qui luxui & voluptati sunt addicti, desideria sua dilata, & Venerem non assequutam. Omnes isti: Fleunt quidem, sed non amarè cum Petro, quia eorum lachrimæ, non ex amaritudine cordis, & contritione, propter Dei offensam, sed potius ex alijs uitiatis principijs procedunt: quapropter, vel peccatrices sunt, & Deo inutilæ, vel omnino infructuosæ & inutiles. Et obserua, quod Diuus Marcus de his Petri lachrimis agens, inquit, quod Petrus audito gallo, cepit flere. Vbi alia littera habet: Fleuit impetu magno, quod quidè nullam dissonantiam parit, nam taliter flere cepit, quod fletus eius per totum vitæ spatium durauit. Sic sic desceda

*Lachrima  
inutiles,  
& sine me-  
rito.*

*Mat. 14.*

sunt

*Psal. 118.*

*Iere. 6.*

*Deus quasi vnigenitus deploratus est.*

*1. Reg. 7. Nota. Vera penitentia.*

*Rabi Salomon.*

*Glossa.*

sunt peccata, non leuiter, aut superficie tenus. Quid proderit deplorare culpam, quam cum gaudio & risu statim amplexuri sumus? Quid vitia detestari & deslere, si detestatio & fletus ex corde non procedunt? si tanquam canes ad vomitum reuerti cogitamus, & easdem, quas dimissimus voluptates, cum sollicitudine quarimus? Per le remiam capite. 6. dicitur. Luctum vnigeniti, fac tibi planctum amarum. Deplorandus est Deus, non quomodo- documque, & superficie tenus, sed sicut vnigenitus deplorari solet. Mulier, quæ plures habet filios, deplorat quidem mortuum & vita functum, tamen dum considerat, alios sibi superesse, quibus consolari possit, aliquantum dolorem suum temperat. At quando vnigenitum deslet, qui solus est suæ successionis spes, & omnium bonorum suorum hæres, nullam consolationem captat, sed in maximam lachryarum vim prorumpit. Si homo plures haberet Deos, vno offenso, in alijs consolari posset: At non nisi vnum habet, quem per peccatum mortale quantum in se est, occidit, ergo non segniter, & superficie tenus, sed amarè & largiter, & quasi vnigenitum debet eum plorare. In primo libro regum cap. 7. habetur, quod cum Samuel simul cum filijs Israel conuenissent in Maspha, vt orarent Dominum, & misericordiam ab eo postularent: dixit illis Samuel, si in toto corde reuertimini ad Dominum, auferite Deos alienos de medio vestri. Quasi diceret: quid vobis prodest, à deo veniam postulare de commissis, si de medio vestri occasionem redeundi ad commissis, non tollitis? Cum ergo auferrent idola, & fregissent illa, hausserunt aquam, & effuderunt eam in conspectu Domini. Hanc aquæ effusionem varie explicant doctores. Rabi Salomon inquit, illud factum fuisse in signum humiliationis, vt ostenderent, se nimis ab inimicis suis fuisse humiliatos. Quasi dicerent, sicut aqua hæc effusa, ad nihilum valet ultra, sic in conspectu tuo Domine, nihil sumus aut valemus. Glossa ordinaria ait, quod in signum veræ abiectionis idolorum. Nam sicut

sicut aqua effunditur, amplius non colligenda: sic à se ipsis idola abiciebant, ad ea amplius non redditori. Sed in translatione Caldaica, quam Abulensis amplectitur, exponitur hoc de conuersione vera ad Deum, qua conteritur, & per huiusmodi aquam, non incognitè lachrymæ intelliguntur: quasi dicerent. Liberet quidam pro peccatis commissis, lachrymarum flumen in conspectu tuo Domine hodie fundere, sed quia non suppetunt lachrymæ, aqua hæc materialis defectum oculorum suppleat, & ex puteo aquam extrahentes, fundebant eam in terra coram Deo. O mirabilis penitendi modus: prius idola abiciunt, & deinde lachrymas effuderunt, & tandem misericordiam postulant. Ecce conuersionis nostræ imago coram oculis nostris est depicta. Abiciamus voluptatem & peccatorum idola, quæ colimus, amplius ad ea non reuersuri, proremus impetu magno cum D. Petro, & coram illo vim lachrymarum profundamus. Imploremus diuinam clementiam, supplicesque ab eo veniam exigamus: sic fiet, vt benignis nos aspiciat oculis, ad quorum intuitum, corda nostra calore suæ diuinæ misericordiae liquefacta, gratiam recipiant, & gloriam.

*Abul. 27. in 1. Reg.*

( . . . )

Ff

FE


# FERIA QVARTA Hebdomadæ sanctæ.

De conuersione boni latronis.

## CONCIO.

Domine, memento mei, dum veneris in  
regnum tuum.

Lucæ capite 23.



**D**OCTRINA est verissima, quam docet tota Theologica schola, magisterium Alexandri Alensii, & Diui Thomæ sequens, prædestinatorum numerum, & eorum, qui in suprema felicitate sunt locandi, adeo certum esse & infalibile, quod prius omnia elementa soluentur, & totius vniuersi peribit pulchritudo, & consonantia, quã vnus ex his à consecutione sui finis defraudetur. Consonat huic doctrinæ D. Aug. lib. de correptione & gratia, vbi ait. Certus est prædestinatorum numerus, qui neque augeri potest, neq; minui. Expendens verba illa Ioan. 10. Oves meæ nõ peribunt in æternũ, & non rapiet eas quisquam de manu mea. ait. Nec lupo rapit, nec fur tollit, nec latro interficit, securus est enim de numero eorum, qui pro eis nouit quid dedit. Nollimus hinc intelligi, quod Deus in prædestinatis vsum liberi arbitrij tollat: non enim cogit aliquem, aut inuitum ad se trahit, & conuertit: quin potius vnumquemque in manu consilij sui relinquit, vt ad quod voluerit, porrigat manum, siue ad

Alex. 1.  
per. q. 28.  
memb. 4.  
art. 1.  
S. Ibo. 1.  
p. 1. q. 23.  
art. 7.  
Nuperus  
electorum  
certus.  
D. 193.  
Siluester,  
in rosa.  
fer. 4. p. 18  
Dum. in  
passione.

ad bonum, siue ad malum. Sed quod dicimus est, quod hac stante libertate, ad huc electorum numerus determinatus est & certus, ita vt hac supposita electione, nullus electorum fraudari possit aut perire. Deus enim nõ vi sed amore illos attrahit, & ad suam restituit amicitiam. Extat de hoc locus insignis apud Iere. cap. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. Lyra. locũ de prædestinatis explicat, quos diligit Deus Charitate perpetua, cum illis simpliciter velit bonum beatitudinis. Et sic tenet Alexander, quod simpliciter magis diligit Deus prædestinatũ quãdo est in peccato, quã præscitũ, quãdo est ingratus. Inquit ergo, dilexi te charitate perpetua, te ad beatitudinem ordinando: ideo licet in peccato esses, attraxi te, miserans tui: Attrahit Deus animã à se auersam auxilijs beneficijs, & inspirationibus, quam ad se ipsum non vi sed amore conuertit, nõ vinculis ferreis cõstringendo, sed gratia sua illuminando. Huc spectat quod per Oseam promisit cap. 2. sui vaticinij. Ecce ego lactabo eam, & loquar ad cor eius. Vbi vertunt aliqui: Ecce ego pellicam eam. Dormitat aliquis, & ijs quæ sibi dicunt nõ intendit, & toletis ei vellicum infligere, vt somno excusso, excitetur. Iacet peccator somno vitij cõsopitus, & Dei vocibus, & vocationibus non attendit, quare eum pellicit per laborem & infirmitatem, per illuminationem internam, aut per vocationem efficacẽ vt à somno resurgat, & ad sobrietatem redigatur, & tunc, loquitur ad cor eius, verba dulcia & suauia ei proferedo. Hoc enim loqui ad cor significat, blãdis & dulcibus sermonibus suadere, & illũ qui à via virtutis aberrabat, suauitate verbi sui, ad se attrahere & conuertere. Hoc est quod per Prophetã Iere. Dominus promiserat dicens. Perdix fouit, quæ nõ peperit cõgregauit diuitias, sed nõ in iudicio, in dimidio dierũ suorũ derelinquet eas. Quid diuinus spiritus locutione hac intẽderit, deprehendere possumus, perdixis proprietate prius propalata. Est huius alitis proprietates, vt Orig. D. Hier. Amb. aiunt, quod

Iere. 31.  
Lyran.  
Alexander  
q. 22. m. 2.  
Dens magis diligit  
predestinatũ  
peccatorẽ, quã  
reprobũ  
in gratia  
existẽtẽ.  
Hosea. 2.  
Nota.  
Iere. 17.  
Perdix  
aliena ouis  
furatur.  
Orig.  
D. Hiero.

Refert.  
Pierus. li.  
24.

solet aliena ova suffurari, tanto incubationis studio afficitur. Verū illud euenit, quod cum pullos eduxerit, illos amittat. nā pulli audita veræ matris voce, adulterinā, & nutriticē reliquūt, & ad eā se cōferūt, quæ ova vnde exclusi sunt, ediderat. ex hoc pēdet vera huius loci intelligentia. Cōtingit enim sæpē numero prædestinatis, qui filij Dei sunt per electionē, quod à Diabolo surripiātur, & à Deo quasi à vera matre per culpā separētur, sicut in Saulo, Magdalena, & Latrone patuit: tamen audita Dei voce statim diabolum & mundum desserentes, ad Deum tanquam ad legitimam & naturalem matrem, per veram contritionem, & peccatorum detestationem, se recipiunt. Quantum Dimas noster (sic enim latro hic appellabatur) à Deo se elongauerat, quantum à recto cœli tramite deuiauerat, qui per totum vitę cursum vsque ad crucem & supplicium diabolo inferuerat, & tamē audita in cruce Dei voce, qua pro inimicis suis exorauit, magis ex hoc, spe veniæ cōcepta, ad Deū se conuertit dicens. Domine memento mei &c.

Amos. 3.

En fratres cernimus adimpletum, quod per prophetam suum Amos, dominus promisserat facturum. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel. Considerate pastorem sub pino siue quercu oves suas obseruantē, quarum vnā leo rugiens rapuerit & in prædā acceperit, & ferē eam deuorauerit: qui tamen tanta præstaret fortitudine, & audacia, tantumquē ouem raptam diligeret, quod omni timore postposito, ex loco suo surgens ad leonē pergeret, cum eo iniret pugnam & inter brachia suffocaret, & solam auriculam ouis quæ supererat, aut fortē duo crura, de ore eius extraheret. Bone Deus, quantę fortitudinis hoc opus esset? Quanta huius pastoris audacia & dexteritas? Quam magnum amoris argumentum, quo suas prosequeretur oves, quas cū tanto vitæ discrimine & periculo, de ore leonis requirebat? Sed dices, quid conduceret pastori, postquā iā ouis à leone

à leone ferē deglutita est, pro sola auricula, aut cruribus, tam vrgenti se exponere periculo, vt cum leone, omnium animantium fortissimo congredi sit ausus. Et quidem hinc liquet, de quibus ouibus, & de quo pastore verba hæc intelligenda veniant: Diabolus enim (vt D. Petri verbis vtar) tanquam leo rugiens circuit quotidie, quærens quem deuoret, & cum aliquam ouem ex his, quæ ad Dominicum gregem pertinent, & ad salutem sunt præordinatæ, rapuerit, & dentibus suis discerperit: tunc pastor animarum nostrarum Christus (si tamen auricula adhuc manet salua, vt verbum eius audire possit, & duo crura integra remaneant, id est, vltimi vitæ gressus) fortitudine sua de faucibus eius eripit, & incolumitati restituit. Huius rei experientia in nostro latrone facta est. Erat enim ex illis ouibus, quas pro cælestibus caulibus Dominus ab æterno obsignatas habet, & licet ferus ille leo eam rapuerit, & vsque ad crucis supplicium fuerit insequutus, tamen adhuc auricula salua erat, qua vocem sui pastoris de cruce clamantis audiuit. Nondum leo crura deuorauerat, quia adhuc vltimus vitæ gressus superabat, nondum enim vltimam vitæ lineam fuerat prætergressa, quare de manu eius illam liberauit, & ad cæli caulam perduxit incolumem.

Sed antequam vltius progrediamur, quis non altissima Dei contilia miretur, qui non solum crudelissimam mortem pati, verum & infamissimam, & ignominia plenam non est ueritus? Quam rectè regalis Citharædus, terribilem in consilijs super filios hominum, eum appellat. Et Isaias Propheta. Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Quis enim inter omnes filios Adæ consilio huic subscriberet? Quis firmans de sua mano este pareceret? quod filius naturalis Dei consilio tam ignominiosam mortem eligeret, & quod inter duos latrones suspenderetur? Quam rectè diuinus Citharædus cæcinit: Ponens in thesauris abyssos, cum potius videatur esse dicendum: ponens in abyssis thesauros, quia

I. Petri. 5

Deus in  
suis consilijs  
terribilis.

Psal. 65.  
Ej. 40.

Psal. 32.

thesauri in abyssis solét esse recódití. Sed hoc propterea dixit, quia de abyssis cónsiliórum tuorum loquebatur. Profundissimas enim suorum cónsiliórum abyssos intra inuestigabiles sapiéntie sue thesauros inclussit. Enimvero consiliú hoc de occidendo Xp̄o turpissima latronú morte, nó solú ex Phariséorú malitia, sed etiá ex altissima Dei sapientia processit. Ex malitia Phariséorú, quia voluerút eú infa mare, & quod ubiq; gentiú simul diceretur, tres latrones Hierosolimis fuisse crucifixos, vt vel sic eius prædicatio & doctrina ab omnibus cóntereretur. Quando cum fustibus & gladijs, in cuncta Iuda, venerunt ad illú comprehendéndú, contumeliam hanc super ipsam mortem senties, dixit. Tanquam ad latronem, cū fustibus & gladijs existis comprehendere me. Quotidie apud vos eram docens in templo, & non me tenuistis. Ac si diceret, nó me Phariséi cónprehēderēt, tãquã Prophetã, tãquã verbi Dei cóncionatorē, tãquã hominē de republica benemeritú, & nó potius tãquã licariú & latronē, in tēpestiua nocte, cū gladijs & fustibus, sicut ad me cónprehendéndú accessistis! Sciētes hoc Phariséi, á ministris, qui omnia illis retulerunt, vt maiori eú dolore afficerent, nisi sunt, vt inter latrones supplicio dānaretur. *yle duele stato ferre feruata do comp laro. Soues elto nere pñesto por ab. t.* Examinatur breui temporis spatio duorum latronum causa, vt simul cū eis crucis patibulo damnetur.

Processit etiá hoc supplicij gen<sup>o</sup> (quod magis me in admirationē rapit) ex altissimo Dei cónsilio, & infinita eius sapientia, qua disposuit proberrimã mortē pati, & cū sceleratis hominibus reputari. Quod per Prophetas suos fuerat vaticinatus. P. r. Davidē Psal. 118. inquit. Propter verba labiorú tuorú, ego custodiui vias duras. Vbi D. Hier. ex Hebræo vertit. Ego custodiui vias latronú. Custodisse vias latronum dicitur, quia eodem supplicio quo latrones, fuit punitus, & inter eos cruci affixus. Vates etiá Isaias prædixit: Pro eo quód tradidit in mortem animam suam, fortium dimidet spolia, & cum sceleratis reputatus est. Cuius loci sensus is est, iuxta interpreta-

tionem D. Augustini, Tertuliani, & Eusebij, quód Christus morte & passione sua meruit conuersionem orbis, & quód multas gentes hæreditate acceperit. Quæ gentes fortium spolia dicuntur, quia per Idololatriam á demonibus erant possessæ. Dicitur etiá multorum spolia diuisurus Christus, more victorum & triumphantium, quia per mortem suam victoriam & magnificum triumphum, de morte & diabolo reportauit. Et ideo, Theophilatus inquit, spoliū hoc latronis accēpit in morte sua, quia ad triumphum crucis reserua- bat illud. Sicut soliti erant facere duces illi & Romani imperatores, post deuictam aliquam prouinciam, vel captam ciuitatem, siue inimicum bello superatum, qui aliquod magnum spoliū reseruabant in diem triumphi sui, vt cum illo gloriosiores urbem ingrederetur. Sic Christus latronē hunc reseruauit, quasi magnificū quoddam spoliū, vt in die ascensionis & triumphi sui quando ad dexterã patris est collocatus, celum ingrederetur. Constat igitur ex dictis consiliū hoc, inter latrones moriendū, non solū ab hominibus, sed etiá á Deo fuisse præelectum. Quapropter inquirendum est, quare Deus hoc ita disposuerit, & præordinauerit?

Et quidem huius rei aliquæ rationes assignari solent: á doctoribus. Prima, ne aliquis operis redemptionis, sibi gloriam arrogaret. Sicut in opere creationis solus fuit artifex, neq; alicui præter ipsú, opus illud attribui patitur, iuxta illud Esa. 45. Ego dominus & nó est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacē & creans malú. Ego dominus faciens omnia hæc: sic etiá in opere redēptionis, ex quo nó minorē tibi vindicat gloriam, vt apud eundem Prophetam intueri licet cap. 43. non ad mittit alicuius cónfortiú. Eodē enim verború tenore inquit. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Id est propter summam gloriam, quæ inde mihi prouentura est. Ne ergo alicuius gloriam hanc tyrannica vi usurparet, noluit vt cum eo aliquis sanctorum crucifigeretur, sed latrones, & nefarij ho-

Aug. lib. 1  
de consen.  
Euangel:  
Cap. 31,  
Tertul. ab  
uerjes  
Marti. 10.  
Euseb. lib  
3. d. mōst.  
cap. 2.  
Theoph.  
Exemplū.

Cur Deus  
interlatro-  
nes mori  
voluit Pri-  
ma ratio.  
Esa. 45.

Esa. 45.

Mat. 16.

Psa. 118.

D. Hier. ex  
Hebræo.

Isai. 43.

Christus  
solus redē  
ptor.

I. Corin. 1

Esai. 63.

Tertul. lib.

4. Origē.  
Angust.

Dialogus  
inter An-  
gelus habi-  
tus in  
Christi as-  
censione.

mines, de quibus nullum bonū, nullū meritū, aut virtutis opus, credi posset. Si enim cū eo Petrus, & Ioannes cruci affigerentur, forte nō deesset, qui crederet illorū sanguinē ad redēptionis opus fuisse necessarium, & sanguinē Christi solum, non suffecisse: astringantur ergo duo latrones, quorum vita sceleribus, & flagitijs plena erat, quibus mors multis nominibus erat debita, ne aliquis de illis, tale aliquid suspicetur. Docuerat Corinthi Paulus, docuerat Petrus, docuerat & Appollo, & hi omnes singulares habebāt discipulos, qui de eorū nomine inaniter gloriabatur, & quali cōtentione & feritate inter se dissidebāt: quare. D. Paulus ad eos scribens, ait. Significatum est mihi de vobis ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hic autē dico, quōd vnusquisque vestrū dicit: ego quidē sum Pauli, ego autē Apollo, ego verō Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus. Nūquid plures Christi fuerunt? aut plures opus redēptionis ope rati sunt? Vnus enim est Christus, cui redēptionis gloria tribuēda est, nō Paulo, nō Cephæ, nō Apollo, nā hi omnes, serui fuerūt nō domini, ministri redēptionis, nō autores principales. Huc etiā spectat dialogus ille inter Christū & Angelos in sua ascēssione habitus. Quis est iste, qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra? Quę verba Tertulianus aduersus Marcionem Origenes in cap. 15. Mythæ 1. & D. Augusti interpretans illud Psal. Attollite portas principes vestras &c. de Christo à passione sua reuertenti, & post tropheū crucis cœlū ascēdente, intelligēda esse existimant. Referā August. verba quę sic habēt. Ascēdebat cruoris rubore perfusus dominus à trophæis victricibus laureatus. Vide runt cælites spolia castris tyranicis reportata, & admirantes fulgentia diuinę virtutis vexilla, dicebant illos hymnos Attollite portas &c. Consonat lectio Hebræa quę loco illius: Quis est iste qui venit de Edon, sic habet. Quis est iste qui venit à sanguine, rubris

rubris vestibus de vindemia? Cui quæstioni Dominus respondit. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator ad saluandum. Quare, iterum interrogant, rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Quibus ipse inquit. Torcular calcaui solus. Ne miremini, ó Angelicę potestates, quōd vestimentum hoc humanitatis meę rubrum sit, sanguineque perfusū, quia torcular calcaui solus: quod sic interpretatur Diuus Theodoretus. Id est, non legatus, neque Angelus, sed ipse Dominus saluauit nos. Ipse solus, & non alius, torcular crucis est ingressus, & sanguinem suum fudit in redemptionem generis humani, & ideō vestimenta eius sanguine fuerunt tincta, ita vt torcularia calcantes referre videretur. Voluit igitur Dominus inter homines mori, & cum illis crucifigi, quia pro ipsis patiebatur, sed noluit inter sanctos, sed inter sceleratos & latrones, ne redemptionis gloria ipsis tribueretur.

Secundō, inter latrones mori voluit, quia pro illo primo latrone patiebatur, qui voluit in paradiso, diuinitatis gloriam, & sapientię diuitias suffurari. Vnde est, quōd Psal. 68. aiebat. Quę non rapui, tunc exolvebam. Quę verba dum expendit Innominatus, ait. Raptores fuerunt primi parentes, sed solutor pænę debitę, Christus, qui pænā peccatorum nostrorum portauit in corpore suo, super lignum crucis. Equidem astutia antiquę serpentis, etiam in hoc à diuina sapientia superata est, & deuicta, quōd sicut primus eiectus ex paradiso fuit latro, sic latro, omnium prior, & fortunatior recipiatur in cælum.

Tertio, inter latrones suspenditur, vt diuitias glorię illi subripiant. Magno enim tenebatur desiderio, diuitias gratię, quas de cælo secum adduxit, hominibus impertire. Ad hoc enim illas adduxit, vt hominibus cōmunicaret, sicut verba illa Isaię ostendunt, capite. 45. Omnes sitientes ventite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate. Emitte absque argento, & absque

E. Theod.

Secūda ratio  
Psal. 68.

Innomin.

Tertia ratio

Isai. 45.

Clemens  
Alex. d. in  
prophetis.  
Ioan. 7.

vlla commutatione vinum & lac. Vbi per vinum & lac,  
iuxta expositionem Clement. Alex. illa bona intelligun-  
tur, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit. Cui cõ-  
sonat vox illa Christi Ioannis. 7. Si quis sitit, veniat ad  
me. Cum ergo tam pauci essent, qui cælestes has diuitias  
vellent emere, relicturus mundum, & migraturus in cæ-  
lum, tabernaculum suarum diuitiarum inter latrones po-  
suit, vt occasionem illis tribueret suffurandi eas. Si enim  
vt Hispanè dicitur. *Vn agjero beze vn ladron.* Quid non  
facerent tot foramina & vulnera, quasi fenestræ quædam  
in corpore Christi existentes, vt per eas latrones ad diui-  
tias gratiæ eius habere possent accessum? Per Abdiam  
Prophetam sic inquit. Si fures introissent ad te, si latro-  
nes per noctem: quomodo conticisses? nonne furati es-  
sent sufficientia sibi? Quasi diceret, minimè taces, sed  
statim arrepto gladio, contra illos inclamares, latrones,  
latrones. Quod si illis domum ingredientibus, obmutef-  
ceres, videreris cum illis consentire. Hoc idem est, quod  
per Lucam, prima veritas dixit. Quoniam si sciret pater  
familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non  
fineret perfodi domum suam. At videmus Domine,  
quod in cruce, tanquam in domo diuitiarum tuarum  
existens, accedentibus ad te latronibus, taces, non  
enim contra eos voce terribili & formidanda clamas,  
neque gladium tuæ seuerissimæ iustitiæ arripis. Cala-  
mum enim quassatum non confringis, & linum sumi-  
gans non extinguit. *No dices, aquí del rey, fñor a la justi-  
cia, reñed a ladron,* quin potius summa mansuetudine &  
clementia eos recipis. Pateris etiam, domum humani-  
tatis tuæ a carnificibus perfodi vulneribus, & perforari.  
Signum ergo est, quod latronibus annuis, & quod  
gratiæ diuitias ab illis præripi cupis. Dico tibi;  
(hoc enim simili manifestius fiet) si nobilis aliquis, aut  
diues, nauim, siue trirremim ingrediens, vbi prædones,  
ficarij, & fures abundant: auream catenam ad collum  
haberet, & ex ea crucem pendentem, prætiosis gemmis.

&amp; la.

Abdias. 1.

Luc. 12.

Isai. 41.

Simile.

& lapidibus exornatam, in super & alia prætiosa moni-  
lia publicè portaret, nonne hoc miraremini, stultumque,  
& ab omni ratione alienum iudicaretis. Quid agis Domi-  
ne, dicereris ei: vis iacturam diuitiarum tuarum facere? Fortè  
ignoras, inter quos verferis? Sunt enim famosi fures, qui  
non nisi ex raptu viuunt: inter quos, neque metus, neque  
verecundia, neque timor Dei, aut securitas aliqua repe-  
ritur. Hominem hinc reperiès, qui te inscio, costam abstra-  
het è latere. *Hombre ay aqui, que os sacara vna costilla del  
cuerpo sin sentirlo.* Et tamen inter illos cum omnibus his di-  
uitijs verfaris? Signum ergo est, quod cupis illas tibi præri-  
pi. O Christe sancte, ó mundi redemptor, quam prodi-  
gus (si fas est dicere) tuarum diuitiarum, quam cælestium  
bonorum profusor, illorum inquam, de quibus Dauid in-  
quit, Gloria & diuitiæ in domo eius. Siquidem his om-  
nibus onustus, nauim crucis ingrederis, & inter latrones  
& sceleratissimos verfaris. Quid oro, Christi sanguis?  
quid crux? quid vulnera? quid clauis? quid corona illa re-  
gia? nisi thesaurus incomparabilis, & infiniti valoris diui-  
tiarum? Et tamen cum his omnibus inter latrones pendet,  
& manus habet deuinctas, crucique clauis affixas, vt la-  
tronibus audaciam daret, & fiduciam eas suffurandi. Men-  
re fingite in fortissima aliqua turri, vel munitissima ar-  
ce, thesaurum incomparabilem, vt fama fertur, esse re-  
conditum, tamen turrim firmissimis seris esse occlusam:  
quæ ex vetustate temporis, ex ferrugine & puluere,  
nullo modo referari posset. Quid in tali casu facien-  
dum est? Equidem consentaneum erit, latronem  
aliquem per vniuersum orbem inquirere, qui peritia,  
& dexteritate suæ artis, instrumento aliquo vtens,  
*Con vna xingua,* seras aperiat, & turrim referatam  
faciat. Erat quidem clausa paradisi ianua, fortissimif-  
què seribus reclusa, & nomine paradisi, cælum in-  
tellige, in quo animæ nostræ thesaurus, & incom-  
parabiles gloriæ diuitiæ continentur. Nemo autem  
erat in toto orbis ambitu, qui ianuam posset aperire,

non

Psal. 111.

Simile.

non Angelus, non Propheta, non sanctus, nam ferrugine peccatorum nostrorum, serē illius valde erant obfirmata. Quid ergo? Quærat, inquit diuina sapientia, famosissimus aliquis latro, qui totum vitæ spatium in furtis, rapinis, & prædatione transegerit, vt ipse dexteritate sua ianuam cæli aperiat, & gloriam eius palam faciat. Verbū illud humile, & ex corde prolatum: Domine, memento, &c. instrumentum fuit, quo ianuæ gloriæ referatæ sunt.

Cum ergo latro iste simul cum Christo penderet in cruce, & audiret consocium suum, qui ex altero penderat latere, nomen Iesu blasphemantem (irridebat enim eū, dicens: Si tu es Xps, saluum fac te metipsum, & nos.) ex latrone, prædicator crucis factus, increpabat eum, dicens. Neq; tu times Deū, qui in eadē dānatione es? Et nos quidē iustē, nam digna factis recipimus: hic autem nihil mali gessit. Ex quo nimirum constat, quā libenter crucem suam acceptabat. Culpam suam agnoscebat, & idcirco se ipsum accusabat, & dignum supplicio & cruce fatebatur. Permultum enim refert, peccata sua recognoscere, & sceleris sui esse consciū, vt vnusquisque crucē suam libenter ferat. Vnde est, quod per Micheam dicitur cap. 7. Iram Domini portabo, quoniam peccauī ei. Qui enim cognoscit, se offendisse Deum, & grauitatem suorum scelerum præponderat, & considerat, libenter crucem suam tollit. Nihil tam arduum aut difficile, quod sibi non suaue & facile videatur. Qui vult venire post me, inquit Christus, tollat crucem suam, & sequatur me. Neque enim sat fuit dicere, tollat crucem suam, nisi pro tinus adderet, & sequatur me. Multi crucem suam tollunt, sed pauci Christum insequuntur. Alij enim conducti tollunt crucem, Cyrineum imitantes, qui nō propter Deum, sed propter lucrum aliquod humanum, sicut faciunt hypocrita, ex ipsa sua cruce propriam gloriam captantes. Alij verō, ethi ferant illam, tamen inuiti, & murmurantes, sicut latro à sinistris crucifixus: & hi quidem,

*Cognitio  
proprij  
sceleris  
necessa-  
ria.*

*Mish. 7.*

*Mat. 16.*

*Crucē de-  
bemus se-  
qui Chri-  
stum.*

dem. et si crucem tollant, tamen non sequuntur Christū, qui libenter crucem suam acceptauit. Proposito namque sibi gaudio, vt Paulus inquit, sustinuit crucem, & cū posset mortē effugere, libenter eā acceptauit. Quare illi solum Christum sequi sunt dicendi, qui cum Dima libenter crucem suam ferunt. Ad hunc sensum explicari possunt verba illa Diui Petri. 2. sua canonica cap. 3. Nemo vestrum patiat, quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Hi enim fere semper inuiti patiuntur, & nolentes trahuntur ad supplicia. At Christianus ad imitationem Christi, cuius doctrinam proficitur, libenti animo crucem amplectatur, & in passionibus gloriatur. Est ad hoc propositum, quod cælestis ille spōsus, qui in Canticis Salomonis introducit, Ecclesiæ sanctæ staturam palmæ comparauerit, & vbera eius vinarū botris. Statura tua, inquit, assimilata est palmæ, & vbera tua botris: quod non de botris ipsius palmæ, intelligi debet, sicut Genebrardus existimat, sed de botris vinarum. Nam in Palestina, vt aliqui viri docti obseruant, vites palmis maritantur, sicut in Italia, vlmis adiunguntur, ex qua mutua coniūctione, mira quædam & pulcherrima fructuum & frondium varietas causatur. Assimilatur ergo palmæ Ecclesiæ statura, vt rectitudo iustitiæ nobis ostendatur, & vbera eius botris, vt fructuum & bonorum operum abundantia significetur. Et aduerte, vt deueniamus ad rem, quod vtraque similitudo, laborum & passionum tolerantiam, in filijs Ecclesiæ necessariam, nobis inuit. Primum enim palma hoc peculiare habet, sicut Aristoteles & Plutarchus adnotarunt, quod labori non succumbit, sed ponderibus delectatur. Quātō enim plus ponderis illi imponitur, tantō sursum assurgit. Sic nimirum iustus, pondere crucis prægrauatus, & laboribus præssus, ad cæli fastigia contendit ascendere. Hoc idem botri, quibus vbera comparantur, manifestant. Nā botrus, vt vinum proferat, prius in torculari calcatur, & præmitur. Non secus iustus in præsentī vita, ab omnibus cal-

*Heb. 12.*

*2. Pet. 3.*

*Ecclesia  
palmæ assi-  
milatur.  
Cant. 7.*

*Arist.  
Plutarch.*



calcatur & despicitur, & magnas persecutiones patitur, ut in futura cum Deo regnet, & dignus gloria inueniatur. Qui enim attenta mente considerat magnitudinem præmij, quod nobis promittitur in cælo, faciliè omnes humanas passiones contemnit, & nullis difficultatibus parcat, ut illud adipiscatur. Fertur. 2. Regum capite .5. quod Iebusei arcem Sion tenebant, quæ munitissima erat, & fortissima, & aded expugnata difficillima, quod cum Rex David vi armorum vellet eam capere, Iebusei, custodiæ claudorum & cæcorum eam commiserunt. Et hoc est, quod dicebant: Non ingredieris huc, nisi si abstuleris cæcos & claudos, & deiceris eos: quod quidem illudentes David dicebant, & arma eius paupendentes. Existimabant enim, tantam esse loci fortitudinem, quod vel ipsi cæci & claudi, possent illum defendere, neque alia indigere custodia. Tunc David difficultati operis, magna proposuit præmia, ut illorum consideratione, ad expugnationem arcis pectora militum suorum accenderet. Proposuerat enim David præmium in die illa, scriptura ait, qui percussisset Iebuseum, & qui tetigisset domatam fistulas, & abstulisset cæcos & claudos. *Para todo tenta señalado premio. Et que matasse Iebuseo, tanto, y al que llegasse trepando por el muro hasta las canales del tejado, tanto, y al que matasse alguno de los ciegos o cojos, que estauan por las almenas blasphemando de David, tenia tambien su premio señalado.* Et Dicunt Hebræi, sicut Abulensis refert, quod Ioab iussit in hoc congressu adduci, quandam magnam cedrum, & fixit eam in terram, & cum artificio & ingenio flexeretur assumpto gladio & clipeo, fortiter eam amplexatus est, & sic paulatim funibus laxatis, supra fistulas domorum ascendit, & pro Davide victoriam acclamare cepit. Ex quo factò princeps exercitus meruit constitui. Regnum cælorum vim patitur, inquit dux noster Christus, & violenti rapiunt illud. Non desides, non seneges, non pigri & imbelles, sed violenti.

Est

Est enim quasi munitissima arx, quæ vi armorum, & non sine magno labore expugnanda est. Quod si laborum difficultate terremur, præmium illud inefabile, & coronas immarcescibiles iustis promissas, ante oculos mentis nostræ constituamus, ut quod estimatur incomportabile ex opere, ex consideratione præmij leuigetur. O fortunate Dima, quid enim te hodie ad crucis difficultatem subeundam, & ad mortem ipsam equo animo tolerandam animauit, nisi regni cælorum consideratio, & præmij huius magnitudo? Vidisti enim verum illum Dauidem, ac supremum sæculorum regem, regnum cælorum expugnantem, omnesque suos milites suo exemplo ad certamen proocantem, magnifica etiam, & inefabilia illa premia ab eo promissa, ad memoriam reuocasti, quibus animatus, crucis lignum es amplexus, quo mediante, summam cæli arcem expugnasti, & magni principis nomen es adeptus.

*Domine memento mei.* Increpato iam latrone, & ab eo de blasphemia reprehenso, super crucem aliquantulum se erigens, ad Christum redemptorem nostrum se conuertit, dicens: Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum. Ita se se offerebant in latronis huius confessione discutienda, tamen inter omnia, firma eius confidentia, ex mirabili Christi fide nata, summum tenet apicem. Credidit enim, verum esse Deum, qui tanquam verus homo coram ipso patiebatur. Non dubitat, cælorum regem confiteri illum, qui tanquam rex fictitius & ineptus, ab omnibus erat æstimatus. Quando omnes illum irridebant, tunc tanquam Deum illum exorabat. Quando alij dicebant: Se ipsum saluum facere non potest, ipse magna confidentia, gloriam, & salutem ab eo postulabat. O magna hominis si lucia, o summa latronis confidentia. In illo confidebat, de cuius salute & vita, omnes desperabant.

Ab

2. Reg. 5.

Abulen. in  
expositio-  
ne huius  
loci.

Mat. 21.

Latronis  
confidentia.

**Eccles. 36** Ab eo postulabat veniam, quem videbat esse inter suppli-  
 cia. Quis credet ei, qui non habet nidum (Salomō aiebat)  
 & cōmoranti vbi cūq; advesperascit, quasi succinctus la-  
 tro, exiliēs de ciuitate in ciuitatem? Ecce Christus nidū  
 non habebat. Ipse namque dixerat. Vulpes foueas ha-  
 bent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non ha-  
 bet, vbi caput suum reclinet. Quo modo verificatū est,  
 quia in cruce pendens, non habebat, vbi caput suum re-  
 clinaret. Et tamen in eo confidit latro iste, & suæ salutis  
 spem in eo collocavit. Petijt enim ab eo, vt in regno  
 suo, illius memoriam haberet, credens illum sæculorum  
 esse regem, verumque, & æternum Deum. De Alexandro  
 Magno legitur, quod cum ex contractione membrorum  
 (vt Orosius inquit) ad mortem ægrotaret, Philippus eius  
 medicus, potum illi ordinauerat, quo hausto salutem il-  
 li promittebat. At rex epistolā receperat, in qua contine-  
 batur, medicum potu illo sibi mortem machinari, vasq;  
 non liquorem, sed venenum continere: tamen strenuus  
 dux tantam erga medicum fiduciam habuit, quod episto-  
 la illi oblata, vas de manu eius nulla cunctatione accepit,  
 & simul hic bibebat potum, ille verō epistolam legebat.  
 O felix Dimas, o fidelis latro, quantum cælesti tuo me-  
 dico fidisti, qui salutem & gloriam tibi promittebat. Ve-  
 rē te animosum & fidentem ostendisti, qui tali tempore  
 spem tuæ salutis in eo collocasti. Quando enim de salute  
 huius medici omnes diffidebant, quando non medicū,  
 sed deceptorem appellabāt, quādo se ipsum saluare non  
 posse exprobrabant, quando omnes illi vach dicebant.  
 Quando todos te daban la vaya. Vach qui destruis tem-  
 plum dei, &c. Quando eius sanguinem, non liquorem,  
 & medelam, sed venenum affirmabant: tunc quidem  
 desuper illuminatus, in illo omnem spem suam repo-  
 nens, de manu eius, salutem sibi oblatam suscipit.  
 Sed quid dico suscipit? ipse summa fide, & confiden-  
 tia postulabat, dicens. Domine memento mei, dum ve-  
 neris, &c.

Notabilis  
 Alexand.  
 fiduciam.  
 Orofius.

L. 11.

Longē diuersa fuit hæc petitio à petitione alterius la-  
 tronis. Gestas enim (sic sinister latro appellabatur) salu-  
 tem postulabat, sed salutē corporalem, nam de spirituali  
 non agebat. Si filius Dei est saluus, tunc et ipsum & nos.  
 At dimas salutē corporali posthabita, de salute æterna  
 loquebatur. Non vitam temporalem requirebat, sed vi-  
 tam illam, quæ post hanc vitam in æternum duratura  
 est. In hoc enim prædestinati à præceptis distinguntur,  
 filij regni à filiis Gehene: quod hi quidem quasi filij hu-  
 ius seculi, temporalia solum querunt, & æterna obliuif-  
 cuntur. Omnem suum cogitatum & studium ad ea quæ  
 sunt corporis conuertunt. Illi verō e contrario, tempo-  
 ralia post habentes, prospiritualibus anhelant. & cum  
 D. Paulo, omnia arbitrantur, vt esset cora, vt Christum  
 lucrifaciant. David Psal. 46. differentiam istam tangit  
 dicens. Eligite nobis hereditatem suam speciem Iacob  
 quem dilexit. Romana editio clarius aliquantulum ha-  
 bet. Et legit nos in hereditatem tibi: sed hoc quidem sub  
 hac conditione, vt essemus speciem Iacob, id est, qd Iacob  
 in nostris actionibus imitauerunt. Sed quid per hanc  
 querendi modum intendat aperit Doctor incognitus dicens.  
 Illi à Deo sunt electi, qui terrena dant pro cælestibus, si-  
 cut Iacob dedit edulium lentis pro primogenitis Esau.  
 Ego dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Vide quam  
 liberalitatem circa latronem hanc Deus se ostendat. Quam  
 recte David dixerit, quod extendit manum suam in re-  
 tribuendo: Manus enim largissimas habet non contra-  
 ctas ad munera largienda. Fertur de Alexandro, quod  
 cum Perillus, dorem filiabus suis ab eo peteret: iussit  
 illum capere talenta quinquaginta, quibus is respondi-  
 set; decem satis esse, dixisse regem: tibi quidem satis est  
 tantum accipere, mihi verō, non satis est tantum dare.  
 Petijt latro hic à liberalissimo illo Rege, vt tantum sui  
 meminere, cum in regno suo esset, cui tamen multo  
 maiora concessit. Non solum tui memor ero, verum sub  
 iuramento astringo fidem, quod hodie mecum eris in

G g

Para-

Paradiso: Accessit quidem ad petendū opportuno tempore, & ideo tam se prestitit dominus liberalem.

*opportunitas conuersionis latronis huius.*  
Per multum enim confert opportuno tempore accedere ad postulandum: nam & virgines fatuæ accefferunt ad ianuam dicentes: Domine, Domine aperi nobis, quæ tamē passæ sunt repulsam; hic accessit, quando mundi thesaurum cœli quæ diuitias, manu sua tenebat. Con-

*simile.*  
tingit pauperem ad domum diuitias ad petendam aleemolynam accedere, quando super mensam, inimicam numerat pecuniã. Tunc quidem diues ille nimis auarus censeretur, si vel argenteum ille denegaret. Erat ditissimus ille Deus super mensam Crucis, de quo Paulus dixit, quod diues est in misericordia, & tunc quidem pretium redemptionis numerabat. *Esaua de manus en: la massa.* Clauē cœlestiū thesaurorū manu sua tenebat. Et ideo latroni elemosynam petenti, gloriã liberaliter concessit.

Accessit etiã, quando Christus in Cruce positus magnam sitim patiebatur, sicut verbū illud, sitio, ab eo paulo post prolatum, manifestum indicat. Quæ quidem sitis non tantū aquæ materialis, quantū animarum & peccatorū conuersionis erat, quam mirum sitiebat in modum. Sic enim Casianus ait, hæc verba expēdens. Verbū corpori competens, animæ comodauit, & expressit per corporis vocē, vehementem animæ suæ nostræ salutis affectum. Et subdit, quod quemadmodū à muliere Samaritana petijt aquæ ciphum, vt ipsa ab eo expeteret aquã viuã, vt non sitiret in aternū: sic nunc in quamtū caput nostrū erat, sitim patiebatur, vt sitim nostræ salutis, quam habere debemus, nobis ostendat. Explicat ad hoc propositū Doct̃or incognitus versum illū Psa. 61. Verū tamen pretium meū cogitauerunt repellere, cucurri in siti. Pretiū, inquit, Christi fuit pretiosissimus eius sanguinis, quæ iudæi cogitauerunt repellere, quãdo ligno eū suspenderūt, quasi esset malefactor, & sanguinis eius in sufficiens, ad satisfaciendum cœlo, & debitum soluendū patri.

*siciebat Christus nostram salutem.*  
*Simon Casianus lib. 13. de Passio. Ioan. 4.*

*Psal. 61. in cog.*

patri. Sed quanto magis pretiū illud repellere, & fundabatur eius sanguinē in Cruce: tanto avidius salutē nostram sitiebat, & hoc est quod ait, cucurri in sitiis currentis enim sitis, maior & ardentior esse solet in fine sui cursus & itineris. Vltimus Christi passus fuit in Cruce, & ideo tam intentam sitim passus est. Licet enim ab instanti conceptionis suæ, hanc sitim passus fuerit, sed nunc in fine vitæ suæ multo magis eum vexauit. Iam nunc latronis huius felicitatem intuemini, qui tã opportuno accessit tempore, quando Christus maiorē sitim suæ salutis patiebatur. Si enim animæ ofuienti, etiã amara dulcia esse videtur, animæ Christi, salutem nostram esurienti & sitiēti, quã dulcis esset illa anima? quã sua uis illa vox latronis. Domine, memeto mei? Quid mirum, quod cœlum ei promiserit, quasi tota terra ad obsequiū persoluedā vile pretium, sibi videretur. Morabatur Dauid in pretidio quodã, quod erat circa Bethlem, vt. 2. Reg. 22. fertur. erat ex omni parte Philistæis circumdatus incidit ei desiderium bibere ex aqua cisternæ Bethlemiticæ: & cum hoc desiderium ducibus & militibus suis manifestaret, tres ex eis fortissimi, per medium hostium irrumpentes, auferunt aquã de cisterna, & adduxerunt illã regi: quamuis ipse considerans, pretium fuisse sanguinis, noluit eam bibere, sed libauit eã Domino. Tamen quis dubitat, per gratū illi fuisse hoc obsequium, largissimãque illis contulisse munera, licet id scriptura non memoret. Quod si Dauid, sitiens tam liberalē & gratū se prestitit, his qui cum tanto vitæ suæ periculo, vas aquæ illi obtulerunt: Quid mirum, si verus Dauid, & Redemptor noster Christus, tam munificentissimū donū latroni contulerit, qui sitiēti in Cruce, nō alicuius cisternæ aquã, sed animã propriã, quã sitiebat obtulerit? Rex Lismachus (vt Plutarchus inquit) cum magnã sitim pateretur, inimico vas aquæ frigidæ offerēti, clauē ciuitatis & libertatis suæ tradidit. Si mihi videris fecisse Domine. Eras in Cruce inimicis tuis circumdanda

*1ob. 6. & Prouc. 27.*

*2. Reg. 22.*

*Plutar.*

Psal. 119.

Mat. 20.

Isai. 6.

In morte Christi celum fuit expugnatum. Act. 1. 12.

Sap. 14.

Via ad celum autem portam Christi prolixior. 3. Reg. 19. Iob. 7.

cur datus, & captam in nimias uires huius patiebaris, quod pro lucrum impetu, hanc latro tibi obtulit, Baradisi clanes illi tradis. In die mecum eris in Paradiso. In Accessit rando, quod expugnabatur celum, quod non nisi vi passionis Christi erat expugnatum, quod hinc ille gladius ad ianuam Paradisi adpositus, proculdubio indicabat, qui non nisi in Christi sanguine erat extinguendus. Ergo attinet illud Matth. 12. Regnum celorum vi expugnatur, & videtur rapiunt illud. Tunc Regnum aliquod, vel omnia dicitur patium, quando diripitur, quando vi armatum expugnatur. Quando se le dan facomazo y liberabat, y venturas el mayor ladron y el que mas puede apañar, esse saltem in drado. Expugnabatur quidem celum in morte Christi, & crux scala erat, per quam ascendebatur ad eius bonam diripiendum: quapropter cum Dimas, famosus esset latro, & in rapinis non modo dicitur exercitus, ex cruce scala constitutus, per eam ascendit ad rapiendum celum. Exiguo ligno, & dum hominibus animas saluas, & clausentes mare per raterem liberati sunt, Salomon inquit. Sapientia. 14. Mirabile dicitur, quanta facilitate homines, in exiguo ligno siue nauis, mare traiciant, & qua breui temporis spatio, ex yna insula, ad aliam pertranscant. Quod enim per terram longissimum dierum, & forte annorum, spatium exigebat, permanere in ligno breuissimo tempore permansitum est. Sic hoc igitur huic latroni, qui ligno crucis animam suam fudit, & mare passionis simul cum Christo ingressus est, & breuissimo temporis intervallo, ad portam Paradisi peruenit. Deus optime, quantum distabat ab illo a terra, Paradisus a cruce, magnam quidem chaos inter haec erat constitutum. Quinque millia annorum primus noster parans, in hoc itinere peragendo consumpsit, prius quam ad optatum portum perueniret. Helias longo itinere defatigatus, petiuit animam suam ut moreretur, & subter vna iuiferu sedens, aiebat. Sufficit mihi Dñe, tolle animam meam. Iob ad tantum vitae tadium peruenit, quod suspendium elegerit, prius quam iter vitae conficere. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossi

ossa mea. Desperavi, nequaquam iam vitam. Davidi etiam, vita praesens, longissimum exilium videbatur. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, quod non sine gemitu proferebat. Et tamen latro hic, in reuissimo temporis intervallo, iter hoc percurrit, & ad finem peruenit. Cur ita? quia exiguo ligno credit animam suam, non per terram, ut sancti illi patres veteris testamenti, sed per mare profundissimum passionis Christi: iter suum ordinavit, & disposuit. Qui familiarum habet, ut vulgo fertur, apprehenso baculo, vel super ipsum equitans, solet spatio vnus horae, centum miliaria percurrere, & longissima itinera conficere. Habuit Christum familiarem Dimas, & itineris sui socium, & super lignum crucis equitabat, quapropter, non mirum est, quod in tam breui tempore, tam longum iter confecerit, & usque ad caelum pertingerit. O summa Dei liberalitas. prius latroni, quam matri, aut Apostolis gloriae premium est largitus. Erat enim procurator ille Euangelicus, cui pater familias iussit, ut in soluendo denario diurno, a nouissimo inciperet. Ecce aeterni patris procurator incipit a nouissimo latrone, qui hora vnde cima venerat ad vineam, & prius illi porrigit denarium, quam Apostolis, qui multo ante sunt conducti, & pondus diei & aestus portarunt. Vidit Isaias Propheta (ut ipse inquit) Dominum super solium excelsum eleuatum, plenum maiestate & gloria, quem seraphin ex utroque latere existentes, sanctum proclamabant, Deumque suum fatebantur. Et statim vidit, quod superluminaria caeli commota sunt a voce clamantis. Caeli illi firmissimi, & stabiles contremiscere ceperunt. En fratres, rex ille exercituum, & saluator noster Christus, super solium crucis eleuatum, & terra a maiestate eius plena est, nam omnis mundi fabrica, terra deorsum, & caelum sursum, signis & prodigijs, verum Deum esse testantur. Committantur eum, non Cherubin, sed duo la-

Genes. 15.

Exod. 33.

Ican. 14.

Isai. 64.

trones, non caelestes spiritus, sed scelesti homines, quos  
 fugitia sua usque ad crucem fuerant insequuta. Et tamen  
 alter illorum in melius commutatus, tam suauiter in lau-  
 dem & confessionem eius prorumpit, quod liminaria  
 celi ad vocem eius ceciderunt, & paradisi ianua illi aper-  
 ta est. Audiuit enim de ore ipsius veritatis. Hodie me-  
 cum eis in paradiso. O dulce verbum, o bonum nulli ha-  
 ctenus concessum, neque à saeculis auditum. Abraham  
 post longam peregrinationem susceptam, post tentatio-  
 nem circa Vr Chaldeorum deuictam, post multa Deo  
 exhibita seruitia, interrogauit eum, dicens. Domine  
 Deus, quid dabis mihi? Cui respondit. Saspice caelum, &  
 numera stellas si potes, sic erit semen tuum. Moyses ani-  
 cus Dei appellatus, effugitans, & suppliciter deprecans.  
 Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi  
 faciẽ tuam: id solum audiuit, quod singulari favori ascri-  
 bitur. Posteriora mea videbis, faciem meam videre non  
 poteris. Philippus etiam, cum instantè oraret, Domine  
 ostende nobis patrem, & sufficit nobis, in responsum ac-  
 cepit. Qui videt me, videt & patrem meum. At latro  
 iste felix, plus accepit, quam postulauit, postulabat sui  
 memoriam, & visio diuine essentiae eodem die ei pro-  
 mittitur. O beatus latro, o millies felix, qui in vno tem-  
 poris momento, diuitias caeli furtiuis illi, Nunquam enim  
 sic feliciter furatus es in terra, sicut modo furaris in ca-  
 lo, nunquam furtiuũ tanti ponderis & pretij commisisti.  
*Nunca salto como este as hecho en la tierra, salto de la tier-  
 ra al cielo, de la cruz al descanso, del tormento a la gloria.* Et  
 quod ex tanta paupertate & penuria, ad tantas deueneris  
 diuitias, ad illas inquam, de quibus Isaias, simul & bea-  
 tus Paulus inquirunt, quod neque oculus vidit, neque  
 auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt, &  
 imitemur fratres hunc latronem, non quidem in fera  
 poenitentia, ne nobis contingat, quod in prouerbio  
 Hispano dicitur, *Que por va ladron pierden muchos el me-  
 son.* Sed potius in fide, & in spe illum imitemur. Vous  
 fuit

fuit latro, qui cum mala vita felicem habuit mortem, &  
 quamplurimi sunt & innumerabiles, qui cum malè vix-  
 rint, male etiã vitã finierint. In latrone quidẽ hoc voluit  
 Deus sui sanguinis & sacramenti penitentię facere pericu-  
 lum: at postquam iam factum est, temerarium esset, us-  
 que ad extremum vitę halitum differre conuersionem  
 nostram. Contingit magnum aliquem medicum tiri-  
 aq̃ fumere periculum, & permittit viperam filium suum  
 mordere, & inficere. Cui statim poculum propinat,  
 quo exausto liber & incolumis euadit. Accurrit tunc  
 alius dicens. Mihi, mihi porrigatur, fiat etiam & in  
 me periculum. Cui statim respondetur, id quidem  
 minime expedire. Iã enim medicinę probatio facta est,  
 non est, cur iterum agatur. Iam sanguinis Christi in  
 hoc latrone facta est experientia, & efficacia eius  
 manifesta. Quid est, quod in nobis etiam probatio-  
 nem fieri expectamus? & usque ad vltimum vitę ter-  
 minum penitentiam differimus? Hoc quidem tutum  
 non est, nam ferè semper mors vitę est simillima. Ne-  
 mo enim est tam rationis expertus, qui rosario vili & lig-  
 neo, aurea & pretiosa extrema apponat, sed aureo, au-  
 rea extrema, ligneo, lignea, correspondere debent. Cum  
 ergo vita tua lignea & vilis fuerit, semper in sceleribus,  
 & peccatis degens, cur credis, vitę huius extrema fu-  
 tura esse aurea, & quod in fine cursus, per veram contri-  
 tionem ad Deum conuerteris? Time, ne extrema medijs,  
 & mors vitę assimilentur. Si quis per totam noctem cum  
 famoso aliquo calculorum lusore certamen habuisset, si-  
 ne hoc, quod vel semel posset eum deuincere. Sed sem-  
 per è conueto victus & superatus euaderet: nonne stul-  
 tum esset sperare, quod in vltimo congressu, & cer-  
 tamine, omnes quas perdidit diuitias, recuperatu-  
 rus est. *Y posar, que le ha de dar mate en vna casa  
 negra?* Est nobis certamen non cum qualicumque  
 hoste, sed cum esperto, & versuto milite. *Que  
 ha cinco mil años, que tiene el arcoboz apochac.* Et ta-  
 men

Simili.

Simile:

Simile:

men cum millies ab eo decepti, & superati simus, speramus, quoniam in vltima hora a nobis superandus est. Hoc enim potius presumptio & stultitia, quam spes venit appellandum. Non tutam existimat Aug. penitentiam, quae vique ad vltimam vitae lineam differatur. Accedamus ergo festine & opportune, cum tempus nobis suppetit ad thronum gratiae eius, veniam peccatorum nostrorum ab eo postulantes, quam proculdubio nobis liberaliter concedet. Qui enim nolens etiam inuitat ad diuitias, non negabit eas postulanti. Quas quidem hic per gratiam consequemur, & in futurum per gloriam.

# FERIA QUINTA in cena Domini.

## CONCIO.

*Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.*

Ioannis capite 13.



**V**NIGENITVS Dei filius, supremus ille consiliorum legatus, qui humanae reparationis cura suscepit: ad duo praecipue, & viues & moriturus attendit. Primum, fuit mundi redemptio, & hanc quidem praetio sui sanguinis fecit. Non enim corruptibilibus auro vel argento redempti sumus (vt Diuus Petrus inquit) sed praetioso sanguine

guine, quasi agni immaculati. Secundum, officio magistrum fungi, vt supremam illam philosophiam nos doceret, quae ad caelestem gloriam obtinendam, nobis viam aperit, & demonstrat. Quo spectant verba illa dulcedine & humilitate plena, quae discipulis hodie, post lotionem pedum dixit. Vos vocatis me, magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Et alibi dixerat. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Vox quidem discere, non aliud, nisi magisterium indicat. Volo enim, vt a me magistro vestro discatis, non mundum fabricare, non visibilia & inuisibilia creare, neque super aquas siccis pedibus ambulare, sed viscerum mansuetudinem, & cordis humilitatem. De hoc Christi magisterio Euangelicus Prophetas, multis retro saeculis vaticinatus fuerat, dicens. Et erunt oculi tui videntes praecceptorem tuum, & aures tuae audiant verba post tergum monentis. Haec est via, ambulante in ea. Laudat magisterium eius, non solum a verbis, sed etiam ab operibus. Erunt, inquit, oculi tui videntes praecceptorem tuum, quia opera eius egregia videbis, quae possis imitari, & audient aures tuae verba post tergum monentis, quia Euangelicae praedicationis verbum, de ore eius audies. Debet in verbi Dei concionatore esse aliquid ad audiendum, & aliquid ad videndum. *Ad de aet que op, y que ver,* Verba ad audiendum, & opera ad imitandum; nam sola verba, nisi operibus confirmantur, inefficacia sunt prorsus ad animos peccatorum permouendos. Super illa verba Iob, Quando ponebat legem pluuijs, &c. inquit Glossa. Pluuio praedantium, dicta, quae blandè suadent, sunt. Praedicatori lex est posita, vt viuendo adimpleat, quod suadet. Hinc est, quod D. Aug. Cato ne arguit, qui cum filio suo consuleret, vt Cesari se submitteret, asserens illum esse clementem, tamen hoc consilium sibi accipere noluit, quare miserabiliter perijt. Sunt, pro dolor, quamplurimi, qui cum alios recta doceant, se ipsos docere nesciunt, neque ea, quae verbis proferunt, opere complent, vnde praedictio eorum contemnitur.

Ioan. 13.

Mat. 11.

D. Aug.

Esai. 30.

Locus pro concionatoribus.

Euangelicus concionator, verbis & operibus indiget.

Iob. 9.

Glossa.

Aug. 1. de

Trinit. ca-

p. 23.

Venit Xps redimere, & docere.

1. Petri. 1

*Feria. 5. in cena Domini*

Laudat igitur Paopheta, diuinum illum concionatorem, quem visura erat Ecclesia, & à verbis & operibus, quia cepit facere & docere, & non solum verbo, sed opere docuit. Subdit deinde, & audient aures tuæ verba post tergum monentis. Modus hic monendi, moniti errorem arguit, & quod à recta via longè declinauerit. Contingit multoties, aliquem è ciuitate egredientem ad conficiendum iter, itineris sui admoneri: qui vix à ciuitate discedit, quando dimissa via recta, per aliam errabundus pergit. Tunc qui ductor eius fuerat, voce clamans, post tergum illum monet, dicens. Hens tu viator, vide quod à recta via declinaueris, non hoc sinistrum, sed illud dextrum teneris sequi iter. Hoc est: aures tuæ audient verba post tergum monentis. Docuerat enim Deus hominem ab initio viam salutis, & direxerat pedes eius in viam pacis, perfecerat gressus eius, vt non mouerentur eius vestigia, & sufficientem notitiam, & informationem itineris, quod ad cælestē patriā tēdit, illi dederat per Prophetas suos. Hic enim fuit totius scripturæ & Prophetarum scopus, vt cælestis patriæ, vbi nostra summa beatitudo est & requies, viam nos dicerent: At cum Deus de cælo in terram aspexisset, vt videret, an esset intelligens, aut requirēs eū. Vidit omnes declinātes, vt Dauid inquit, à recto tramite lōgè abeūtes, & per viā perditionis incēdentes, & naturā nostram mortālē assumens, non solum verbo prædicationis Euangelicæ, sed etiam virtutū operibus, humilitate, patientia, mundi contemptu, inimicorum dilectione, & perpersione laborum, quasi post tergum, & ad aurem, nos docuit. Et quantumuis verum sit, quod per totam vitæ suæ spatium, à præsepio vsque ad crucem hunc ducendi modum tenuerit: tamen hodie morti iam vicinus, & cruci appropinquans, multo magis illum obseruauit. Vbi feruentiora fuerunt verba, magisque igne charitatis flammantia, & frequentiora opera, mysterijs quæ plena extiterunt. Vestis illa sacerdotalis (de qua Exod. 28. capite agitur)

Psal. 131.  
Christi  
magister  
ium.

Exod. 28.  
Figura.

mir

miracolorū verietate erat depicta, & summo artificio elaborata: tamē illius extremitas, totam ipsam vestē inuentione, & artificio superabat. Ibi enim erant pretiosilapides arte plumario cōpositi, ibi argētea tintinabula malis aureis intexta. Nō secus pretiosa illa humanitatis, vestis, qua summus ille sacerdos Christus, ad offerendū celo gratū sui sanguinis sacrificiū indatus est, licet à principio vsque ad finē varijs virtutū ornamentis, & verborū sententijs abūdauerit, tamē quæ hodie in extremis positus, vel docuit, vel operatus est, reliquā omnia facile superant, quare summa & mētis at tētionē, & cordis deuotione sunt audienda. Hæc vt nobis enarret euangelista Ioannes, & attentionem captat, & deuotionem excitat. Attentionem captat in illo præambulo mirabili. Antē diem festum paschæ, sciens Iesus &c. Eloquentiam Ciceronis & Demostenis facundiam longe superans. Deuotionem excitat, in eo quod inquit, egregium hoc humilitatis exemplum lauandi discipulorum pedes, cum iam morti esset propinquus, nobis contulisse.

Christus  
in morte  
maiora op  
ratus.  
est.

Sciens, inquit, Iesus, quia venit hora eius, vt transiret ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos. Sciebat non solū quatenus Deus, sed etiā quatenus homo erat, horam passionis & mortis suæ iā appropinquasse. Nā quatenus Deus erat, hoc ab æterno sciuit, eo quod omnia illi aperta sint & nuda antequā fiant, vt probe inquit Paulus. Qua tenus homo sciebat etiam omnia quæ ventura erant super eū. Quia anima eius beata in lucidissimo diuinæ essētiæ, quod fruebatur, speculo, præterita præsentia, & futura intuebatur licet infinita nō videret, quod soli cōceditur Deo. Dignus enim est agnus qui occisus est accipere diuinitatē & sapiētiam. Sciens ergo, quatenus Deus & quatenus homo erat, horā mortis suæ iam esse in ianuis, hoc egregium charitatis, & humilitatis opus præstitit. Tria requiruntur attestante Aristotele in Ethicis vt secundum virtutem

Hebr. 4.

Ricardus  
in. 3. sent.  
d. 14.  
Apo. 5.

virtutem egregie quis operetur: vt sit sciens, volens, & propter finem agat. Si quicquam horum desit, operatio non erit laudabilis. Omnia hæc in Christo conuenere. Fuit sciens, quia sciuit horam mortis suæ, fuit volens, quia oblatus est, quoniam ipse voluit. Denique operatus est propter finem, quia propter gloriam patris, & propter generis humeni redemptionem passus est. Vbi summopere est aduertendum, vtitatissimam fuisse loquedi phrasim huius Euangelistæ tempus mortis & passionis Christi, horam eius appellare. Ioannis. 2. dixit illi mater. Fili vinum non habent. Et respondit illi. Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. Et capite. 7. Pharisæi quærebant eum apprehendere, sed nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. Lucae etiam. 4. duxerunt illum in supercilium montis, vt inde eum præcipitarent, tamen nemo ausus est, illi manus inferre. *Yuan. a tender el brag, y que dauanse a lance amagado.* Non ob aliud diceret Ioannes, nisi quia nondum venerat hora eius. Nunc autem dicit, horam istam iam venisse: sciens quia venit hora eius. Quod quidem mysterio vacare credendum non est. Existimo enim, ideo horam mortis, horam suam vocari, eo quod ab æterno, sponte sua, horam illam elegerit ad moriendum. Hora illa, non aliqua fatali necessitate ei imposta, sed ab eo æternaliter disposita. In hoc enim redemptor noster Christus, omnes filios Adæ anteceluit, quod fuit Dominus vitæ & mortis. Vixit quandiu voluit, & mortuus est, cum sibi placuit. Et ideo clauis mortis & sepulchri habere dicitur (vt bene quidam adnotauit) quia nimirum mortem suam, quasi sub clauis inclusam habebat. Mortuus enim est, non quando Iudæi voluerunt eum occidere, sed quando ipse morti se voluit subijcere. Potestatem habeo ponendi animam meam (dicebat per Ioannem) & iterum sumendi eam, Nemo principum, aut potentium huius sæculi talem potestatem habuit: at Christus reparator noster, dominus fuit vitæ & mortis, & super vtramque po-

Ioan. 2.

Ioan. 7.

Luca. 4.

*Hora mortis, quare Christi hora dicatur.*

Apoc. 1.

Ioan. 10.

potestatem habuit. Hoc significare voluit nobis Abacuc. 3. Propheta verbis illis obscurissimis, quæ in suo cantico continentur. Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors, Vbi secundum interpretationem Sanctorum patrum Cipriani, Eusebii, Augustini, & Hieronymi, de passione & Cruce Domini voluntarie assumpta loquitur, Cornua in manibus, iuxta Titelmani placitum, brachia cuius appellat, quæ propterea cornua appellantur: quia in eis virtutem suam infinitam ostendit diabolus superando, ab animalibus desumpta methaphora, quæ in cornibus fortitudinem suam habent. Quare subdit ibi abscondita est fortitudo eius. Tantam enim fortitudinem in cruce ostendit, quod ante faciem eius fugit mors, neque potuit ante faciem eius subsistere: absorta namque fuit in victoria, & ab ipsa vita deglutita. Hoc magis indicant quæ sequuntur verba. Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius. Quibus Christi victoria explicatur, quam de morte & diabolo conquestus est. Tanto enim impetu in eos irruit, quod pudibundi aufugerunt, & virtuti eius non potuerunt resistere. Sed ad cornua redeamus. Cornua, inquit, in manibus eius. Hic deuotus noster, & æque eloquens & eruditus Titelmanus quædam difficultatem mouet. Quare cornua ista dicuntur esse in manibus Christi, & non magis videbatur dicendum, cum manus brachijs Crucis, & non e contrario essent affixæ. Difficultati respondet, hoc ita dictum esse ad significandum, quod non violenta tenebatur in Cruce, sicut solent malefactores, qui inuiti moriuntur, aut quasi non posset ipse, si vellet, se liberare, manus detrahere, & clauos quibus affixæ erant, manus depellere, sed quod in Cruce manus tenebat, ex amore & voluntate sua procedebat. Verius enim dicas, quod ipse tenebat Crucem, quam quod Crux illum tenebat: in manu eius erat Crux, quia illam tenebat.

Abac. 3.

*Expr. lib. 2. contra in. de. c. 21.*

*In Job. 40. 6. de mon. c. 15. Aug. 18. de ciuit. c. 32.*

*Eter. Locus pro voluntaria Christi passione.*

*Titelma. Nota.*

aut



aut dimittere in manu eius fuit constitutum: Adhuc uerunt hanc Christi moriendi voluntatem D. Cyrillus, Alexandrinus, & D. Chrysostomus Constantinopolitanus Patriarcha in ipso moriendi modo. Clamauit enim *Cyrillus* Lib. 12. c. 7. D. Chrysof. hom. 84. voce magna, ut D. Lucas refert, dicens: Pater in manus tuas commendo spiritum meum: & statim, ut D. Ioannes inquit, inclinato capite tradidit spiritum. Tunc enim caput inclinauit ad mortem, quando natura tanta uigebat uirtute, quod uocem illam magnam potuit edere: ut intelligamus, non defectu uirtutis, sed amoris abundantia mori. Et hinc est, quod Centurio iuxta Crucem existens, considerans terribilem illam & miraculosam uocem, quam mors statim subsequuta est, omni timore Pharisæorum postposito, diuinitatem eius palam confessus est: Verè filius Dei erat iste. Cognouit illam esse Deum in hoc, quod animam suam ipse libens posuit. Tunc enim caput ad moriendum inclinauit, quando natura eius tanto uirtutis robore erat prædita, quod præter morientium consuetudinem, tam clamorosam uocem potuit proferre. Mortuus quidem est, non quando uoluerunt eum occidere, sed quando ipse uoluit mori, quod solius est Dei. Non est hinc contemnenda D. Athanasij expunctio, qui in quæstionibus ad Antiochum, quæstione. 76. in hunc modum ait. Quidnam illud est, inclinato capite spiritum tradidit? nam omnes moribundi moriuntur primum, & tunc demum inclinant capita. Respondet, sola mors adhuc restabat; atque hæc metuens appropinquare non audebat: ideo Christus inclinato capite uocauit eam: antequam enim inclinasset, proprius accedere uerebatur. Itaque sicut primus homo mortem acersit uerbis suis, quia uoluntarie se tradidit morti: ita secundus homo Christus, capite eam ad certamen prouocauit. Et hæc est ratio quare horam moriendi, horam suam appellat Iohannes. Horam etiam eius eam appellat, in qua tot mirabilia operatur gerat, tot uictorias de morte & diabolo reportatur

rus

rus. Hora medicorum illa dicitur in qua sunt æritudines & infirmitates, quando scientiam & peritiam sue artis ostensurus est medicus. Hora agricolarum dicitur, quando in messe triticum in horrea congregandum est. Non dicitur hora eius in qua terram profcindit aratro, neque in qua granum seminat, & illud terræ mandat, sed illam dumtaxat in qua illud congregat in horrea. Hora militum quando ciuitatem expugnaturi sunt, & uictoria de inimicis adepturi. Sciens ergo cœlestis hic medicus horam illam iam appropinquasse, in qua balsamum sui pretiosum sanguinis omnes naturæ nostræ æritudines curaturus erat, sciens diuinus agricola, horam illam tandem sibi desideratam aduentasse, in qua copiosissimum passionis suæ fructum in cœli horrea congregaturus erat, sciens strenuus hic dux, horam illam iam instare, in qua expugnaturus erat infernum, & de diabolo & morte triumphaturus: uoluit discipulis suis maiora dilectionis signa, quam per totum uitæ cursum ostendere. Quare ait Euangelista sacer.

*Cum dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.* Tantis mysterijs abundant uerba hæc, quod nulla interpretatio ex his quæ assignantur eorum sensum omnino euacuat. Eusebius Emislenus sic explicat. Cum semper dilexisset suos qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos, & usque ad mortem dilexit. Ita, ut perpetuitas & perseverantia in diligendo ostendatur. Amicorum huius seculi, amor ualde imperfectus est. Serò amare incipiunt, cito desinunt, parum amant. Serò incipiunt, quia magna uitæ pars iam est transacta, quando amicitiam ineunt, cito desinunt: quia rari sunt amicitiam, quæ usque ad mortem perueniant, parum etiam amant: nam pauci sunt, qui uitam pro amico exponere sint parati, & qui amici utilitate uehementer studeant. Christus Dominus, etiam ut homo, perfecte suos dilexit discipulos & electos, cito incepit, quia ab instanti suæ conceptionis, numquam desistit nec desinet: nam morte amor ille

*Horam, inquam, a se electam ad moriendum & ab instanti conceptionis suæ iam diu desideratam.*

Euseb.

non

non est finitus, multum & supra modum amavit, qui morte & passione seuissima imminente, quam pro suis subibat, adhuc tenerime amans, seipsum in cibum, & sacrificium perpetuum dedit. D. Bernardus super illa verba Matthaei: Si filius Dei est, descendat nunc de Cruce & credimus ei. O stulta, inquit petitio, imo quia filius Dei est, de Cruce non descendet, quia proprium Dei est perseveranter, & usque ad finem diligere. D. Chrysol. & Euthimius sic exponunt verba, in finem dilexit eos, id est, vehementer. Ac si diceret, nihil omisit, quod vehementer amantem deceret. Ad idem est Cyrilli expositio, in finem dilexit, quia mortem subire propter eos non pretermisit. D. Dionysius, in summum dilexit eos. *Quo quanto pudo la barra, y amolos hasta mas no poder.* Quinimo videtur ultimos amoris terminos excessisse. Ultimus terminus amoris. *El finis erbis terrarum del amor y sus ultimas columnas*, est vitam pro amicis ponere. Maiorem dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. At Deus plus ultra hodie adinvenit: quia non solum pro amicis, verum & pro inimicis animam suam posuit. Hoc est illud D. Pauli ad Romanos. Pro iusto vix quis moritur, nam pro bono forsitan, commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quia cum adhuc inimici eius essemus, secundum tempus pro nobis mortuus est. Ac si patenter diceret Pro amico & benivolam vitam exponere, non mirum aut insolitum existimari debet, licet raro contingat. Hoc enim aliqui ex antiquis facere: at pro inimicis morti se offerre, & propriam sanguinem fundere, hoc est, quod metas amoris transcendit, & in quo Deus charitatem suam commendat. *Aqui quiere que tomemos el pulso a su amor.* Effert miris laudibus Valerius cuiusdam Ponopionis servum, qui cum cognosceret magnam militum catervam ad dominum suum occidendum venisse, eo quod esset proscriptus: huius rei cercior factus, commutavit cum eo habitum & annulum cum alijs nobilitatis insignijs, & illo per postu-

posicum clam emissio, se in cubiculum recepit, & fingens se Ponopionem esse, loco domini passus est occidi. Et subdit statim Valerius brevis huius facti narratio, sed non parva materia laudationis. Nam si quis ante oculos ponere velit subitum militum accursum, conuulsa ianua claustra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma, rem vera estimatione prosequetur. Non absimilis est Dei nostri erga homines dilectio. Cum enim homo propter paradisi peccatum, ad mortem esset proscriptus, nostram naturam humanam induit, & insignijs nostrae mortalitatis se ornauit, in qua mortuus est & passus, ut nos ab aeterna morte liberaret. Quod si ante oculos mentis ponamus, quam crudelem mortem, & a quibus pertulerit, quantis flagellis, vulneribus & iniurijs fuerit affectus, tunc amorem eius vera estimationis prosequemur. Appellatur amor, ignis frequentissime, tam apud sacros, quam profanos scriptores. Seneca illum definiens, inquit. Amor est ignis visceribus immerfus, & in venis latens. Cui consonat illud Maronis. 3. Aeneidos de regina Pleniæ agens.

*Vulnus alit venis, & caeco carpitur igne.*

Et Cant. 8. Vbi dicitur, fortis est ut mors, dilectio, subdit lampades eius, lampades ignis atque flammarum, sed cur igni comparatur? Sanè ignis hanc proprietatem habet, quod iuxta materiam & subiectum in quo existit, magis aut minus intenditur & inflammatur, si in materia debili & rara, qualis est stupa subiectetur, remissam & debilem flammam producit: si autem in materia densa, sicut aurum aut ferrum, valde roboratur & intenditur. Non absimilis est amor, roboratur enim & augeatur, iuxta subiecti in quo quiescit proprietatem. Amor in corde hominis, est ignis in stupa accensus, qui remissus est & debilis, & qua accenditur facilitate, eadem & extinguitur. At amor in corde Dei, est ignis in auro vel in ferro, qui sine mensura crescit, & infinitam intensiorem habet. Potentissimus quidem affectus humanus

H h amor

Virgil.  
3. Ene.

Cant. 8.

amor est, & in hominum visceribus res egregias operatur, at si cum amore Dei comparetur, videbitur quasi leuis flamma in aëre accensa. Magnū quidem fuit amoris indicium, quod Aeneas parentem suum in Troiano incendio, per medium flammaram humeris suis portauerit, non leue fuit argumentum dilectionis erga patriam, quod Cosdroe Atheniensium Rex, vt satisfaceret oraculo morti se obtulerit. Damon etiam & Pithias, tam stricto dilectionis vinculo interfese conglutinabantur, quod non dubitauerint, vnus pro altero morti se exponere. D. etiam Paulus, pro fratribus suis Hæbreis, anathema esse cupiebat. Optabam ego ipse, anathema esse à Christo pro fratribus meis: verū quid sunt ista, si cum diuino amore comparentur: isti quidem humanam vitam offerebant, at Christus diuinam istorum amor finitus & limitatus, amor verò Dei infinitus & nullis limitibus circumscriptus. Quidquid in templo Salomonis erat, pondere constabat & mensura, nihil in eo factum est, quod certam mensuram nō haberet, parietes, columnæ, fenestræ, vassa, & tectum ipsum. Vidit enim Ezechiel Angelum funiculum, & calamum mensuræ habentem, qui omnes templi partes meciebatur. Vnica res dum taxat mensuram non habebat, ignis, scilicet, qui ardebat in altari. Quia ignis ille futurus erat sine limite, cui sacerdos indefinenter supponebat ligna. Ignis ardebit semper in altari meo. Si Christi opera mente perpendamus, proculdubio omnia in numero & mensura, facta fuisse deprehendemus, fuit numerus miraculorum eius, fuit mortuorum quos ad vitam reuocauit, cæcorum quibus lumen restituit. Fuit mensura certa ieiuniorū, flagelorum spinarū, & omnium deniquè malorum, quæ pro nobis passus est: solum ignis sui amoris fuit sine mensura & numero: dilexit enim nos in finem, quasi diceret, Sine fine, quia modus diligendi nos, fuit sine modo diligere. Sed cur morabor

Valerius  
lib. 4. c. 7.  
Rom. 9.

Ezech. 47.

bor annulum Salomonis in huius rei confirmacionem afferre, cum in illo summa Dei nostri dilectio veteris characteribus sit depicta? Refert antiquissimus Aristeas, Salomonem habuisse annulum literis & imaginibus depictum, in quo, vt ab omnibus existimabatur, magna latebant mysteria. Habebat annulus in lapide pretioso duas coronas depictas, quarum altera coronam auream, altera verò spineam referebat, & intra ipsas coronas inuicem se amplectentes hæc litera continebatur. Victoria amoris. Per girum annuli, sex literæ erant sculptæ. A. C. F. R. I. C. Omnes suspicabantur sub illò annulo magna latere mysteria, sed nullus erat, qui arcana illius, vel referre posset, vel interrogare esset ausus, quousque Regina Sabba à Salomone magnis obtinuit precibus. Qui dictis eius acquiescens; ait illi: Prudens Regina aduerte, quod in hoc annulo tria sunt consideranda. Primum, quod in se habeat coronam auream sculptam, secundum, quod habeat spineam, tertium, quod istæ coronæ adinuicem sint conexas. In ordine ad coronam auream, sic interpretantur literæ. A. aurea. C. corona. F. fortissimus. R. regnat. I. in. C. cœlis. Aurea corona fortissimus regnat in cœlis. In ordine ad coronam spineam sic. A. aspera. C. corona. F. filius. R. redimitus. I. inferiora. C. calcabit Aspera corona filius redimit inferiora calcabit. Si tamē attendamus ad hæc, quod istæ coronæ sese cōplectantur, hunc redent sensum. A. amoris. C. cognita. F. fortitudo. R. regalium. I. insigniorum. C. copulatio. Amoris cognita fortitudo regalium insigniorum copulatio: & huic proposito congruit litera intra coronas latens. Victoria amoris. Id est, hæc est præcipua amoris victoia, in hoc eius triumphus maximè ostenditur, quod has duas coronas auream & spineam copulauerit. Hacten⁹ Aristeas, qui vltra progredi nō potuit in hoc arcano explicando, quia suo tempore nondū mysterium hoc in Christo erat cōpletum, fuit enim ante Christi ad

Annulus  
Salomonis

Arist.

uentum in mundum. Verùm quis est ex omnibus Ecclesie filijs, qui verbi diuini incarnationem fatentur, qui luce clarius hoc mysterium non videat? Quæ nam corona aurea illa est, qua fortissimus in cœlis regnat, nisi corona diuinitatis, ratione cuius supremum ei debetur dominium? Est enim Rex regum, & Dominus dominantium. Quinimo, per eum Reges regnant & potentes decernunt iustitiam. Corona spinea quid erit? nisi corona humanitatis, qua coronauit eum mater in die dispensationis suæ? Hæc namque corona spinea dicitur, quia in ipsa spinas, clauos, & sputa, & alia durissima pertulit. Victoria ergo & precipuus amoris triumphus, in copulandis his duabus coronis, diuinitate, scilicet, & humanitate consistit. Quæ enim maior victoria excogitari potuit, quam facere, quod Deus fieret homo, & quod in ipsa humana natura impassibilis pateretur, & moreretur immortalis? Hoc quod vniuersæ naturæ videtur impossibile, amor opere præstitit, & ideo hæc præcipua eius victoria, hoc inter egregia eius facinora computari debet. Recte igitur cum refertur à Ioanne summum illud amoris opus, quo pro suis mortuus est, subdit, quod cum dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.

*Aug. l. 3. de con. euan. c. 1.*  
Et cœna facta, &c. Peracta iam Paschalis agni cœna & communi incepta, illis cœnantibus, surrexit Dominus, vt eorum pedes lauaret, & daret illis heroicum humilitatis exemplum. Et hoc, inquit Ioannes, fuit cum iam diabolus misisset in cor Iudæ, vt traderet eum, quod refert ad vim amoris exaggerandam. Ac si diceret, cum iam morti esset propinquus, quando homines corpus eius apprehendere machinabantur, tunc ipse corpus suum in cibum illis parat: quando sanguinem suum fundere quærebant, tunc sanguinem suum in potum illis instituit: quando pedes eius cruci erant affigendi, tunc surrexit à cœna, vt Discipulorum pedes lauaret.

Præpon-

Præponderat hoc Apostolus Paulus in prima ad Corinthios. c. 11. Dicēs Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, Accepit panem, &c. Ac si diceret, quando homines quasi crudeles & ingrati vitam illi auferre cogitabant, tunc ipse Sacramentum instituit, & sub speciebus panis & vini corpus & sanguinem suum illis contulit, vt vitam æternam illis daret. Non enim hominū ingratitude, & beneficiorum suorum obliuio, amorem eius refrigerare valuit. Perbelle hoc sponsa illa cœlestis in Salomonis canticis dixit. Aquæ multæ non potuerunt extinguere Charitatem. Mirabile dictu, quod inundantium aquarum, tribulationum, scilicet, & dolorum impetus, quibus anima Redemptoris nostri Iesu in hac nocte fuit afflictæ, & quod magis est mundi ingratitude, & beneficiorum suorum contemptus, non potuerunt, vel scintillam vnæ sui diuini amoris extinguere: sed quo magis aquæ istæ crescebant, eò amor eius augebatur. Antiqui, vt inimicitiam significarent, puerulum depingebant morosum & malæ indolis, qui faculas accensas in flumine extinguebat. Significabant hoc simbolo, nihil esse, inimicitia, aut ingratitude, quod magis charitatis ignem extingueret. Quis enim diligat, vel inimicum, vel ingratum? Magna ergo charitatis Dei nostri exaggeratio, quod aquæ multæ dolorum, inimicitiarum, & ingritudinis, charitatem eius aut extinguere, aut remittere non potuerint. Ad idem est quod ipsa met sponsa de sponso suo celebrat dicens. Botrus Cypridilectus meus mihi. Vbi alij legunt. Racemus Copher. Copher autē Hebraicæ, idē est quod latine Caphora, species quædam aromatica fragantissimi odoris. Habet hoc proprium Camphora, quod si granum accendas, & intra lampadem apponas, in medio aquæ ardet, & flammam emittit. Mira quidem proprietas, quod ignis eius in medio aquæ positus non extinguatur. O mira Dei nostri charitatis dilectio. Verè racemus Camphoræ potest appellari siquidem aquæ tribulationum, charitatis

Can. 8.

V. de Almoracir.

flammâ, quæ hodie in pectore eius ardebat extinguere non valerunt. Quinimo quanto inundabant aquæ, & dolores mortis augebantur, tanto magis amoris sui flâma crescebat. Tradebat eum Iudas & amicum illum vocat, vt dulcedine verborum cor eius emoliret. Malchus mittebat in eum manus, & ipse auriculam amputat. Illi restituit. Discipuli reliqui erant eum, & tamen cum militibus pepigit, vt liberos eos dimitterent. Crucii illum affigunt, & nihilominus pro crucifixoribus patrem exorat. Pater dimitte illis, &c. Quid amplius? miles lancea latus eius aperit, & sanguinem suum fundit, & ipse lumen oculorum illi restituit. Nonne hoc est in medio aquarum positum ardere? & faculam diuini amoris accensam toto Oceano non posse extinguere? Vt ergo Euangelista facer amoris huius vim perpendat, subdit hoc præstitum esse cum iam diabolus misisset in cor Iudæ, vt eum morti traderet.

*Puritas ad Eucharistiam requisita.* Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, &c. Silentio hic prætereundum non est, quod cum Dominus ante esum Paschalis agni pedes Discipulorum non lauerit: tamen lauit eos antequam ad agnum illum comedendum accedant, qui ab origine mundi occisus est. Non enim corpus suum dedit illis in cibum quousque; puluerem de pedibus Discipulorum lauerit. Vt intelligamus hinc, quantum agnus ab agno distet, quantaque sit huius diuini cibi præstâtia. Agnus ille umbra erat, iste verò corpus, ille tenebræ, iste lux, ille figura & typus, iste verò veritas per illum figurata. Quare maior puritas ad agnum hunc comedendum requiritur. Alioquin non diceret Paulus: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Perpendit D. Isidorus tempus, quando Melchisedech Rex Salem, & Sacerdos Dei altissimi panem & vinum obtulit Abraham: quod figura fuit huius ineffabilis Sacramenti sub speciebus panis & vini instituti: fuit enim, postquam reuertebatur victor à cæde quatuor Regum Gentilium: tunc enim ei exiit obuiam, & panem

& panem & vinum illi obtulit. In quo factio significatum fuisse asserit, quod nemo dignus huius cœniuij existimari debet, nisi qui prius de quatuor humanæ vitæ Tyrânis triumphauerit. Sunt enim quatuor Tyrâni Reges, qui contra Deum rebellant, voluptas & dolor, metus & spes. Hi quatuor affectus, qui in nostris animis reperiuntur valde contrarij sunt Deo. Multa enim mala propter voluptatē homo operatur, & multa bona propter dolorem prætermittit. Idem de spe & timore contigit. Quâdo igitur homo huiusmodi affectus, qui sunt quasi animæ Tyranni ad pedes deuictos habuerit, tunc ad hunc diuinum Sacramentum securè potest accedere. Non enim solum à mortalibus anima debet esse munda, sed etiam à venialibus deberet, vt dignè ad hanc mensam accederet. Huius veritatis vmbra in Moise ad rubum accedente reperies. Cum enim Deus in forma flâmæ de rubo Mosem vocaret, & ipse cum calcibus illuc accederet: Id Deus non est passus, sed dixit illi: Tolle calceamenta de pedibus tuis, & ne huc accedas calciatus: terra enim in qua stas, terra sancta est. At verò in Exodo. c. 12. præcipiebat Deus, quod quando in Paschate comedebant agnum, essent calciati, & baculos in manibus habentes. Quare ergo calceus hic permittitur, qui ibi prohibetur? Attendite obsecro. Ad comedendum agnum illum Paschalem, qui umbra tantum erat veri agni pro nobis in cruce occisi, non prohibentur calceamenta: fit enim calceamentum ex animalibus mortuis. Non prohibentur opera mortifera & peccati obnoxia, non erat tanta puritas necessaria ad illum comedendum. Sed tamen ad accedendum ad rubum, in quo Deus est in flammam ignis, ad accedendum ad hoc diuinum Sacramentum, vbi Deus totus amore accenditur, & igne charitatis flagrat, tanta puritas requiritur, quod etiam calceamenta de pedibus sunt tollenda. Tolle frater calceamenta animæ, tolle affectus carnales, tolle cogitationes mortiferas, &

Figura.

Exo. 3.

Exo. 12.

quidquid diuinæ Maiestatis oculos potest offendere, Time ne indignè ad hanc sacratissimam mensam accedas, sed domum cordis tui diligenter euertere, & omnem conscientiæ supellestem scrutare, ne fortè aliquid intrus lateat, quod sit tantæ Maiestati indecens. Non frustra Dominus cum ad mensam cum Discipulis suis sederet, traditionis suæ reficauit memoriam. Vnus ve-

*Quare Domine in hac hora tam diu à te desiderata, quando tota moris argumenta eis ostendis, quando tot confers beneficia, quando vltimum vale illis es daturus, factum hoc tuæ traditionis tanti iste tam tremendū & execrandum ad memoriam reuocas? quare eos excrucias, & immenso afficis dolore? Porque señor les days a beuer effos tartagos. Et quidem, vt timeant omnes & cum Petro reformident, & dicant. Nunquid ego sum Rabi? Timeamus ergo & nos cum ad hoc venerabile Sacramētum accedimus: dicamus què cum D. Petro Nunquid Domine Iudæ similis futurus sum? Ne permittas obsecro, vt ego hodie te Deū & magistrum meum tradam, sed concede mihi gratiam tuā, vt digne ad mēsam hanc sacratissimā accedā.*

*Cœpit lauare pedes Discipulorum suorum.* Perpēdite Christi humilitatem. Sciens quia à Deo exiuit per æternam generationem, tanquam filius coæternus & coæqualis patris, & quia ad Deum vadit per viam passionis: & sciens quia omnia dedit ei pater in manus, id est, omniū rerum dominium, quia eum hæredem vniuersorum constituit, cum hoc probè nosset: tamen non est veritus pedes pauperum piscatorum lauare, *Al Angel dieronle el pie, y el tomose la mano, y quiso leuantarse contra Dios a mayores.* At Christo manum dederunt, & ipse pedes Discipulorum accepit, & se ipsum humiliavit. Manus illas, in quibus pater omnia posuerat, sub pedibus Discipulorum posuit, in quo videtur res omnes ad suum primæum locum voluisse restituere. Posuit Deus in Paradiso omnia sub pedibus hominis. Omnia subiecisti sub pedi-

pedibus eius, &c. At homo tam vilis fuit, quod ea supra caput posuit. Quæ pater accipiens in manibus Christi tradidit, vt iterum sub pedibus hominis, in quo prius posita fuerant, restitueret.

Accedit ad lauandum Iudæ proditoris pedes, qui primus esse creditur iusta Origenis placitum. Sicut peritus medicus hospitale intrans, primò illum ægrotum visitat, & ei medicamē applicat, qui grauiori morbo laborat. Sic Redemptor noster peritissimus animarum nostrarum medicus, primus Iudæ pedes lauit, qui grauiori laborabat morbo. Sed quis est, obsecro, qui munci imperatorem ad pedes Iudæ prostratum videat, qui totus non stupefcat, & in magnam admirationem rapiatur? Quis est qui eum lacrymantē videns, à lacrymis se ipsum continere possit? Lauabat Iudæ pedes, nō solum aqua in pelui existente, sed etiam lacrymis ab oculis suis profluentibus. O Rex gloriæ, quare tantum humiliari pateris, quod formā serui accipiens, coram parricida, & vilissimo proditore genuflexus existas, & manibus quibus saluationis lex fuit scripta, spurcissimos eius pedes lauare non dedignaris? O Iuda, adamante durior & dēmonibus obstinatior, quomodo tanta māsuetudine non moueris, & tāta humilitate nō flecteris? Quid in te mansuetus hic agnus cōmisit, quod gladium ad illum immolandum paras? Vide Iuda quanti animam tuam æstimet, cuius tu vitam pro nihilo æstimadam duxisti. Quod enim pro totius mūdi gloria facere noluit, hoc pro salute animæ tuæ fecit. Noluit, corā sathana genuflectere, etiam si totius mundi gloriam illi obtulerit: at pro salute tua id ipsum facere non recusabit. Vidēs Dauid Saulis obstationem, & quod ad mortē persequeretur eum postquam egressus est de spelunca, vbi potuit illum occidere, genuflexus coram eo dixit. Quem persequeris Rex Israel? quem persequeris? canem mortuum & pulicem vnum? Persequeretur Iudas Christū, & eum morti tradere decreuerat: qui genuflectens hodie

*Iudas primus lauatur. Orige. Idem Chryso.*

*1. Reg. 24.*

dje coram illo verba illa humiliſſima proferre mihi viſus eſt. Quem perſequeris ò Iuda? Quem perſequeris? filiũ virginis perſequeris, quem coram te humiliatũ & proſtratũ habes? Ecce coram te adſum, os meũ pedibus tuis cõculca, hic vindictã de me fume, ſi in aliquib⁹ te offendiſſe putas. *Quiẽbra ex mi tus enojos, y no ſe cõdene tu alma.*

*Venit ergo ad ſimonem Petrum.* Poſt lotionẽ Iudæ acceſſit Dominus ad Petrum lauãdum. Petrus autẽ, quĩ, vt ego exiſtimo, in eadem cogitationũ profunditate cũ Chriſto erat. Sciens quia à Deo exierat, & ad Deũ ibat, & quod omnia dederat, Pater in manus, vidẽs Chriſtũ ad ſuos pedes proſtratũ, tali ſpectaculo ſtupẽfact⁹: verba quædã protulitq; mẽte magis voluẽda ſunt, quã ore explicãda. Tu mihi lauas pedes? Vbi Simõ Caſianus. Quis tu, quis ego? Quis tu, quis mihi? Tu Deus, mihi hominiã? Tu creator, mihi creature? Tu iuſtus, mihi iniuſto? Tu Dominus, mihi ſeruo tuo? Tu beatus, mihi miſero? Tu magiſter, mihi diſcipulo. Tu immortalis, mihi morti ſubiecto? Tu Dominus Angelorũ. pedes lauabis plebeiorũ? Quis tu, quid mihi? Quid tibi & mihi? Agnouit Petrus altitudinẽ, quã in Chriſto fuerat ante cõfeſſus dicẽs: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Adhuc Caſian⁹. Videtur enim ſemper habere in ore illud, tu, ciuitatis Cæſaræ. Quasi dicat: Tu quem ego filium Dei viui cõfeſſus ſum, lauas mihi pedes? Si enim mulier illa ſanguinaria non eſt cauſa corpus tuum tangere, ſed retro fibriam veſtimenti tangere fuit contenta, ſi in vtero ſanctificatus, cum nullus eo inter natos mulierum ſurrexerit maior, non habebatur dignus verticem tuum tangere; quomodo ego patiar, quod tu Dominus & creator meus genuflexus ad lauandum pedes meos accedas? Petre, quod ego facio tu neſcis modo, ſcies autem poſtea. Nondũ enim ſpiritus ſancti lumine illuſtratus eſt, vt tanta poſſis capere fidei myſteria: cum autem ſpiritus ille viuificus ſuper te venerit, tunc quid ea quæ ego facio adumbrent percipiẽs. At Petro iterum atque

quæ iterum tenitente, ait illi. Si non lauro te, non habebis partem mecum. Quo verbo audito, ſtatim Petrus illi ſe ſubdens ait. Domine non tantum pedes meos, ſed & manus & caput. Non potuit Deus maiori comminatione Petrum comminari, quam dicendo non habebis partẽ mecum. Sunt qui plus timeãt à diuitijs & voluptatibus ſuis ſeparari, quã à Deo. De quibus dicitur illud Pſalmi, Pro nihilo habuerunt terram deſiderabile: Verum Petrus & quicunq; iuſtus, nihil æque timet, ac à Deo ſeparari, & in illo partem non habere. Fuit Petro verbum illud, quaſi ictus lanceæ, quæ cor eius tranſueruerat. O Domine, vt tecum aliquantulam habere partem, nullã cum mudo partem habere volui, quin poti⁹ fallacem eius gloriã contẽpſi, & omnia quę poſſidebam dimiſi, nunc verò minaris mihi quod non habebõ partẽ tecum. Laua me obſecro totum à pedibus, vſq; ad caput. Fuit hæc quædã quaſi humilitatis paleſtra, ſimilis illiq; inter Chriſtum & Ioannẽ in Iordane eſt habita. O Domine, aiebat Ioannes, ſe indignũ reputans, vt Chriſtum baptizaret, Tu venis ad me baptizãdus? Ego poti⁹ *Math. 3.* debeo à te baptizari. Cui Domin⁹: Sine modo, ſic decet nos adimplere omnem iuſtiam. Et ſtatim Domini volũtati paruit. In Geneſi etiam, in illa luçta Iacob cum Angelo habita, ſignificatus nobiſque hodie inter Chriſtũ magni conſilij Angelum, & inter Petrum habetur. Luçtabant ij enim adinuicem, & vnusquifque ſuum colũtorem vi deijcere conabatur. Quod cum per multã noctem protraheretur luçta, neque vnus alterum ſuperare poſſet: aiebat Angel⁹, Dimitte me Iacob aurora eſt: ille vero firmiter reſiſtebat, & nollebat eum dimittere. Non dimittã te, niſi prius benedixeris mihi. Vidẽs Angelus obſtinationẽ eius in nõ dimittẽdo, percufſit ſecreto illũ in ſomno, & tũc dolore tacitus claudicare cõpit ac dimiſit eũ. Videte nũc luçtã inter Chriſtum & Petrũ initam, luçtam quidem non brachiorũ, aut corporũ, ſed luçtam humilitatis & amoris: facta enim eſt inter eos, quaſi

quasi palestre & humilitatis concertatio. Petre, aiebat Christus, præbe mihi pedes ad lauandum eos, cui petrus: tu mihi lauas pedes? Petre, quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Sed adhuc Petrus resistit, neque inagistro paruit. Absonum sibi videbatur & à ratione alienum, quod caput totius Ecclesiæ, & caput Angelorum, pedes lauaret piscatorum. Non lauabis mihi pedes in æternum. *Pone Pedro pies en pared, que no se los ha de dexar lauar para siempre.* Vidēs Dominus determinationem eius, intulit illi vulnus, & secreto percussit eum. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Tunc paruit Petrus, & non amplius pertinaciter contendit: O Domine quam acuta est sagitta ista, qua cor meum vulnerasti. Non tantum pedes, sed & manus & caput. Discamus, hinc fratres, voluntati Dei non resistere, sed voluntati eius humiliter parere, lauemus affectus cordis nostri, ut partem aliquam cum Christo habere possimus. Dicamusque cum Dauide: Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Sic fiet ut per sanguinem Christi sanctificati & abluti, recipiamus hic nitorē gratiæ, & in futuro gloriam.

*p sal. 50.*

FERIA

FERIA QUINTA  
in cœna Domini, de institutione Sanctissimi Sacramenti.

CONCIO. II.

*Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. Corint. II.*



RECIPIVS Summi illius operis *Omnia pro* finis in omnibus mundi huius *pter seip-* operibus condendis, fuit nominis *sum fecit* sui gloria. Omnia propter semetip- *Dominus.* sum operatus est Dominus. Licet *Prouer. 16.* enim alios particulares fines haberit in rerum creatione, sicut fuit, omnipotentis suae manifestatio, sapientis ostensio, & diuini esse sui communicatio, tamen gloria sui nominis, præcipuus finis & scopus fuit. Si cœlum sideribus ornatum fecit, si terram floribus depinxit, si quatuor elementa miro ordine & artificio construxit, si denique hominem ipsum, & quidquid cœli ambitu continetur, fabricauit, omnia ad gloriam suam composuit & ordinauit. Et quidē de cœlis, ut interim alia taceā. Dauid ait, *Psal. 18.* Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. *Psal. 18.* Cœlestes enim illi orbis, licet cursum suum silenter transigere videantur, sed non ita est, quin potius, sapientis & omnipotentis Dei Historiographi & præcones effecti, gloriam eius mundo mani-



manifestant. Quis enim cœli magnitudinem intuetur, aut firmamenti pulchritudinem considerat, quin non statim in factoris sui admirationem rapiatur? Eleganter quidē D. Augustinus de mundi huius opificio agens, dixit, quod omnes creaturæ certatim dimicant pro excellentia sui creatoris. Habent quidē quasi naturale certamen inter se, & vnaqueque perfectione sua, infinitam creatoris sui perfectionem, nititur manifestare. Ob hanc causam (vt ego arbitror) homo Dei imago & similitudo, cum dignitate prior esset, postremo loco fuit creatus: nimirum, vt Dei gloriam multo magis notam faceret. Sicut solet pictor in sanctorum tabulato, quod Hispano sermone dicitur, *retablo*, imaginibus & picturis iam perfectis, circa ipsum opus etiam imaginem suam constituere, vt inde gloriæ nomen sibi compareret: petenti enim cuius sit imago illa, statim respondebitur, esse artificis & illius operis, opus illud non ab alio, quam ab eo cuius est imago, esse constitutum: sic nimirum supremus ille mundi artifex, vniuersi machina cōstructa, hominem ad sui similitudinem depinxit, vt sic facilius, in cognitionem suæ gloriæ peruenirent, & vniuersalem mundi authorem recognoscerent.

Non secus in operibus redēptionis, ac creationis, Deus se gessit. Nam sicut in creatione gloriam suam pro fine habuit, sic etiam in omnibus operibus, quæ ad redemptionem generis humani fuerunt ordinata. Si de cœlo descendit & venit in mundum, si carnem nostram assumpsit, si labores est perpesus, si sanguinem fudit, si atrocissimam subiit mortem, & tandem, si crucis ignominiam amplexatus est: omnia hæc propter gloriam suam acceptauit. Habuit quidem alios speciales fines, sicut hominem redimere, diabolum deuincere, mortem superare, cœli ianuam aperire, & Angelorum ruinas reparare: sed finis præcipue ab eo intentus, eius gloria fuit. Dabo in Sion salutem, per Isaiam inquit, & in

& in Hierusalem gloriam meam. Quem locum Proco-  
 pius, D. Cyrillus, & Euseb. Casari, de Christo Salvatore  
 nostrō interpretantur, qui homo factus, gloriam suam  
 in ciuitate Hierosolyma manifestauit. Sed Deus san-  
 cte, Iesu bone, in quo gloria tua Hierosolymis mani-  
 festata est? Potius ibi ignominia tua omnibus est pa-  
 tefacta. Nisi fortè velis appellare gloriam, mortem  
 & passionem tuam, quæ omni dedecore & ignomi-  
 nia plena fuit? Verum enimvero, licet mors Christi  
 ex parte occidentium eum plena fuerit ignominia,  
 tamen ex parte ipsius Dei morientis, in magnam glo-  
 riam & honorem fuit ordinata, quia mortem nostram  
 moriendo destruxit, & per crucis vexillum, gloriosum  
 triumphū de inimicis suis est adeptus. Crux enim quæ  
 prius ludibrij & inhonoris fuerat insigne, moriente  
 Christo, facta est instrumentum gloriæ. Hanc ob cau-  
 sam morti iam propinquus, hoc venerabile instituit  
 sacramentum, quod mortis & passionis suæ esset me-  
 moriale perenne, vt quod prius videbatur ignominia,  
 modo cedat ad honorem & laudem. Huc spectat il-  
 lud Saluatoris, Lucæ. 22. Hoc facite in meam com-  
 memoracionem: & illud D. Pauli. Quotiescumque mā-  
 ducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Do-  
 mini annunciabitis. Annunciabitis modo ad gloriam,  
 quod prius fuerat ad contumeliam, vt redundet iam  
 ad laudem, quod passus fuerat ad dolorem. Sacrifi-  
 cium laudis honorificabit me, per Psalmistam inquit,  
 & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Quem locū  
 Doctor incognitus de hoc inefabil sacramento interpre-  
 tatur. Et recte quidem, quia nullum aliud sacramentū  
 est, in quo salutare Dei, quod est Christus, quasi digito  
 demonstrari possit. Cōtinetur enim secundū verā & cor-  
 poralē presentiam, sub panis & vini speciebus. Et ideo sub  
 dit: & illic iter, quo ostendā illi salutare Dei. Hoc sacra-  
 mentū appellatur sacrificiū laudis & honoris, quia laus  
 & honor, qui in passione sua Christo fuit sublat⁹, in hoc  
 sacrificio

D. Aug.

simile

Mors Christi  
si glorio-  
sa.

Luc. 22.

Psal. 49.

D. incog.

Eucharis-  
tia, quare  
sacrificiū  
laudis di-  
catur.

Isai. 46.

simile.

Isai. 53.

sacrificio illi restituitur. Cōtingit nonnunquam, aliquē de falso crimine accusatum esse, & à iudicibus damnatum, quòd si postea de innotentia eius constiterit, disponunt leges, quòd honorem ei restituant, & tunc quidem, per publicas vias, cum summa omnium lætitia, & acclamatione deportatur, vt publicitas, quæ fuerat ad opprobrium, modo vergat ad honorem. Damnatus fuerat Christus in sua passione, tanquã reus mortis, & crucis affectus ignominia, & per vias publicas Hierusalē, ad Caluarie locum deportatus. Tamen supplicium hoc fuit iniustum, quia iuxta Isaie vaticinium, sicut agnus innocens ad occisionem ductus est. Quapropter, condecens fuit, aliquod institui sacrificium, in quo honoris in passione sibi ablati, ei fiat restitutio. Et sicut tunc per vias publicas inhonestè est deportatus, ita & nunc cum summa omnium lætitia & populi frequentia, per vias & plateas honorificè defertur. Potest etiã sacrificium laudis & honoris appellari, quia fuit quasi tropheum singulare suæ victoriæ, ad perpetuam rei memoriam constitutum. De Atheniensibus, qui literis & armis floruerunt, fertur, quòd cum inimicos suos ad oculum iam haberent, & tempus belli inflaret, iam enim illius inditio per aduersarios facta erat: ipsi Musis solenne sacrificium parare decreuerunt. Quis hoc Atheniensium factum non miretur? sacrificant Musis, quando potius Bellonæ, aut Marti sacrificandum esset. Nunc tempus erat sacrificandi Musis, aut de re poetita curandi, quando bellum ingruit, & inimicorum armis totum Regnum feruet? Eligantur duces, conducantur milites, parentur arma, & omnes ad futurum bellum se præmuniant. Porro si ab Atheniensibus sciscitemur, quorsum eo tempore ad Musas se conuertant, & sacrificium illis parent: respondebunt vtique, sacrificamus Musis, vt mentibus Poëtarum illabantur & aspirēt, vt dignè victoriam nostram celebrare possint. Existimabant enim se victores euasuros, & tantam certitudinem habebant suæ victo-

ria,

riæ, quòd de illa non curabant, sed solum de Poëtis & Historiographis, qui victorias eorum & egregiè facta decantarent. O bone Deus, quam huic simillimū fuit sacrificium tuū hodie. Sacrificium quidem, non timoris, sed amoris, non belli, sed laudis, sanguinis, sed non cruoris. Fratres D. Paulus ait, Ego enim accepi à Domino, quòd & tradidi vobis: quoniã Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panē, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate, &c. In qua nocte tradebatur, ait. Quando imminebat illi mors, quando bellum ingruerat, quando inimicorum arma parabantur, & discipulus ingratus de traditione eius agebat: tunc quidē in gratiarum actionem, Sacramentum hoc instituit, passionis suæ memoriale, certus iam de sua victoria.

Ego enim accepi à Domino. Hic secundum D. Thomam, D. Thom. & Ambrosium Catharinum, magnitudo & sublimitas Catari. huius mysterij commendatur. Accepi, inquit, à Domino, non ab homine, quia Sacramenti huius institutio, humanæ mentis excedit facultatem. Fide enim credendum est, non ratione naturali inuestigandum. Altiora te ne quesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Salomon aiebat. Quod, & si omnibus rebus fidei adaptari possit, sed huic mysterio multo magis congruit, vbi lingua nostra hæret, intellectus deficit, & sensus omnes decipiuntur. Si enim viri Berhamitæ, eo so. 1. Reg. 6. lum, quòd quadam curiositate ducti, arcam Domini videre voluerunt, percussi sunt à Domino plaga magna: cum tamen arca illa, in qua manà erat absconditum, nil aliud, nisi vmbra & typus esset huius Sacramenti; quanto magis, qui circa veritatem & possibilitatem huius mysterij, curiosus extiterit, & immensa maiestatis scrutator, pœna punietur? Cum Isaac filium suum Iacob vestibus Esau, quas fuerat indutus, Gen. 27. ornatū vidit, vehementer obstupuit, & admiratus est. Quid est hoc, aiebat: Vox quidem: vox Iacob est, ma-

Ii nus

nus autem, manus sunt Esau? Ecce verus Iacob Christus Redemptor & Saluator noster adest, & sub alienis vestibus panis, & vini, latitat: Si ad vestimenta & accidentia aspicias, panis, & vinum tibi videntur. Nam sensus panem, & vinum, se tangere & videre credunt. At si attenderis ad vocem, Iacob esse deprehendes. Ait enim summa illa veritas: Hoc est corpus meum. Et per Ioannem. 6. cap. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Nolle ergo altum sapere, neque supra te inaniter extolli, sed iuxta verbum D. Pauli, captiuare debes intellectum in obsequium Christi. Et re- è quidem verbo, captiuare, vsus est. Nam circa mysterium huius Sacramenti, cum moriantur & deficient sensus, intellectus tamen non decipitur aut moritur, sed reducitur captiuus. In belli enim congressu, ferè nunquam reges moriuntur. Tam lethale potest esse bellum, quod ex parte victa omnis multitudo moriatur. Quod moriantur pedites, equites, & duces, tamen Rex rarissimè moritur in bello, sed potius solet captiuari & viuus referuari ad triumphum. Graue bellum committitur inter fidem & humanum intellectum, circa hoc mysterium sacrosanctum. Affirmat fides non esse panem, aut vinum, quod sub speciebus manet, sed veram Christi carnem & pretiosum eius sanguinem: intellectus verò illud contradicit, cui fauet sensuum multitudo: & super hoc inter fidem & rationem, magna fit dissensio & còcertatio. Fides vincit, & humana ratio manet victa. Sensus pereunt & deficient. *Muere toda la chusma y ceralla de los sentidos.* Intellectus verò, qui Rex est, alligatur, sed no moritur, quia ad Fidei triumphum captiuus referuatur. Et hoc est intellectum in obsequiù Christi captiuare. Quia mysterium hoc, non ratione humana comprehenditur, sed per fidem reuelatur, & hoc est quod Paulus inquit: Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, &c.

Quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, &c.

Osten-

Ostendunt verba hæc singularem, quem erga nos habuit amorem: nam in ea nocte qua tradebatur, Sacramentum hoc instituit, & tam singulare beneficium mundo exhibuit. Quando tradebatur à discipulo ipse se tradidit hominibus: quando sanguinè eius sitiebant ad mortem, sanguinè suū nobis còtulit ad vitā: quando machinatur, quomodo eijciant eū de hoc mundo, ipse ad Patrē migraturus, modū adinuenit, quo maneret apud nos in Sacramēto. Hoc est, quod Euangelista Ioannes præpòderauit dicens: Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt trāseat ex hoc mūdo, in sinē dilexit eos. Id est, tunc dedit eis maioris dilectionis signa, quando magis propinquus erat morti. Nullum enim euidentius amoris argumentum, quam corpus suū in cibum, & sanguinè suum in potum nobis dare. Pro quo sciendum, quod amor virtutem habet trāsformatiuam, vt D. Dionysius inquit. Veleat quidem amans, se ipsum in rem amatam transformare. Et ideo forsitan amor igni comparatur: quia ignis hanc virtutem habet transformandi res: Quidquid igni apponitur, siue lignum, siue lapis, aut ferrum, in suam substantiam conuertit, & transformat, quod amoris etiam proprium est. Depingit Moyses in Deuteron. capit. 33. descensum Dei ad dandam legem in syna & ait, quod in dextera ei⁹ erat ignea lex. Vbi inquit Oleaster, quod lex illa ignea appellatur, quia duæ tabulae quibus insculpta erat lex, igne erant operta & inuolutæ. Sed quis nam, oro, ignis erat ille quo flagrabant tabulae, nisi ignis amoris Dei & proximi, quem in se ipsis continebant? Habet igitur dilectio virtutem transformandi sicut ignis. Hinc est, quod Iob, de domesticis & seruis suis aiebat. Dixerunt viri tabernaculi mei, quis det, de carnibus eius, vt saturemur? Tanta eum prosequabantur dilectione, quod velent de carnibus eius comedere, & insar cibi in se ipsos illum transformare. Nō abhorret ab hoc proposito, quod

Ioan. 13.

Sacramentum hoc, amoris signum.

Dyoni. Amor habet virtutem transformatiuā.

Deu. 33.

Nota. Oleaster lex cur ignea appellatur.

Iob. 31.

Vide D.

Greg. 22.

meta. c. II.

*Artemisia factum* de Artemisia Regina Cariz & honestissima muliere, authores nō infimæ notæ nobis referunt. Mortuo enim viro suo Mausolo, quem vnicè in vita dilexerat, sepulchrum illud insigne, quod inter septem mundi miracula adscribi meruit, illi ædificauit. Sed & hoc contenta non fuit, quia & seipsam, vt Valerius inquit, in sepulchrum viuum marito dedit. Combustit enim eius ossa & in cineres redegit, quæ potioni aspersa bibit, vt hæc amoris inuentione, virum fato absumptum, viuificaret, & in seipsam quasi cibum transformare posset. O summus charitatis ardor, O incōparabilis dilectio Dei nostri. Liceat nobis fratres humana nūc diuinis, & magna paruis comparare. His enim exemplis infinitus Dei amor, & immensa eius bonitas, ex parte nobis constare poterit. Si enim in seruis Iob fuit argumentum dilectionis, quòd de carnibus eius saturari cupiebant, si in Artemisia, quòd mariti cineres potauerit, & in suam substantiam conuerterit: quanto magis in Christo seruatore nostro, qui se ipsum nobis in cibum dederit & potum? Non quidem vt in nos conuertatur, sed potius è conuerso, vt nos conuertamur in illum, & in ipsum transformemur. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. In me manet transformatus, & ego in illo incorporatus. Est enim panis viuus qui de coelo descendit, vt Saluator ipse inquit, qui comedentem transformat & conuertit in se ipsum. Hoc inter cibum mortuum & cibum viuum interesse constat, quòd cibus mortuus in substantiam alii conuertitur, & ipse esse suum amittit. Siue panem, siue carnem edas, siue pomum, prius esse suum deperdit & à calore naturali consumitur, & deinde in tuam substantiam comutatur. At si cibus viuus sit, lōge aliter se habet, nam comedentē conuertit in seipsum. Si enim quis sanguisugam, aut serpentem viuum deglutierit, nō in suam conuertet substantiā, quin potius, in illorū substantiam, ipse conuertetur. Sum panis, inquit Christus,

non

non mortuus, vt in substantiā conuertar comedētis, sed panis viuus, qui dignè manducantem, in se transmutat & transformat. Nec tu mutabis me in te, sed tu mutaberis in me, dictum fuit B. Augustino.

Ex ignorantia mirabilis virtutis huius cibi, natum est Phariseorum scandalum. Cum enim de ore Christi audissent. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et rursus panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, litigabant & dicebant: Quomodo potest hic nobis, carnem suam dare ad manducandum? Discipuli item, verbo hoc audito, egrētulerunt, dicentes. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Ac si dicerēt. Certè hoc difacillimum est creditu. Numquid Caribes sumus, barbari, aut agrestes, quòd humanam carnem manducare, & humanum sanguinem bibere, iubemur? Existimabant, enim, quòd ferarum more, aut tanquam carnem ex macello, cruento modo essent eum comesturi. Adde his, quòd dicebat se esse Deum, cui videtur contradicere, posse manducari & bibi. Hoc enim argumento comprobari solet, aliquid non esse Deum. Exodi. 32. memoriæ proditum est, quòd Moyses descendens de monte, videns quòd populus adorasset vitulum credens esse Deum, arripuit eum & contriuit, ac combussit vsque ad puluerem, & sparsum in aquam, dedit eum in potum filijs Israel. Ac si aperius diceret. Videte qualem Deum adoraueritis, qui passus est à vobis comedi & deuorari. Certè vel in hoc cognoscetis Deum non esse, sicut male & perperam existimatis. Ob hanc eandem rationem impius Aberrones fidem nostram non suscepit, sicut fatetur ipse. Dicebat enim, multa laudatione digna in Christianorum lege reperire, sed quia Deum suum deuorabāt, se male inter Philosophos conuersari & mori. Huius scandalo & obiectioni obuiauit Christus Ioannis. 6. dicēs. Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Spiritus

D. Aug.

Ioan. 6.

Posse comedere & bibi, solet Deo repugnare.

Exod. 32.

Ioan. 6.

his est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam.  
**D. Aug.** *Aug.* Quæ verba dum expendit D. August. super Psal. 98. sic  
 inquit. Spiritualiter intelligite, quæ loquutus sum: non  
 hoc corpus quod videtis manducaturi estis, nec bibitu-  
 ri illum sanguinem, quem effusuri sunt, qui me crucifi-  
 gent: sacramentum aliquod vobis commendaui, spiri-  
 tualiter intellectum viuificabit vos. Quibus verbis D.  
**D. Aug.** *s. Tho. in* Augustinus, vt S. Thomas adnotauit, non intendit veri-  
 4. d. 9. q. 2. *art. 1.* tatem corporis & sanguinis Christi negare, sed tantum,  
*Vide sotii* quod non sub propria specie, sed aliena, esset manducan-  
 dus & bibendus, non sicut bobina caro, quæ in macco-  
 lo dilaniatur, sed potius vt diuina, quæ in sacramento oc-  
 cultatur, & nobis ad vitam confertur.

*osea. 2.* Ecce adimpletum cernis, quod per Osam Domi-  
 nus promiserat. Ecce ego lactabo eam, & loquar ad  
 cor eius. Præcesserat in hoc capite, quod anima, quæ ibi  
 introducitur, libertatis auida & tædio affecta, Deo ter-  
 ga vertebar: allegans se in domo eius fame perire, ne-  
 que fragmen panis ad vitam necessarium habere. Ibo  
 post amores meos, inquit, qui dant panem mihi, *Yo me*  
*yre por esse mundo a buscar qui en me sustente y me de vn peda-*  
*ço de pan.* Deus, qui attenta aure, hæc percipiebat, & li-  
 bera eius verba contemplabatur, huic animæ querelæ  
 respondet. Propter hoc, ecce ego lactabo eam. Si fames  
 & defectus panis causa est suæ tristitiæ, si propter hoc  
 me deserit, ego ipse lactabo eam meis vberibus, ego meo  
 proprio sanguine & cruore pascam eam & reficiam. Quæ  
 magnum amoris argumentum, quod velit Deus tanquæ  
 pia mater lactis vberum suorum, imo sanguinis sui pe-  
 ctoris, nos efficere participes, & cruore suo, modo mira-  
 bili & incrueto sustentare. Solet mater siue nutrix, quæ  
 do filius paruulus aliqua laborat ægitudine, quia tam  
 tenera ætas medicinæ non est capax, medicinam ip-  
 sam loco filij famere, vt filio vbera suggestenti, profit  
 ad salutem. Egrotat filius, & mater potionem amar-  
 ram sumit, quam calore digestam & in indulce  
 lac

lac conuersam, filio porrigit. Egrotauerat homo prop-  
 ter pomum Paradisi, & vsque ad mortem infirmatus  
 fuerat. Quis enim ægrotudines, quas per culpam con-  
 traxerat, enarrare posset? *Quedo hecho vn guacharo, llena*  
*de achagues y ajes, y de mil malos humores.* Mala hæc, non  
 nisi passione & morte erant expianda. Sed vide Christi  
 clementiam & amorem, quod ipse pro nobis suscepit  
 medicinam, vt nos per ipsum salutem haberemus. *Ha-*  
*manitas eius nutrix erat, cuius lacte pasci sumus.* Et  
 cum infirmitatem peccati non haberet: tamen po-  
 tionem amarum suæ passionis sumpsit, vt in lac sui san-  
 guinis conuersam, nobis eam in sacramento propina-  
 ret.

Silentio hic prætereundum non est, quod loco huius *septuagin-*  
 literæ Lactabo eam. Septuaginta habent, seducam eam. *ta viri.*  
*Yo me la enganare.* Eone Deus, Quis non suspicatur, *sensum.*  
 magnum hic latere mysterium. Quomodo poterit, ani- *seductio.*  
 mam seducere? Numquid Deus seductor est, aut quen-  
 quam decepit aliquando? Quam recte Elaias inquit, *Isai. 12.*  
 Notas facite in populis ad inuentiones eius. Quem lo- *D. Greg.*  
 cum D. Greg. Nise. de hoc inefabili Sacramento expli- *Niscen.*  
 cat, quod appositisimo nomine, diuine sapientiæ mag-  
 num appellat adiuuentum. Voluit enim hominem ad  
 oculum seducere, & quod sensus decipiantur, vt  
 mens eius illuminetur & voluntas inflammata, ad amo-  
 rē sui trahatur. Quæ dissimilis seductio, ab illa Paradisi,  
 quæ omnino illi videtur esse contraria. *Parce. ex todo y*  
*por todo contrapandada a la que.* Voluit serpens homi-  
 nem seducere, & ad hoc sub aliena specie se occulta-  
 uit. Obtulit ei cibum, in quo diuinitatem cum multis  
 alijs ei promisit, tamen nihil adimpleuit. Promisit  
 ei vitam, & dedit illi mortem, promisit sapientiam, &  
 dedit ignorantiam, promisit quod esset sicut Deus, & fa-  
 ctus est sicut brutum. At deceptio Dei longe aliter se habet:  
 nã deceptio ista, est quidē circa oculū, sed nō est circa ve-  
 rum, circa sensus, sed non circa promissa. Occultauit

sub accidentium speciebus Christus, & cibum nobis offert, in quo non solum vita & sapientia, sed etiam diuinitas ipsa continetur. O immensa bonitas, quantum diligebas hominem, si quidem ad eum visitandum, sub alienis vestibus te occultare voluisti. Solet esse amantium, alienis vestibus se induere. Diligit quis ardentem

*Sub alienis vestibus occultatur Christus.*

foeminam, sed non potest eam visitare, neque domum eius ingredi, non enim accessus ad eam ei permittitur. Quantum putas eis inuidet, qui cum ea conuersantur, quantum seruis & domesticis, qui eam vident & loquuntur. Verè illos reputat felices, quibus liber conceditur ingressus. Et iam contigit aliquem amantem, vestes alicuius domestici induisse, vt mutato habitu intus posset introire. Ecce Dei deceptionem, deceptionem dicam, an amorem? Deliciae meae esse cum filiis hominum, aiebat. Hæc est mea voluptas, & hoc meum desiderium.

*Prover. 8.*

Tamen homo non pro votis respondebat, cordis ianuam illi clausit, quam creaturis aperiebat. Ex quo in Deo quædam quasi inuidia nata est, si ita fas est loqui. Mihi soli ianuam clauditur? Mihi soli humana domus denegatur? cum tamen creaturis omnibus sit patula: quæ per sensus animæ, quasi per fenestras quasdam, omnes illæ ingrediuntur per oculos colores, quantitas per tactum, per olfactum odor, vox per aures, & per os, panis & vinum, & vitæ alendæ cibus necessarius. Scio quid faciam, nō enim sapientiæ meæ modus aliquis deficiet, quo optatum finem consequar, & amoris meo satisfaciā. Alienis vestibus me induam, & panis & vini speciebus me occultabo, & sic ad eum ingredi licebit. Huc spectat. 33. Psalmi titulus sic se habens: Dauidi, quando mutauit vultum suum coram Abimelech & dimisit eum &

*Titulus Psal. 33. 1. Reg. 21. David coram Achis mutauit habitum.*

abiit. Tangitur hic historia, quæ habetur 1. Reg. 21. vbi dicitur, quod fugit Dauid à facie Saul, & venit ad Achis Regem Geth. & cum in curia eius moraretur, non deerat qui eum agnosceret, & nunciaret Regi, quasi hostis esset occultus. Videns Dauid vitam eius pareclitari, timuit

multum valde à facie Achis Regis Geth, & mutauit os suum, vt ibi dicitur, ne agnosceretur. Induit se vestibus alicuius hominis stulti; quasi ipse stultus esset, & sic coram Rege presentatus, finxit se esse insanum: Nam colabebatur inter manus eorum, impingebat in hostia portæ, defluebantque saliuæ eius per barbam. Et tunc Rex credens esse hominem stultum, dimisit eum abire. Et aduertendum est, quod vbi dicitur. Colabebatur inter manus eorum, allqui legunt: Ferebaturque Dauid manibus suis. Sed quomodo hoc possit de Dauid verificari, quod seipsum proprijs manibus ferret, vix apparet: quapropter, D. August. de Christo Redemptore nostro, qui assumptis alienis vestibus in hoc Sacramento latitat, illud explicat. Mutauit enim vultum suum, quando sub speciebus panis & vini se occultauit. Nullus intellectus oculus, qui lumine fidei non fuerit illustratus eum poterit agnoscere: sed iudicabit ex accidentibus, esse panem, non Christum, vinum, non sanguinem. Sed dubitabis adhuc. Quando manibus suis ferebatur? Hoc quidem in coena contigit, quando Sacramento hoc instituit. Sic enim inquit D. Paulus. Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Accipite panem, quem virtute verborum in corpus suum conuertit: & tunc quidem, cum se ipsum Discipulis offerret comedendum, proprijs manibus se ferebat. O diuina deceptio, o immensa bonitas, o charitatis ardor. Quantum fratres hunc amantem diligere debemus, qui tot nobis dedit dilectionis signa? Tot certè beneficij cor nostrum expugnare voluit, vt si amare nolumus, saltem amantem redamemus. Introduxit me rex in cellam vinariam, Sponsa aiebat: Ordinauit in me charitatem suam. Vbi aliqui legunt: Vexillauit me charitate, & legi potest ex Hebræo: Erexit in me vexillum amoris. Cella vinaria ad quam introducta est Sponsa, memoria est huius diuini & inefabilis Sacramenti, vbi in-

*Nota.*

*D. Aug.*

*Christus ferebatur manibus suis in Sacramento.*

*Cant. 1.*

*Nota.*

briantur animæ, vino sanguinis sponsi sui, qui ex latere eius fluxit Et tunc quidem, vexillum amoris super eam fuit erectum. Desumpta est methaphora ab expugnatione urbium. Dum enim vrbs aliqua expugnatur, ciues intusexistentes, pro viribus eam defendere conantur: at si viderint vexilla inimicorum super mœnia sua erecta; herent statim, deponunt arma, & se victos existimant. A constitutione mundi, non cessat Deus, cor humanum beneficijs expugnare (quis enim ingentia eius beneficia enarrare poterit) sed cum durum sit, & ferreum, semper illi contradicit, & bonitati eius resistit. Carterum, beneficium hoc tantum est, quod iam se victum fateatur, & amoris compedibus deinctum. Erexit in me vexillum amoris: quasi dicat anima. Iam cor meum expugnatum est pro Deo, iam vi amoris victa sum, & illi amplius nequeo resistere.

Accipit panem & gratias agens, fregit, &c. sed quorsum egit gratias cum sacramentum hoc instituit? Certè non ob aliud, nisi quia hora illa tandem à se desiderata venerat, quando opus hoc mirabile præstiturus erat mundo. Quando in nuptijs Chanaam, quibus assuit Christus, desecit vinum: Dixit illi mater sua. Vinum non habent. Cui respondit filius. Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea.

Ioan. 2. *Desiderium Christi concipiendi hoc sacramentum.*

Lucæ. 22. *Desiderium* Cõiuuiõ alio me interesse oportet. Lõge isto perfectiori, in quo, non in vinum aquam, sed vinum in sanguinem conuertam. Ibi me manifestabo, & amoris mei euidentia signa dabo signa. Verba illa Christi prolata super mensam, desiderium hoc confirmat. Vix sederat cum suis ad mensam, quando sic eos alloquitur. Desiderio desideravi manducare vobiscum hoc Pascha, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Desiderium illud vehemens comedendi Pascha, non fuit comedendi agnum illum typicum, qui vulgari sermone Pascha appellabatur, sed comedendi se ipsum immaculatum agnum, quod & fecit, quando in cœna Sacramentum sui corporis instituit. Huius sententiarum sunt grauissimi auctores, Tertul. lib. 4. contra Marcionem. D. Hier. in

Tertul. *Comentarijs super caput. 26. Matth. Rossensis lib. 1. cõ-*

tra Ecolapadiu. Et subdit, ideo addidisse, non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei, id est donec refuscitè, vt Chryso. exponit, quia post resurrectionem iterum comedit illud, quando cum discipulis suis in Castello Emaus ad mensam sedit, & consecrato pane, dedit illum discipulis manducandum, & ipse etiam sibi sumpsit. Cõstat igitur ex his quodnam fuerit Pascha, quod in cœna manducauit, corpus scibicet, suum & sanguis, sub panis & vini speciebus. Dum cordis deliquitum quis patitur, vel magna afficitur tristitia, picissima ei solet apponi, vel forte confectio nam aliquam ex sacro ore sumit, ad cor suum corroborandum, & tristitiam deponendam. Panis ille subcinericius, Feliz celi tus concessus, hanc virtutem habuit, Erat Helias ex Iogo itinere defessus, fame & siti fatigatus, & ferè extremum agebat spiritum: apparuit ei Angelus, & dedit illi subcinericium panem, super mel & fauam dulciorem: tantam in se virtutem continentem, quod cum ex eo comidisset, confortatus est. O quam dura & aspera fuit via passionis, quantum in illa Christus fuit defatigatus. Quanta tristitia anima eius benedicta, ex consideratione huius itineris in horto fuit affecta. Tristis est anima mea, aiebat, vsque ad mortem. Vt ergo se ipsum ad iter peragendum confortaret, ne star illum suauissimum sui corporis, ante mortem degustauit. Et fratres vnice & singulare remedium, ad cor nostrum confortandum. Defessus es in via Dei? sentis animi deliquitum: accede ad hunc diuinum cibum, hanc picissimam cordi tuo adhibe, hanc dulcissimam ambrosiam. & cor tuum replebitur dulcedine. Cum Saul persequeretur Philisteos in bello, quod cum eis habuit, Princeps Ionathas fame vexabatur, ita vt penè viresiam deficeret, & oculorum lumine priuaretur: cumque pergeret per montem, forte fauam melis super herbam reperit, quæ cum tulisset lacca, gustauit & comedit tantamque ei contulit virtutem, quod illuminati sunt oculi eius, & anima vires restituta. Militia est vita hominis super terram, Iob inquit. Quotidie enim cum inimicis manus conferimus. Si labore belli fatigamur, si vires nostræ extenuantur, si caligat intellectus nostri lumina: ad fauam istam accedamus, & hunc diuinum cibum degustemus, vt vires

D. Chryso.

simile.

4. Reg. 19.

Matth. 26.

1. Reg. 14.

Iob. 6.

Quare sub  
speciebus  
panis & vi  
ni hoc sa  
cramentum  
instituit.  
De hac re vi  
de Gabrielem  
in Cano. Lect. 36  
Necessitas  
huius sacra  
menti.  
Per panem  
& vinum  
abundantia  
significa  
tur.  
Psal. 147.  
Psal. 131.  
Felix.  
Exod. 25.  
Pictura  
abundantia.

vires perditas restituat, & mentis oculos illuminet.  
Sed percontari libet, cur potius sub speciebus pa  
nis & vini, quam alterius rei, hoc sacramentum instituit.  
Et quidem existimo hoc ita factum esse, ad significan  
dam eius necessitatem. Quid namque tam ad vitæ hu  
manæ sustentationem necessarium, quam panis & vi  
num? Poterit quis sine esu carniū viuere, sine pisci  
bus, & sine alijs terræ fructibus: at sine pane & vino,  
specialiter, si iter aliquis est facturū, non poterit om  
nino. Primum enim, quod viator præparat ad viam pa  
nis est, & vinum: vnde Hispano Prouerbio dicitur. *Pan y  
vino andar camino.* Adde, quod tam apud Prophetas, quã  
apud Poetas: & Philosophos, per panem & vinum, imo  
per panem solum, abundantia omnium rerum & suffi  
cientia significari solet, quia si adsit panis abundantia,  
sufficit, si deficit, omnia deficere existimantur, tantum  
vita nostra pane indiget. Psal. 147. dicitur. *Lauda Hie  
rusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quare?*  
Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedi  
xit filijs tuis in te. Per benedictionem hanc, omnium re  
rum abundantiam significat. Sed in quo benedixit? Qui  
posuit fines tuos pacem, & adipe frumētī faciat te. Et ali  
bi. Viduam eius benedicens, benedicam, pauperes eius  
saturabo panibus. Et Fœlix vertit: *Cibū eius viaticum  
benedicens, benedicam, vt caro eius sacrosancta intelli  
gatur, quæ est cibus viaticus animarum: & quia sub spe  
cie panis nobis confertur, subdit: pauperes eius saturabo  
panibus.* Ad hæc, veteri lege præcipiebat Deus, quod  
panes propositionis ab eius conspectu non deficerent.  
Vt significaret nobis, & quod nostri curam haberet: si  
cut pia mater, multos habens filios, quæ semper panem  
ad manum solet habere. Et quod proprius est, vt inue  
ret, apud eum esse saturitatem & omnium honorū abun  
dantiam. Literæ etiam humanæ per panem & vinum, sa  
turitatem & sufficientiam significabant. Antiqui Aegy  
ptij, vt apud quendam legi, saturitatē & abundantiam,  
per

per iuuenem depingebant, qui manu altera spicas triti  
ci teneret; altera verò, pateram vino plenam. Eadem  
pictura, Praxiteles, bonum euentum. *El Dios de la ven  
tura* significauit, vt apud Alexandrum ab Alexandro  
reperies, dierum Genialium libr. 4. cap. 12. & apud Pli  
nium lib. 34. cap. 8. Vt ergo significaret nobis Christus,  
quanta sit huius panis necessitas ad vitam animæ con  
seruandam, quam bonum euentum, & omnium bono  
rum celestium abundantiam, præsentia sua, Ecclesiæ ef  
fet alaturus, Sacramentum hoc, sub specie panis, & vini  
instituit. Fuit quidem diuinæ sapientiæ mirabile ad in  
uentum, seipsum in cibum nobis dare, vt in eo veram  
satietaatem haberemus. Tanta est animæ nostræ fames,  
quod nõ in alio præter ipsum Deum, facietatem reperi  
re possit. Creaturæ enim, appetitum animæ non implēt.  
Et huc spectat illud Isaia. 29. Sicut somniat esuriens &  
comedit, postquam verò fuerit expergefactus, vacua est  
anima eius: & sicut somniat sitiens & bibit, &c. Quo  
enim plus ex his humanis cibus comedit, eo magis in  
eo appetitus excitatur. Vt ergo huic animæ nostræ fa  
mi prouideret, cibum hunc instituit, in quo facietas ve  
ra continetur. Ad hoc positum explicat D. Augusti pro  
verba illa Ioannis. 6. Caro mea verè est cibus. Id est verè  
cibat. Sic enim inquit. Cū cibo & potu id appetant ho  
mines, vt non esuriant, neque sitant, hoc veraciter non  
prestat, nisi iste cib⁹ & potus, qui eos à quibus sumitur,  
immortales & incorruptibiles facit. Videt pia mater fi  
lium suum iacentem super terram, & ipsam comedentem,  
quem etiam si semel atque iterum retraxerit, ad il  
lam reuertitur statim. Tunc fragmē sacari, aut dulcissi  
mam conseruam ad os eius apponit, vt eius dulcedine  
de gustata, terra illi desipiat, & fastidium generet. O quã  
tum appetitus noster ad terram comedendam, & ad ter  
rena omnia inclinatur. Terram comedit, & terram app  
petit, & non nisi de terrenis semper agit. Verè de nobis  
illud Micheæ dictum est: *Lingent puluërem sicut ser  
pentes.*

Alexan  
der, ab  
Alexan.

Isaia. 29.

D. Aug.

D. Aug.

simile.

Mich. 7.



*psalm. 43.* pentes. Et illud *Psalm. 43.* Humiliata est in puluere anima nostra: conglutinator est in terra ventris noster. Considerans ergo Deus appetitus nostri prauitatem, qui nõ nisi ad terram inclinatur: hodie fauum melis, ad os nostrum apponit, vt eius dulcedine inescati, terrena omnia fastidiamus. Perpendit Deus mores hominis, & deprehendit illum gulæ laborare. Et ad comedendum inclinatum, nam pro cibo Paradisi, Deum ipsum commutauit. Et ait; hac via illum ad me traham. Ego offeram me in cibum, vt vel sic ab eo diligar, & voluntatem suam mihi tribuat. *Io. hanc golosina de mimi suo, para que amque no quiera me ame.* Solent amantes (qui potius amantes essent appellandi) beneficijs eos, quos amant ad suum trahere amorem: Muneribus, epistolis, musicis, & alijs huius generis. Quod si beneficia non sufficiunt, ad beneficia se conuertunt. Quærunť aliquam vetulam veneficam, quæ beneficijs suis cor dilecti emoliat. Dat ei beneficia, vel in pomo, vel in pane: Existimat se panem, vel pomum comedere, & potius comedit amorẽ, quo pectus eius inflammatur. O supædum Dei amorẽ, o summam charitatis dilectionem. A principio enim mundi, non cessat cor humanum expugnare, atquẽ beneficijs prosequi. Dedit ei naturalia, & supernaturalia munera, fortunæ bona illi concessit, per nuncios & Prophetas suos, epistolas amatorias illi misit. Non defuerunt carmina, nequẽ scripturæ musicæ perperit. Qui dedit carmina in nocte. Nullum beneficij genus fuit, quod ei semper non præstiterit: tamen ingratus homõ, non amore, sed odio, non obsequio, sed peccatis & offensis respondebat. Deueniamus, Deus inquit, ad vltimum remedium, & summum omnium beneficium: Panem ei præparemus, qui sit quasi amoris beneficium, vt vellit nolit, amicitiam suam non possit nobis denegare.

Sed vt cibus hic amore conciliar possit, & conferre gratiam, cum debita dispositione & reuerentia ad illum

*simile.*

*Iob. 35.*

illum accedendum est. Hoc est, quod tantum monet *Dispositio:* Paulus, & tam expressis verbis iubet. *Itaque, quisquẽ & reuerentia ad sum-* manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignẽ, reus *erit corporis & sanguinis Domini:* & rursus. *Probet autem mercedem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. necessaria.* Tremendum quidem verbum, & quod deberet non mediocrem timorem mentibus nostris incutere. Reus erit, inquit, corporis & sanguinis Domini: quod sic explicat D. Ambrosij glossa. Ita punietur, ac si Christum proprijs manibus interfecisset. Qui occiderant Christum, aliqualem ignorantiam alegare potuerunt: sed qui corpus eius polluto ore suscipit, & sanguinem eius pro nihilo pendit, sciens & prudens hoc facit, quapropter æquum est, vt non leuior pœna illi respondeat. Attentissima consideratione dignum est, quantum scriptura sacra peccatum filiorum Leui aggrauet, & quam graui supplicio à Deo fuerit punitum. De primo dicitur. *1. Reg. 2.* Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino. De secundo, lege totum illud caput, & videbis quanta mala & supplicia propter hoc peccatum venerint. *Israëlita* fuerunt victi in bello, arca Dei capta, duo filij Heili in bello ceciderunt: sacerdos ipse, audito nuntio, de sella cecidit, & mortuus est: nurus eius prægnans, dolore correpta, incuruauit se & peperit, & simul fecundam & vitam fudit. Bone Deus, quamnam fuit huius peccati grauitas & magnitudo, quod tantam iram mereretur? Et quidem duo peccata recenset scriptura, quæ si seorsum sumantur, non tan graua videbuntur: sed si adinuicem connexa, magnam grauitatem habent. Alterum fuit, quod circa sacrificia Deo offerenda, non fideliter se gerebant. Accipiebant enim sibi carnes crudas, antequam accenderetur adeps, quod erat contra Domini præceptum. Alterum, quod derant inhonesti, & dormiebant cum mulieribus, quæ excubabant ad ostium tabernaculi. Itaque, cum sacerdotes essent,

*D. Ambr.*

*1. Reg. 2.*  
*Peccatum*  
*filiorum Leui.*

*Notu.*

*Lyranus.* essent, vt Lyranus ait, poluto corpore, poluta etiam sacrificia quotidie Deo offerebant. Vnum si cum altero coniugas, magnam grauitatem habet. Age dum, & venerabile hoc sacrificium, cum illo antiquæ legis confer. Sed quæ conuentio lucis ad tenebras? quæ comparatio Christi ad Mosem? si ergo circa illa sacrificia infideliter segerere, & impure illa tractare, tantum nefas æstimatur, si filij Leui circa illa deficientes, tam acri supplicio fuerunt puniti: quæ non supplicia promerentur, mysteria hæc inefabilia non debite administrantes, & qui ad immaculatum istum agnum suscipiendum, non immaculatè, vt decet, se contulerint? In Ecclesia Græca viget consuetudo, vt quando sacerdos hostiam consecratam populo ostendit, hæc verba proferat. Sancta, Sanctis. Quod significat (vt Cyrillus Hierosolymitanus exponit) Sacramentum hoc sacrosanctum, non nisi à sanctis & puris, esse suscipiendum. Leuitici cap. 21. vbi de sacerdotibus agit Moses, sic dicitur. Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius, incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. Vbi alia litera (vt Galatinus adnotauit) sic inquit. Carnem Dei sui erunt offerentes, & ideo sancti erunt. Quibus verbis carnem Christi sacrosanctam diuinitati vnitam, quam carnem Dei, & panem Dei appellat, proculdubio intelligit. Appellatur panis, quia panis speciem habet & appellatur caro, quia caro Christi est secundum ueritatem. Magna igitur sanctitas & puritas requiritur, & in his qui offerunt, & in illis qui suscipiunt, vt dignè administretur, & dignè etiam suscipiatur.

*Conscientia exami-* Sed dicit aliquis, & quomodo scire ego potero, quod in me sit ista sanctitas, quod tanta in me sit dispositio & puritas, quanta ad digne manducandum, ex igitur? Audi D. Paulum tibi aientē. *probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat.* Multa enim probatione cibus iste indiget. Et aduerte, non præcipere Apostolum, quod probemus cibum, sed quod probemus nos metipfos. Cibus

hic,

hic, nostra probatione & examine non indiget: nam fides est quæ illum probat, sed omnis probatio nostra, in nosmetipfos conicienda est. Solent probari alij cibi, nè fortè mortiferi sint, aut venenati. Reges, Principes, & Duces, nullum cibum comedunt, cuius periculum non faciant & examen. *Præterea les hæren la salua.* Quia sicut Plato inquit, frequentius in vasis aureis, quàm terreis, venenum propinatur. Sed cibus hic, tam est salutiferus, quòd ab omni suspitione est alienus. Vas solum, quo suscipitur, cor, inquam, nostrum, suspectum esse debet: in quo multoties latet culpa, & ideo illud est probandum. Sunt venena tantæ efficacitæ, quòd etiam vas ipsum confringant. Sabellicus. i. partacum de Nonacro monte Arcadiæ ageret, subdit, pestilentissimum ex eo oriri fontem, cuius venenosam aquam nullum vas, siue terreum, siue ferreum, aut cuiuscunque alterius metalli ferre possit, quia virtute sua illa confringit. Solo vase ex vngula equi confecto, contineri posse, affirmat. Et addit etiam Plutarchus, quòd in hoc vase, ab hoc monte delatum est ad Siriam, vt necaret Alexandrum. Vide obsecro hoc, quàm pestiferum venenum sit peccatum, quatum cætera venena superet. Cum nullum sit tam durum vas, quòd malitia sua non confringat. Fregit enim & si ferreum angelum, fregit etiam terreum hominem: & quod magis admirari debes, ipsum Deum fregit, non culpa, sed poena. Attritus est propter scelera nostra. Probemus igitur cordis nostri vas, & omni cura & diligentia examinemus, nè fortè in illo aliquid veneni culpa lateat: Si optimus dignè ad hanc mensam accedere, & quòd cibus hic, non sit nobis ad mortem, sed ad vitam, non ad iudicium, sed ad salutem & remedium. Salomonem in Prouerbis audiamus. Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ apposta sunt ante faciem tuam: & statuæ cultrum in guttere tuo. Ac si diceret, si sederis aliquando cum Rege ad mensam, ne sis tam incuriosus, quòd solum ad implendum ventrem, & sa-

K K

cian-

veneni efficacitæ Sabellicus.

Plutar.

Esai. 53.

Prouer. 23.

clandum appetitum attendas: sed considera diligenter epularum precium, regis magnificentiam, ministrantiu ordinem, mulicorum concentu; & vasorum diuersi generis regiu apparatu, vt ex his omnibus, singuli sensus capiant voluptatem, sed licet in his omnibus, delictis, ne omnino a timore sis alienus, sed statue gladium gutturi tuo. Ac si diceret, ne omnino sis securus, & ab omni suspitione alienus: nam solet interdum mensis regum mors adesse, & venenum propinari. Age iam fidelis anima, quae ad mensam supremi regis regum sedere meruisti: diligenter attende, quae appolita sunt tibi. Ne fit tanta tua inconsideratio, aut negligentia, quod absq; vlla praemedicatione accedas, tanquam ad communem mensam. Considera igitur quae apposita sunt tibi. Apponitur tibi caro Christi deificata, & sanguis eius sacrosanctus, qui est valoris infiniti, & quidquid diuitiarum est in caelo, in hac mensa tibi apponitur. Considera Dei nostri charitatem, magnificentiam suam regiam, qui buccella vna se continuit, vt se totum tibi offerret. Considera etiam Angelos ibi ministrantes, & spirituali armonia concinentes, qui propter singularē amorem quem ostendit, incessanter eum laudant. Sed vltra hac etiam, statue cultrum gutturi tuo. Eodem timore es afficiendus, ac si statim esses iugulandus. Ille cui minatur gladius, & qui morti est iam expositus, magno afficitur timore, contēnit terrena omnia, deslet sua peccata, & de nulla aliare, quam de sua salute curat. Vis Christiane, vt vno verbo multa comprehendam; & dispositionem necessariā ad hunc cibum degustandum, breui sermone tibi estendā: statue cultrum gutturi tuo. Eadem deuotione, & cōtione accede, ac si statim esses moriturus, sic fiet, vt viuas hic per gratiam, &c.

FERIA

FERIA SEXTA  
 Hebdomadae sanctae, in passione Domini nostri Iesu Christi.

CONCIO.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, in sanguine suo. Apocalip. i.



PROPHETA Sanctus Ieremias destructionem populi sui videns à Chaldeis factam, templum profanatum: muros dirutos, domos exustas, virgines deturpatas, iuuenes interfectos: tanto dolore cordis perculsus est, quod fontem lacrymarum, ad

huiusmodi calamitatem deplorandam deponoscerit. Quis dabit, aiebat, capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte. Vellem quidem, vt caelum, lacrymarum flumen, & indeficientem fontē capiti meo concederet, vt non superficiē tenus, sed amarissimē flerē, & totum flumeu coelitus mihi concessum, in tanti doloris causam expenderem. Si sanctus hic Propheta, fratres, tam magnā lacrymarū copiam petebat, ad plorandam populi sui destructionē, profanationē tēpli, & murorū ruinā, si tanto afficiebatur dolore ex interfectione filiorum populi sui à Chaldeis facta: Quid nos in hac dolorosa nocte faceret enebimur, cum ædificium illud virtutum, humanitatem, scilicet, Christi, tem-

Iere. 9.

plum illud sacrosanctum, non manibus hominum, sed Spiritus sancti virtute erectum, destructum, & ab impijs carnificibus profanatum videamus? Quid, cum non filios populi nostri, aut hominem aliquem purum, sed ipsum filium Dei, vulneratum, interfectum, & dira lancea confossum, spectemus? Et quidem occasio praesens tam dolorosa est & tristis, tam lamentabilis casus, quod lacrymarum Oceanus, ad illum deplorandum non sufficeret. Quapropter, ne ingratitude arguamur hodie, debemus cum Christo Redemptore nostro compati, nimio ex eius praepropera & crudeli morte dolere affici, & corda nostra, si Deus dederit, resolvere in lacrymas. Nam quis, obsecro, in passione Christi non doluit? Quis adeo durus & rebellis, qui interiori cordis contritione non esset compunctus? Angeli pacis amare flebant, ut Isaias inquit, qui in corporibus assumptis (ut contemplantur aliqui) sic cut in natiuitate sua laetitiae, sic modo in morte, tristitia signa dederunt. Mulieres plorabant, mater eius lacrymarum fontes emittebat, etiam milites impij & inhumani compungebantur corde & percutientes pedora sua, conuertebantur ad Deum: & quod magis mirari debemus, creaturae irrationales, & insensibiles, ac si sensus essent competes, creatori suis mortem deplorarunt. Nam sol obscuratus est, luna lumen suum retraxit, caelum apparuit nubilum, monumenta aperta sunt, terra tremuit, velum templi a summo deorsum est discissum, & tandem saxa ipsa Caluarij montis, in partes scindebantur. Ex quo nimirum colligitur, neminem a compassione mortis Christi eximendum esse, neminem a fletibus immunem, sed ipsis lapidibus, & immanibus saxis duriorum comprobari, qui de eius doloribus debite non doluerit. Vbi adaptari potest quod Seraphicus Bonauentura, inquit. Petebamus olim Domine, ut cor lapideum a nobis auferres, & cor carneum tribueres, at nunc

Esai. 33.

Augu. & Bernard.

Morte Christi omni deplorauit.

D. Bonau.

vice

vice versa petimus, ut auferas a nobis cor carneum, & conferas cor lapideum, siquidem lapides in morte tua contriti sunt, & passionem tuam deplorarunt. Ut ergo in hac nocte dolorem tantae occasione debitum habeamus, & mortem crucifixi depleamus: diuinum auxilium imploremus, non ad virginem & dolorosam matrem, ut solemus, accedamus, ne eius tristitiam renouemus, & dolorem augeamus, sed potius ad aeternum Patrem, qui summa largitate, gratiam nobis praestabit & opem. Pater noster, &c.

Qui dilexit nos, & lauit nos, &c. Verba haec a D. Ioanne, Propheta & Euangelista prolata, nimis accommodata visa sunt mihi ad sacrosanctum passionis Sacramentum hodie pertractandum: in illis quippe non solum passionis eius effectus, verum & causa ipsa continetur. Effectus, dum dicitur, quod sanguine suo lauit nos a peccatis nostris: hic enim fuit passionis scopus, hic finis a Deo intentus, lauare animas nostras a peccatorum maculis: fuit enim sanguis Christi fusus, nitrum, quo omnes filiarum Sion maculae abluendae erant. Causa vero continetur, dum dicitur: Qui dilexit nos. Amor enim quo totum genus humanum dilexit, suae mortis causa extitit. Sic namque Deus Pater dilexit mundum (ut verbis Verbi incarnati utar) ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in illum, non pereat. Eodem etiam tendunt verba illa. D. Pauli ad Roma. Pro iusto vix quis moritur, nam pro bono forsitan: commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quia cum adhuc inimici eius essemus, pro nobis secundum tempus mortuus est. Est optimum D. Pauli argumentum, ad exaggerandam incomparabilem Christi charitatem: quia cum hoc ita sit, quod pro homine iusto & sancto vix reperitur, qui morti se velit exponere, licet forsitan inueniatur, ut ex antiquis annalibus constat, qui pro bono, id est, pro benefactore, a quo beneficium acceperit, velit mori: tamen in hoc commedatur Dei charitas, quod cum nec iusti essemus,

Mors Christi, ex amore reprocessit.

Ioan. 3.

Rom. 5.

aut benefactores, sed potius inimici eius, & peccatis irretiti, tamen pro nobis mortem oppetere non est indignatus. Quasi dicat, solum ex origine & radice charitatis, tantum dilectionis opus oriri potuit. Quod si charitas in causa fuit, quod tam crudelem & acruam mortem ab inimicis pateretur, iam ex hoc colligere possumus, quantum illum diligere teneamur, qui talia pro nobis sustinere voluit. Amor enim amorē exigit, & dilectio, non nisi dilectione cōpensatur. Probatio autē huius dilectionis in cōpensione mortis eius cōsistit, & tantum vnusquisque diligere quempiam censebitur, quantum de eius rebus aduersis fuerit compassus. Amor enim & dolor, quasi duo riuuli sunt pari cursu ex fonte cordis procedentes. Tantum doleo, quantum amo, & rem dilectam mihi charam habeo. Vsq; ad eodē hoc verū est, quod interdū in scriptura sacra, & amor pro dolore; & dolor pro amore

*Amor pro dolore, & dolor pro amore in scriptura usurpatur. Dani. 14. Treno. 4.*

vsuspari soleat. Agens Propheta Daniel de senibus illis detestandis, in quibus quasi in ficcis rubis, aut stipulis, in honestus Susanae amor exarsit, sic ait. Erāt ambo pariter amore illius vulnerati, nec indicauerunt sibi inuicē dolorem suum. Vbi amorem quo flagrabant, dolorē appellat. Treno. 4. cap. vbi dicitur de ciuitate Hierosolyma à Caldeis destructa & deuastata: Cōtempserunt te amatores tui, alia litera habet. Contempserunt te suspiratores tui. Qui enim diligebant Hierosolymam, pro illius deuastatione suspirabant. Cum ergo hoc ita sit, quod veræ dilectionis comprobatio, in cōpensione dilecti cōsistit. *Es la piedra del toque del verdadero amor.* Nam quasi implicatio quædam impossibilium est, quod rem mihi charā & dilectā pati videā, & quod illi non cōpatiar. debemus quidē hodie, cū Christus passus sit, dolere & cōpati, si tamē aliquis charitatis igniculus in nobis est. Nā impossibile videtur atrocem Christi passionē, quā pro nobis hodie ab inimicis sustinuit, ad memoriā reuocare, & nō in lacrymas prorūpere eiusq; dolore affici. Vnde est, quod celestis illa Spōsa, in Cantic. aiebat. Talis est dilectus

*Mors Christi deplo. randa. Cant. 5.*

dilectus meus, & ipse est amicus meus. Vbi alia litera ait. Et ipse est afflictio mea. Qui enim, quæ & qualia dilectus animarum nostrarum Christus Iesus, pro nobis passus fuerit, profunda mente considerauerit, vix à lacrymosis gemitibus, se ipsum poterit cōtinere. Incipiebat Deus Deut. 21. quod si quempiam filiorum Israel interfecit in eremo reperissent, iudices interfectorē inquirerent, vt scelus vindicarent. Quod si requisitus, inuentus non fuerit, tunc iudices, inquit, metiantur à loco cadaveris occisi vsq; ad singulas propinquas ciuitates, & ciuitas inter eas propinquior, tenebitur pro eo sacrificiū expiationis offerre. Erat autem sacrificiū hoc lacrymarum. Hodie fratres Christus Deus noster in monte occisus est, sed occisor & sanguinis eius reus, nō apparet: Omnes enim se excusant, & scelus à se patratum negant. Iudæi, nobis nō licet interficere quemquam, Pilatus lauat manus suas dicens. Innocens ego sum à sanguine iusti huius, Discipulus, tradens, pecuniam acceptam in sanguinis sui pretium, sacerdotibus reddit, & deniq; omnes se immunes ab eius morte ostēdunt. Quid ergo agendum est? Præcipit Deus vt metiamur viciniorem ciuitatē, vt ipsa sacrificiū lacrymarū offerat. Metiatur igitur considerationis funiculo vnusquisque nostrum, corpus hoc exanime, sanguine perfusum, plagis affectum, vlcere plenum, & procul dubio inueniet, quantum ad eū pertineat, huiusmodi offerre sacrificiū, & mortem eius deplorare. Sic enim mortuus est pro omnibus Christus, ac si pro singulis moreretur, quare nullus est, qui non propinquior debeat existimari, uellus qui cum D. Paulo dicere non possit. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: quare ad omnes, eius mortem deplorare, & sacrificiū lacrymarum offerre, pertinebit. 4. Reg. cap. 23. memoriā proditum est, quod cum rex Egypti, contra Andromonem regē, Sirie ad bellum procederet, & cū transitus eius esset per regnū Iuda, rex Iosias exiit in occursum eius, & in quodā congressu quem

*Deut. 21.*

*Galat. 2.*

*4. Reg. 23. Hist. Scholas. 4. Reg. 37.*

*Mor. Iosias.*

cum eo habuit, sagitta percussus interiit, & currus eius regius, sanguine eius fuit perfusus. Mortem hanc Iosias cupētus populus deplorauit, quia ab omnibus supra modum diligebatur: & Propheta Ieremias Threnos, seu lamentationes composuit, quae in memoriam mortis suae super eius sepulchrum, non sine magna lacrymarū copia & si dulciter, canebantur. Est enim historia haec Iosias passioni Christi valde accommoda. Nam Iosias secundum nominis interpretationem, idem significat, quod salus Domini, quare pro Christo accipitur, qui passim hoc nomine a Prophetis appellatur. Dicitur etiam de Iosia, Ecclesiastici. 49. capite. Memoria Iosias in omni ore, quasi mel indulcabitur, & ut musica in conuiuio vini. Talis certe est memoria Christi Iesu redemptoris mei, qui pro nobis in cruce occidi voluit: est enim super mel dulcis in omni ore, & quasi musica in conuiuio. O quantam dulcedinem memoria passionis Christi, mentibus nostris refundit. Sed ad mysterium deueniamus. Cum enim Dux noster, contra mundi huius tyrannum ad bellum procederet, & in caluariae monte cum illo certamē iniret, sagitta diuinæ iustitiæ fuit percussus, & currus eius regius, crux, inquam, sanctissima, diuino eius cruore perfusa ipseque vita functus. Si ergo quot annis, super Iosias sepulchrum lacrymæ fundebantur, si mortem eius lamentabiliter deplorabant, si dolore & tristitia cunctus affligebatur populus. *si cada año se celebrava sus tristes endechas*, quanto æquius est, & magis rationi consonum, ut super mortem Christi, & sepulturam eius, pius perfundamus lacrymas, & dolorem compassionis ostendamus? Si ipse pro nobis in peccatis mortuus, per omnia sua vulnera, quasi per coelestes oculos plorauit sanguinem, quid magnifecerimus, si nos ex compassionem & deuotione in exequiis eius fundamus lacrymas? Vnum interim obseruandum est, quod non debemus mortem Christi deplorare, tanquam mortem alicuius hominis infirmi & debilis, in cuius potestate non fuerit

*Eccles. 49.  
Memoria  
passionis  
dulcis.*

*Mors Christi,  
sicut, quomodo  
deploranda.*

fuerit passionem suam vitare aut impedire. Tales enim fletus Deus non suscipit, & eas lacrymas contemnit, quæ impotentiam aliquam in eo suspicantur. Quapropter, filiabus Hierusalem dixit. Filiae Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos, & super filios vestros. At verò lacrymas, quæ diuinitatem eius agnoscunt, & pio mentis affectu passionem eius desunt, benigno fauore prosequitur, & placido suscipit vultu: quare, in Canticis, dum sponsam ad foramina vulnerum suorum, & ad cauernam maceræ lateris sui vocat, columbam eam appellat. Veni columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceræ. Columba enim gemebunda est, & cantu lugubri personat, & ideo columbam eam vocat, ut non sine gemitibus & lacrymis ad considerationem vulnerum suorum accedat. Accedamus, ergo cum lacrymis & suspirijs, nè illud Leuit. 23. de nobis verificari possit: Anima quæ in hac nocte afflicta non fuerit, delebitur de populo meo. Si enim Iob. (ut fatetur ipse) flebat quondam super eo qui afflictus erat, & anima eius pauperi compatiebatur: qui fieri poterit, quod videntes nos in nocte hac Redemptoris nostri afflictionem, desertionem, & paupertatem, a fletibus abstinere possimus? Sed iam ad textus literam accedamus.

Et primo non est animus, literam per ordinem transcurrere, & eam admodum explicare (hoc enim longior moram requirit, quam concio vnius horæ permittat) sed literam ipsam celeri pede percurrendo, circa principalia mysteria contemplanda, aliquantulum commorabimur.

Appropinquante igitur tempore illo felicissimo reconciliationi humani generis, ab æterno præordinato, salute illa tandiu à Iacob Patriarca, cum adhuc iaceret in lecto desiderata sicut verba extrema indicant: Salutarem tuum expectabo Domine misericordia illa, quam David postulās, raucus fuerat effectus. Rauca f. et. sunt fauces meae, dum spero in Deum meum, hora illa misericordiarum,

*Lucæ. 23.*

*Cant. 2.*

*Leuit. 23.*

*Iob. 30.*

*Gene. 49.*

*Psal. 68.*

I. Petri. 1.

64

Virgo Maria huic coena affuit.

Cant. 2.

rationum & magnificentiarum Dei, quando filius eius vnigenitus, non corruptibilibus auro, vel argento (vt D. Petrus inquit) sed pretioso sanguine, quali agni immaculati, huiusmodi genus redempturus erat: cum mors eius iam adesset in ianuis, & instrumenta passionis sue pararentur, discipulos suos in coenaculo Sion congregauit, vt vltimam vale eis daret, & euidentiora quam per totum vitam cursum, dilectionis signa illis tribueret, corpus suum in cibum, & sanguinem in potum conferendo. Ex hoc nimirum, colligunt & contemplantur aliqui ex sanctis, quod gloriose virgo Maria coenae huic interfuerit. Nam si ob dilectionem, qua prosequeretur discipulos, eos in coenaculo congregauit, quae ex omnibus filiis Adae, feruentius & tenerius, quam matrem suam deligebat, neminem quidem sicut verba illa Cantorum indicat. Dilectus meus mihi, & ego illi. Affuit quidem virgo sacrosancta, quam suo corpore & sanguine pavit, vt probaret illud, quod ex suis genuerat visceribus, *paratam esse a qua scilicet loquitur quia engendrado de sus enrietas.* Insuper, vt moriturus pergens, ab ea prius licentiam & benedictionem acciperet. Consideret igitur nunc mens nostra & attenta meditatione perpendat, quibus verbis vnigenitus Dei Filius, matrem suam alloqueretur, cum coenaculum egrediens, post factam coenam, ad mortem & crucem pergeret. Mater sancta, diceret, patientia vobis, & fortitudine multa opus est, ad verba mea exaudienda. Sicietis, quod quando ex vestris visceribus naturam humanam assumpsit, ea conditione fuit, vt genus hominum redimerem, & eorum maculas proprio sanguine lauarem, sic enim Pater meus disposuit. Ego conditionem hanc etsi duram libenter acceptaui, Prophetarum omnes mortem meam praedixerunt: hoc caelum expectat, Angeli desiderant, terra exoptat, & tota scriptura proclamant. Sum enim agnus ab origine mundi occisus, quia ex tunc in manibus Prophetarum sum assimilatus, & per eorum ora loquutus. Iam tempora sunt elapsa, prophetiae adimpletae, hora mortis meae, tandiu a

me

me desiderata iam venit: oportet enim adimplere omnia, quae de me diuini vates cecinerunt. En mater mea filius virginis, qui de vestris natus est visceribus, sicut scriptum est vadit immolari. Tradetur enim gentibus, illudetur, flagellabitur, & conspuetur, & tandem turpissima morte afficietur. Quapropter, mater mea charissima, lilius tuum amplexare, & ad certamen passionis properanti, licentiam & benedictionem tribue. Quis, obsecro, etsi angelica polleret eloquentia, praeponderare hic posset, quid in hac hora, tali audito nuncio piissima illa mater senserit? quo dolore, sanctissima eius anima transfixa fuerit? Quas fuderit lacrymas? quae protulerit verba? Haec enim humanae mentis captum excedunt, solus ille nouit, qui ardentissimam matris suae charitatem diuidiace potuit. Tamen aliqua apponere verba, quae ex quorundam doctorum placito dixisse, rationabiliter creditur, non dedignabor. O amantissime fili, inquit, cognosco, quod gladius ille Simeonis iam instat, quo viscera mea transfigenda sunt, iam mors me expectat in ianuis, quia sine te vita mea, nec libet, nec possum viuere, vita ipsa amara mors exilimabitur. Tamen, si consilium a Deo est, si ad reparationem humani generis coelitus ordinatum, id non abnuo, coeli voluntas fiat. Interim hoc vnum a te postulo, in quo nollem pati repulsam. Crastina dies vigesima quinta Martij est, mihi celebris, & latissima, quia tali die nunciante Angelo, non sine magna alacritate & gaudio, virtute Spiritus sancti te genui: est etiam dies festius Paschae, quando absentes filij, ex remotissimis terrarum partibus, ad visitandum parentes suos, & simul cum eis paschale agnum comedendum, aduenire solent. Quapropter, suppliciter exoro filij, vt cras, meus velis esse conuiuia, vt manducemus simul hoc Pascha, & antequam patiaris, & ad mortem tuam properes agnum assum comedamus. O Christe sancte, o redemptor mundi,

Christus be  
medicatur  
a matre.Maillardus  
in passio-  
ne.

mundi, o Angelorum gloria, quid putamus ad huiusmodi petitionem matri tuæ respondisse? Qualia protulisse verba? tunc brachijs suis virgineis matrem suam virginem amplexatus est, & duo lacrymarum flumina super eam fundens, ait. Fiat sicut petilli mater mea, & voluntas tua adimpleatur. Fiet enim sicut postulasti. Mane enim in mensa crucis, simul comedemus, Mane vescemur illis escis, de quibus per Prophetam dictum est. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Mane denique, agnus ille, non umbraticus & typicus, sed realis & verus iugulandus est, & super crucis mensam apponendus. O cum quanta festinatione est comedendus. Ad hæc virgo sacrosancta dolore transfixa, pauore perterrita, & lacrymis resoluta, filium suum tenerrimè aplexabatur, & inter brachia illius, quasi exanimis quiescebat. Fasciculus mirrhæ, potuit dicere, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Tunc Dominus benedictione sibi data, & ab ea accepta, cœnaculum egressus est, matre illa sanctissima ab eo oculos non auertente, à quo lumen quasi à sole luna, recipiebant, donec per doloris occasum, ab illis est absconditus.

His peractis. *Egressus est Iesus, vt Ioannes inquit, transfretorem Cedron, cum discipulis suis: vbi erat hortus in quem introiit.* Appellabatur hortus hic Gethsemani (vt ex D. Marco constat) nomen Hebræum, & proprium illius loci, qui ad radices montis Oliueti erat positus, teste D. Hieronymo. Et quidem, non incongruè huic locum elegit, vt initium passioni suæ, & reparacioni nostræ daret, vt sicut ab horto voluptatis, in quo positus fuit primus homo, egressa est preuaricatio, sic ab horto Gethsemani ortum haberet redemptio. In horto perditio, & in horto reparatio: perditus fuit homo inter flores & delicias paradisi, & inter easdem modo est quaesitus. Compleuit Deus Sponsæ suæ sanctæ vehemens illud desiderium, quo amore eius flagrans, ardebat. Desce-

dat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructus pomorum suorum. Desiderabat enim, quod Sponsus eius, Diuinum, in quâ Verbum, in hunc mundum per assumptionem carnis descenderet, & in hortum suum, vbi passioni & redemptioni humani generis, daturus erat initium, introiret. Sed quorsum Sponsa sancta, tantum hoc desideras? Equidem, vt comedat fructus pomorum suorum. Reducite ad memoriam, antiquum illud & infelix Paradisi pomum, ex quo quasi ex radice & trunco, tot calamitatum & malorum fructus nobis coaluerunt: & tunc quidem verba hæc Sponsæ, vobis erunt manifestata. Fructus enim pomo illi debitus mors fuit, iuxta illud primo parenti dictum. In quacunque hora comederis ex eo, morte morieris. Fuerunt fructus illius pomi infirmitas, dolor, passio, & gemitus, & alia mala poenæ, quæ occasione eius fuerunt introducta. Inquit ergo Sponsa. O si charissimus meus Sponsus ingrederetur hortum suum, vt comedat, non quidem pomum quia de illo non comedit, aut gustauit, cum ab omni fuerit peccato immunis, sed vt comedat illius pomi fructus, vt eius acerbiter sentiat, vt passionem degustet, vt dolores experiatur, & vt mortem crucis pro nobis suscipiat voluntariè. Ingressus hortum, postquam denunciavit discipulis scandalum, quod in illa nocte passuri erant, & quomodo omnes tanquam oves errantes eum erant deserturi, segregatus aliquantulum ab alijs & assumptis secum Petro, Ioanne, & Iacobo, perguit ad orandum Patrem. Et quidem hos tres specialiores suæ passionis elegit testes, vt essent socij passionum, sicut consolationum fuerant. Fuerant testes suæ transfigurationis in Thabor, quando coram Helia, & Moyse glorificatus est, & ideo hos assumit ad passionem, quia si cõpatimur & conregnabimur, & quibus paratur gloria, eisdem & labores dispensantur. Qui seminant in lacrymis, ait Psalmista, in exultatione metent. Et rursus: Eûtes ibant & flebant mittentes semina sua: venientes autem

Psal. 86.

Cant. 2.

2. Hier.

Cant. 5.

Gen. 2.

Car Petri,  
Ioannē, &  
Iacobum  
ad orandū  
assumpsit.

Psal. 125.



Apo 7.

autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Lacrymæ & fletus semina sunt lætitiæ & gloriæ, & sicut nõ datur fructus sine semine, sic nec gloria sine passione & fletu. Vidit Ioannes Apocalyp. cap. 7. magnã multitudinem beatorum in cœlo stolis, albis inutos, in capitibus coronas, & in manibus suis palmas gestantes. Et cū interrogasset Angelũ, quĩnã illi essent, & vnde venissent? respõdit ei. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealuauerunt eas in sanguine agni. Lauare stolas in sanguine agni, est sanguinẽ pro Christo fundere, pro illo martyriũ pati, & labores subire: qui enim in hoc mundo talia pro Christo patiuntur, merentur cum illo in cœlo conregnare.

Matth. 26.

Mar. 14.

Cassianus.

*Assumptis tribus discipulis secum, vt Patrem oraret, cepit pauere & tedere præ mortis sue consideratione, & ait illis. Tristis est anima mea vsq; ad mortem: sustinete hic & vigilate.* Simon Cassianus, hæc verba expendens, ait. Pia est tristitia Christi, & ab ipso sancte suscepta in horto pinguedinis, vt in ipso puniretur, quod in horto primo male fuit lætatus Adã. Et pro paterna iniuria similiter tristabatur. pro præterita & imminenti, quia erat eius filius iniustissimẽ occidendus. Et vt iniquitas erat tractanda iustitia, vt turpitudine sanctitas, vt stultitia sapientia, vt dedecus decus, vt perditio salus, vt lætro improbus, suorũ dator largissimus. Considerabat peccata omnium hominum pro quibus erat occidendus, passionis suæ acerbissimam, mundi ingratitudinẽ, perditionẽ Iudæ, & aliorum discipulorum dispersionem: & ex consideratione hac, tantũ anxialatur spiritus eius, quod discipulis suis dixerit. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Aliorum hominum tristitia, nõ sunt, vsq; ad mortem, quia nullus adhuc viuens dolorem mortis experiri potest: At christi tristitia vsq; ad mortẽ fuit, quia antequam moriatur, dolorem mortis nouit. Dolor meus in cõspectu meo semper Dauid aiebat. Est etiam dolor eius, vsq; ad mortẽ, & ibi tristitiæ terminus præfigitur: quia post mortem, nulla futura

tura est tristitia. Mortuo enim Christo, morietur peccatum, quod suæ tristitiæ causa exitit.

*Et cum processisset paululum procidit se per terram, & orabat, vt si fieri posset transiret ab eo hora, & dixit: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen, non sicut ego volo, sed sicut tu.* Cum dominus ex vehementi mortis cõsideratione summa afficeretur tristitia, auulsus aliquantulum à tribus ad orationem recurrit, vt in ea aliquid consolationis accipiat: melius enim, & in angustia cõsistituris, oratio est singulare refugium, vt in ea suæ tristitiæ consolationem accipiãt. Genuflexus dominus, manibus cõplicatis, & in signũ maioris reuerentiæ superfaciẽ suã procidens, voce flebili aiebat. Pater sancte omnia tibi possibilia sunt, & nihil tã arduũ, tam difficile, quod tuæ omnipotentiæ nõ subdatur: si possibile est, quod redemptio generis humani alio medio fiat, & quod ego filius tuus calicem hũc non bibam, & acerbissimam mortem non experiar, hoc ego à te exposcilo: nimis enim mortẽ expauesco, ex cuius præsentia anima mea terretur, & omnes artus mei contremiscunt: verumtamen in hoc, non mea sed tua fiat voluntas. Leo Papa, sic inquit. Prima petitio infirmitatis est, secũda virtutis: illud optauit ex nostro, hoc elegit in proprio. Præuenit enim rationem appetitus sensitius, secundum quẽ refugiebat mortẽ & appetebat vitam, sed deinde subsequeutus rationalis, secundũ quem, voluntatem suam patris voluntati cõformauit. Prima vox vitulæ fuit fremitus, gladium timentis, & sacrificium horrentis: secunda verò perfectæ voluntatis, mortem ipsam amplexantis. Cum Thamar partui esset propinqua, & duos in utero gestaret filios, contigit vt Zarã, qui minor partu erat, quasi nasciturus, prior manum ostenderet, in quo o. stetric legauit coecinũ, dicẽs: ille egredietur prior: tamẽ illo manũ retrahente egressus est alter, qui Sares, ob hanc causam appellatus est. Sic anima Christi, in hac hora duobus appetitibus quasi duobus filiis, cõcũda erat: & licet appetitus sensitius prior se ostend-

Tex. Mat  
the.

D. Leo.

Dua volu-  
tates in  
Christo.Gene. 38.  
Simile.

se ostendisse videatur, in illis verbis: Pater si possibile est, &c. Tamen illo manum retrahente, appetitus rationalis vicit, & quali primo genitus est estimatus, cum dixit: Non mea, sed tua fiat voluntas. Sed Christe sancte, beatorum gloria, fortitudo Patris, virtus infinita, quid voces istae lamentabiles significant? Quid petis, cum calicem istum à te trasferri postulas? Si enim petis, quod calix hic passionis ad te non accedat, & quod non bibas illum: probè nosti, contrarium huius in supremo æternitatis tuæ consilio decretum esse: ibi enim extendisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus: siquidè in manibus Patris tui iurè iurando affirmasti, calicem hunc pro humani generis redemptione bibiturum. Si petis, quod trāseat, hic calix, idest, quod virtus eius etiam post te trāseat, ad Apostolos, & martyres: & quod sicut tu fortiter illum bibis, sic & illi bibant pariter: fiet quidem sicut petis, bibent & tui milites, ducem suum sequentes: sed non potest amara potio: ceteris membris salutem asferre, nisi prius per caput trāseat: à quo omnis virtus & influxus in membra deriuatur. Tu es Domine Iesu Angelorum, & omnium hominum caput, bibe prius hunc aceruum & amarum calicem, ut alijs qui illū bibituri sunt, prodesse possit. Si verò postulas, quod cito transeat, quia tanto teneris desiderio bibendi illum, quod tempus statutum, tardum tibi & longum videatur: fiet Domine sicut desideras, cito calix tuus transeat: nam iam Iudas venditionem expleuit, iam Pontificibus & summis sacerdotibus triginta argenteis te tradidit, iam morti adiudicatus es, iam crux tibi parata, cito enim calix tuus transeat: sed vae mihi, & vae tibi, nō tam cito, quod nō prius per te, quam plurima mala poenae transeant. Prius enim per vias publicas Hierusalem, & per iudicum tribunalia, manibus post tergum vincitis, & colo fune circumligato, transies. Prius crudelissima per te transient flagella, quæ tua pertransient viscera

Expositio  
Hilary. 10.  
de Trini.  
& D. Basilij.

Expositio  
Dionysij  
Alexan.

viscera. Prius per tuum sacrosanctum corpus, quinq; transient sanguinis & cruoris flumina. Prius per spinas, clavos, ludubria, & ignominiosam crucē transies. Eodem modo oravit secūdo & tertio, donec exauditus est in oratione sua, & ab Angelo confortatus. Sic enim ait D. Lucas. *Luca. 22.*  
*Apparuit ei Angelus de cælo, confortatus eum.* In deserto post tentationes devictas, & dæmonē superatū, accesserunt Angeli & ministrabāt ei, ut ostenderēt illum verū esse Deū & Angelorū Dominū: nunc verò in agonia positū, Angelus de Cælo visitat & confortat, ut ostendat verum esse hominē, paulominus ab Angelis minoratū, qui angelica confortatione indigeret. Quibus verbis confortaret eum Angelus, Euangelistæ non dicunt: sed piè credendū est, aliqua confortationis & consolationis verba more humano protulisse, quibus & passionis suæ fructū, & victoriā, quam de inimicis reportaturus erat, illi representaret. O creator meus & Deus meus, Pater tuus coelestis afflictionē, & angore animæ tuæ videns, de supremis illis sedibus me misit, ut eius nomine te confortarē, & animarē ad luctū. Credo enim, quod cū Deus sis, ex hac parte, mea confortatione aut consolatione non egeas: prefero, cū hora hæc, tandiu à te fuerit desiderata. Memineris obsecro, quod ab æternō victoria huius certaminis tibi preparata est. Hoc omnis scriptura clamat, hoc omnes Prophetæ testantur, hoc coelestia oracula prædixerūt. hoc tu ipse non semel, Apostolis & amicis tuis referasti: Tu enim agnus ille es ab origine mūdi occisus, qui pro totius mūdi delicto, es immolādus, tu semē illud diuinū, quod caput serpētis cōfracturū est. Tu serpens ille eneus in ligno crucis erigendus, ut omnes antiquæ serpentis veneno infecti, ab infectione sua liberētur, tu botrus ille fertilissimus, de terra promissionis adductus, & in pertica crucis appēsus, qui in torculari passionis exprimendus es, & omnē sanguinis tui liquorē effusus, tu signū illud regiū, quod in victoriæ signū, in mundi nationibus est erigendū. Cōtemplare obsecro, quot anima-

Angeli  
cōfortatio.

Hebra. 2.

Apoc. 13.

Gen. 3.

Num. 21.

Num. 18.

Esai. 53.

rum millia, quo sanguine redimenda sunt, quot Angelorum ruina reparanda, nullus est inter filios Adæ, neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram, qui possit aperire librū, & soluere signacula eius, nisi tu, qui immaculatus es agnus, innocentia & diuinitate præcitus. De te enim per Isaiam Prophetam dictum est: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum. Quia abscisus est de terra uiuentium, generationem eius quis enarrabit? Pater tuus coelestis a te petit, vt fidelis sis vsque ad mortem, vt tribuat tibi coronam gloria. Ipse tibi per me seruū suū benedictionem mittit, & obsecrat, vt dignitati personæ tuæ respondeas, & muneri, quod redimendi genus humanum, accepisti. Vale creator meus, quia sero est, & tempus passionis tuæ instat. Tunc Dominus fructum suæ passionis, ex vna parte considerans, ex alia verò, acerbissimam mortem quam passus erat, talis lucta inter sensualitatem & rationem facta est, quod præ nimio dolore, totus sanguis ad cor est retractus, & corpus quasi exanime relictū, deinde tanto impetu à corde exijt, & ad debilia membra remeauit, quod per omnes corporis poros, non sine magno naturæ stupore & miraculo, sudor sanguineus exijt. Et factus est, D. Lucas inquit, sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Videte obsecro qualis amoris ignis, qualis Charitatis flamma, in pectore Saluatoris accendebatur, quæ sanguinem eum iudare fecerint. Manifestè hic ostenditur, amoris eius magnitudo, quæ mortem ipsam præuenit, & carnificum manus impias non expectauit: sed antequam violentia tormentorum sanguinem illum funderent, voluit ipse amor, quasi voluntarium balsamum, & vulnere nostrorum medicamen salutiferum, illum nobis offerre. Manus meæ distillauerunt mirrham primam, aiebat Sponsa, & digiti mei pleni sunt mirrha probatissima, quod nunc Sponsus iure optimo dicere poterit. Manus meæ stillauerunt mirrham primam: imo totum corpus meum,

Isai. 59.

Sudor Christi  
sui sanguineus.  
Luca. 22.

Cant. 5.

meum, hæc salutifera mirrha perfusum est, quia à planta pedis, vsque ad corpus, totum sanguine madet, totum sanguine perfunditur. Mirrha & guta & cassia à vestimentis tuis, Dauid aiebat, cum ipso agēs, quod quidem modo verificatum cernimus; quia à vestimento suæ sacrosanctæ humanitatis, mirrha suavissimi odoris, sui sanguinis profluit, qua mortuum Adami corpus inungendum est. Sed mirrha hæc, iure optimo prima, aut probatissima, appellatur. Nam mirrha prima illa dicitur, quæ Sponte sua, sine aliqua securis, incisione de arboribus egreditur. Hæc est mirrha prima huius diuini arboris, iuxta decursus aquarum Diuinitatis plantati, quæ sponte sua egreditur, antequam duritia ferri, & tortorum seuitia fundatur.

Psal. 44.

Mirrha prima  
ma qua dicitur.

Surrexit ab oratione, & lintheo, sudore sanguineo absterfo, venit ad discipulos quos dormientes inuenit, quia somno erant ex labore grauati? Quibus dixit: Dormite iam & requiescite. Sed vix hæc verba protulerat: & ecce Iudas cum cohorte & militibus, qui ad eum, apprehendendum veniebant, per horti ianuam ingreditur. Et tunc quidem illis ait: Surgite eamus, quia iam tempus adest, in quo filius hominis tradendus est in manus peccatorum. Ecce appropinquauit, qui me tradet. Surgite eamus, inquit, Tepidas discipulorum mentes, ad passionem subeundum sua prouidentia excitat, & cognita iam in oratione voluntate paterna, intrepidè se dat in pœnas, & passioni se offert. Veniebat Iudas magna militū caterua comitatus, cū fustibus & gladijs, & lampadibus accensis, vt Iesum apprehenderent, & illum tanquā malefactorem & mortis rerum, ad Pontifices ducerent, vt morti & supplicio eum condemnarent. Sicut enim in paradiso serpens antiquus, Adæ primo, nostro parenti, sub amicitia prætextu, mortem inuenit: sic modo in Gethsemani horto coluber hic tortuosus Iudas, inquam, de quo non incongruè, aliqui

**Gene. 49.** expositorum illud Genesis: 49. explicant, fiat Dan sicut coluber in via, Cerastes in femita, &c. Sub amicitia signo Dominum adoritur. Dederat enim militibus signum, ut eum agnoscerent, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, comprehendite enim, & ducite illum caute. Videte, quod seductor quidam sit, & forsitan incuria & negligentia vestra, labebitur & aufugiet. Cum ergo omnes pariter facto impetu accessissent, Iudas osculatus est eum, dicens: Ave Rabi. O serpens venenose, ore tuo maledicto, quo traditionis euomisti virus, Regem Angelorum osculari es ausus? Non es veritus amplexari, quam diabolica malitia circumuenisti? sub signo pacis hostile bellum geris, & mortem illi machinaris? *O mayor, has celebrado de requien y daslo paz en el vostro.* Tunc crudelissimi illi milites irruentes in Iesum, apprehenderunt eum, & quia Iudas dixerat: caute ducendum esse, ne inter eorum, quasi magus & incantator, laberetur manus: propter hoc ligauerunt eum, & fortissimis vinculis constrinxerunt. Ligant manus illas, quibus firmati sunt caeli, & omnis terrae pulchritudo formata, manus, quibus in monte Symon lex saluationis fuit scripta, manus quibus tot mirabilia & miracula operatus est, quibus caecos illuminabat, mortuos suscitabat, daemones mira virtute expellebat. Ligant manus eius, de quo in Psalm. scriptum est. Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat caecos, Et alibi. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Quam recte Ieremias Propheta Trenorum cap. 4. vaticinatus fuerat spiritus oris nostri Christus Dominus, captus est in peccatis nostris. Et bene quidem in peccatis nostris captus dicitur, quia si peccata nostra non praecessissent, laqueus mortis eum non comprehendisset. Illaqueari voluit, ut laquei peccatorum quibus totum gentis humanum tenebatur, dirumperetur. Vbi iuxta translationem nostram in Isaia. c. 3. habetur: Dicite iusto quoniam bene, aliqui Ecclesiae patres, translationem Septuaginta sequentes; legunt. Dicite iusto Christo,

Christi comprehensio.

Psal. 145.

Psal. 149.

Tren. 4.

Isai. 3.

Christo, quod bonum est sibi & nobis, quod alligetur & vinciat. Alligant igitur iustum, imo omnium iustorum Dominum, qui vera nostra est iustitia & redemptio, & postquam ligauerunt illi manus, collum etiam fune circumdant. Tunc magno impetu, & magnis clamoribus, ad ciuitatem eam ducunt. O quam crudeliter, & indecenter ducebant eum. Alij ex fune vi trahebant, alij ex capillis, alij ex barba, alij ex vestibus: ita quod in terram eum prosternerent. Et tunc quidem, Ipsi pugno, illi pedibus, alij vero fustibus & lanceis, eum pertuebant. Surge, aiebant, traditor, surge seductor, alioquin hic te interficiemus. Quis hic sicis oculis, quod aiunt, sine magno dolore & lacrymarum pro fluuio referre queat: quanta agnus ille innocentissimus, ab illis ferinis lupis fuerit passus? quantis contumelijs affectus? Fuit enim comprehensio haec primus belli congressus, in quo maiori impetu dimicatur: quod si in eo ciuitatem capiant, magnam crudelitatem exercent, nulli seuitiae generi parcitur. Hic iugulant, ibi praedantur, illic trucidant, & totam ciuitatem flammis incendunt, & redigunt in cineres. Sic ego non dubito, quin in hoc primo inimicorum Christi congressu, multa & incomportabilia ab illis sit passus, & quod nisi iudicium & pontificum timor, eos coereret, ibi eum occiderent. Heu qualiter per viam illum ducebant, quam irreuerenter & immaniter eum tractabant. En fratres innocens Ioseph vincus ducitur, eo quod fratres suos de crimine pessimo accusauit. Quia arguebat Phariseorum hypocrisim & effictam sanctitatem, quia eorum auaritiam & ambitionem taxabat, hodie comprehenditur. En fortissimus ille Samson a Philisteis captus, & vinculis constructus, subfanatur & illuditur. Fortissimus enim Deus amore nostrae humanae naturae captus, ab inimicis capi & comprehendi, subfanari & illudi passus est. En arca Domini a Philisteis capta, per campos & desertam, ad suam ditionem, absque vlla reuerentia ducitur

Ambr. de benedicti. patria. c. 3. iusto martyr contr. Triptho. Eusebi. l. 2. c. 36. Proco. pius in Gene. c. 45.

Gele. 37.

Judic. 16.

1. Reg. 4.

captiua. Ecce arca in fœderis Domini, non ligneam, & deauratam intus & foris, sed carneam & auro charitatis insignitam, in qua omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei sunt reconditi, ab inimicis comprehenditur, & eorum voluntati traditur. Nunc Heli sacerdos, multo æquius quam in alia quacunq; occasione, captionē arcæ poteris deplorare, & præ dolore vltimum exalare spiritum. Nunc nurus tua partui propinqua, filium suam Iehabod poterit appellare dicens. Trāslata est gloria domus Domini de Israel, quia capta est arca Dei. Nunc egregie miles Vrias, verba illa tāto viro digna, proferre poteris? Arca Dei Israel & Iuda habitat in papilionibꝰ, & ego ingrediar domū meam, vt comedam & bibam, & dormiā cum vxore mea. Ecce enim arca Dei viuētis, in qua cœlestes omnes diuitiæ sunt repositæ, per cāpos illos, irreuerenter capta fertur, & à pessimis Philisteis à fateliticibus, inquā, & Phariseorum ministris cōculcatur.

Hic discipuli videntes, quod magistrum comprehenderant, & ligauerant, fugæ se dederunt. Omnes timore mortis deseruerunt eum, & dispersi sunt. Quanto exilii matis dolore anima illa sacrosancta redemptoris nostri, ex hac discipulorum desertione fuit afflicta? quanto pudore affecta, videns, quod propinqui & necessarij eiꝰ, & qui eius doctrinam & amicitiam professi fuerant, eū relinquebant. Nullus enim erat, qui eius partes ageret, & ad quem vultum suum conuerteret. Considerabam ad dexterā & videbam, & non erat qui cognosceret me. Perijt fuga à me. & non est qui requirat animam meam. *Discipulorum fuga.*

Tunc illud Dauidicum adimpletum est. Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria. Et illud Zacharia similiter: Percutiam pastorem, & dispergētur omnes oues gregis. Ducebant Dominū per viam vi impellentes, & afficientes ignominiæ: & cum ad portas ciuitatis appropinquarent, tunc magnis vocibus conclamare cœperunt, Latitiæ, Latitiæ, bonum nuncium, bonum nuncium. Ecce malefactorem apprehendimus, & cum

eum vinctum adducimus, ecce iam seductor ille ad nostras deuenit manus, nunc omnium scelerum suorum poenas dabit. Accurrebant omnes, alij quidem ad portas, alij verò ad fenestras domus suæ cum lampadibus accensis, vt eum viderent. *Vnos dexian, vaya, vaya, otros, lleuente, lleuente, otros, muera, muera el traydor, que bien lo merece.* Vbi illud Isaia cap. 22. adimpletum videtur. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti & tu omnis, in tecta clamoris plena, vrbis frequens ciuitas exultans. Quem locum, Procopius, ad hunc sensum interpretatur, quod ciuitas illa Hierosolymæ de comprehensione & morte Christi Iesu exultaret, & in voces latitiæ & exultationis prorumperet. Sed Christe sancte, mundi lux vera, & immensa bonitas, quam diuersa ciuium vox, quam diuersus clamor, quantum receptio hæc ab ea quæ in die palmarum tibi facta est, longo interuallo distat. Tunc quidem cum palmis & oliuarum ramis tibi obuiam processerunt, nunc autem cum gladijs & fustibus, & cum lampadibus accensis, tanquam ad latronem accurrunt. Tunc verba salutis & latitiæ resonabant, & nil aliud quam osana dicebant: nunc verò verba doloris insonant, & omnes tibi mortem imprecantur. Quem Deum & saluatorē mūdi tunc confitebantur: nunc malefactorem & reum mortis appellare non verentur. Quam rectè Bernardus inquit. Sed quid fuit, quod processionem habere voluit, qui mox futuram nouerat passionem? fortè vt amarior esset passio, quam processio præcessit. Ab eodem enim populo, in eodem loco, & ipso tempore paucissimis diebus interpositis, primò cū tanto triumpho susceptus, postea crucifixus est: nimirum, vt amarior esset passio, quem talem processit processio.

Exinde, ducunt eum sic ligatum in domum Annæ summi sacerdotis & Caiphæ saceri, vbi scribæ & pharisei cōgregati erant, aduentū eius expectantes, & sanguinem illius sitientes, Annas autem, licet anni illius Pontifex

Isai. 22.

Procopi.

D. Bernar.  
serm. 2. in  
ramis.Ducitur ad  
Annam.

fex non esset, tamen quia pontificatum pretio emerat, semper Pontificis & Sacerdotis summi nomē retinebat. Qui sedens pro tribunali interrogauit eum de doctrina quam docuerat, & discipulis quos congregauerat. Dic mihi seditiose, malefactor, uenelice, & totius nostrae reipublicae perturbator, quamnam est doctrina haec noua quam praedicas, & ubi sunt discipuli, qui te haecenus comitabantur? Cui mansuetus ille agnus, respondere non est dedignatus. Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, non enim in abscondito, sicut magistri falsorum dogmatum consueuerunt, sed in manifesto doctrinam meam praedicaui: ut quid ergo me interrogas de doctrina mea? Interroga eos qui me audierunt, & ipsi magistrorum mei testimonium perhibebunt. Ad interrogationem factam de discipulis, nihil respondit, quia certē reprehensione digni erant, cū magistrum suum deseruerint. Docēs nos, qualiter circa alienos defectus, nos debeamus gerere, quod si fratrem nostrum in aliquo opere laudare sine mendacio non possumus, saltem non vituperemus, sed fragilitatem eius silentio operiamus: Sic enim optimi pictores consueuerunt facere, qui umbra, vel aliquo velamine cooperiūt, ea quae indecentia sunt, & videre foret nefas. Respondit quidem ad doctrinae interrogationem, non ad discipulorum, ne eorum fugam & timorem propalaret. Aderat tunc praesens iniquissimus Pontificis seruus, qui iuxta D. Chrysostomum, is erat, cui auriculam gladio Petri amputatam, Dominus in horto restituerat. Qui, cum mansuetissimam illam Christi responsionē, liberam esse iudicaret: furore accensus dixit illi: sic respondes Pontifici? Et eleuans manum detestabilem, alampam illi crudelissimam in faciem dedit. O manus detestanda, o manus sacrilega, o manus crudelis & impia, sempiternis flammis comburenda. Quid fecisti? Contra quem es extenta? in quem duritiam tuam ostendisti? Certē contra creatorem tuum, contra Dei omnipotentis

*Alieni defectus non sunt vulgari di. simile.*

*Chrysost. hom. 82. in Ioan. Alapa ei confertur.*

tis manum per quam omnia visibilia & inuisibilia sunt creata, contra illum, cuius manus abbreviata non est ad saluandum. O crudelis & impie, bene de te Iobianum illud dicere possumus. Tetendit aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Quid tibi Domine uiderur de hoc filio Aedae, qui faciem tuam gratiarum, in quam Angeli prospicere desiderant, manu impia percutere non est ueritus? Age iam creator meus, contra illum sententiam profer: Ad te enim hoc spectat, quia Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Si enim Core, Dathan, & Abiron, eō solum quod contra Moysen rebelles fuerunt, terra uiuos deglutiuit, cum omnibus suis familijs: si pueros Heliseo illudentes, & caluum per irrisionem appellantes, uersi de saltu egredientes, iussu Dei dilacerauerunt: quanto magis impius hic, qui crimen laesae maiestatis comisit supplitio erit afficiendus? Parum erit, ut terra os suum aperiat & uiuū deglutiāt, aut quod uersi voraces dentibus suis illum dilacerent: tāto grauiorem requirit uindictam, quanto maior fuit offensa. *si male loquutus sum* (respondit agnus ille mansuetissimus) *testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me caedis?* O summa Dei patientia, o mansuetudo incomparabilis. Haec est sententia Domine, hoc supplicium, haec tāti facinoris uindicta? Discamus hinc fratres inimicis parcere, condonare iniurias, & minas remittere, amore illius, qui pro nobis tot ab inimicis sustinuit opprobria, & cum Deus esset, tot iniurias accepit.

Tunc Annas misit Dominum ad Caiphā ligatum. Erat enim Caiphā Pontifex anni illius, qui in Concilio Hierosolymis habitō, contra Dominum sententiam mortis dederat: existimans, quod statim ab eo morti esset damnandus, qui dignus morte iam iudicatus fuerat.

In domo huius Pontificis congregati erant (ut Matthaeus ait) Princeps sacerdotū, & scribae & seniores, qui

Iob. 15.

Ioan. 5.  
Num. 16.

4. Reg. 2.

Mittitur  
ad Caiphā.

Ps. 139.  
Pharisæi  
serpentis  
& aspidi  
similes.  
D. Aug.

continerat ibi, vt Iesum de aliquo falso crimine accusarent, & quærebant falsos testes contra eum, tamen eorum testimonia conuenientia non erant. Cupiebant illum morte afficere, & ad hoc aliquem coloris fucum quærebant. Quam rectè Propheta Regius, Psal. 139. de illis cecinerat, Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum. Comparat eos serpentibus, iuxta D. Augustini placitum, quia serpens dolose impetit: non enim habet pedes, sed serpit, ne vestigia eius audiantur: sic serpentina ista gens, sub alio cuius falsi testimonij dolo, mortem Christo machinabatur inferre. Sed & aspidi eos comparat, quia aspis dulcem infert mortem. Dum enim mordet, venenum eius non percipitur, sed statim cor inficit, & instantaneam inducit mortem. Voluerunt quidem iudæi Christum occidere, sed silenter, & occultè, & idè falsos testes requirebant, vt sub iustitiæ pretextu, suum virus occultarent. Videns Caiphas quod ea quæ testificabantur falsi illi testes conuenientia non erant, & quod mundi redemptor, nihil ad obiecta respondebat, quia videbat animos eorum esse obstinatos, & nullum locum defensionis esse futurum, aut responsionem suam admittendam: adiurauit eum dicens. Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei benedicti? Quod cum ad adiurationem factam respondisset, se esse filium Dei, futurumque vt viderent eum venientem in nubibus caeli: tunc sumus Sacerdos, contra id quod in lege erat, sibi prohibitum Leuitici. 24. ira incensus de folio suo surgens, vestimenta scidit dicens. Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Sed quis hic mysterium latens non suspicetur? quod cum tunica Christi inconfutillis, à militibus discissi nõ fuerit, sed sorte vni commodata, tamen impius hic Põtifex tanti mysterij inficius, à summo deorum vestem suam dirumpit. O magnũ Sacramentum, o sapientia Dei summa. Sacerdotalis vestis nõ ab

Leuit. 24.  
Pontifex  
scidit ve-  
stimenta.

ab alio quam à summo Sacerdote scinditur, & Christi tunica etiam à militibus, indiuisa seruator, & rectè quidè, sicut D. Leo, & Athanasius aduertunt. Nam postquam Dominus in cœna novos Sacerdotes instituerat, nouũque & mirabile sui corporis & sanguinis sacrificium, iam sacerdotium antiquum cessauerat, & consentaneũ fuit, vt sacerdotales vestes scinderentur. Hoc idem in scissione veli quod erat in templo, adumbratum est. Significabat enim quod lex illa vetus sub illo velo contenta, erat in morte Christi finienda, & lex Evangelica toto orbe terrarum diuulganda. Cum ergo astantes summum Sacerdotem audissent, & indignationem eius vidissent: quasi carnifices Leones, in eum furere coeperunt. Irruunt in eum magno impetu, & magnis afficiunt contumelijs. Alius quidè colaphum illi impingebat, alius percutiebat pugno. Hic spuito faciem illam Angelicam fœdabat, ille verò, fuste percutiebat. Vix poterit, aut lingua narrare, aut calamus scribere, quanta in hac hora à carnificibus illis Dominus noster passus fuerit. De illo enim Propheta Regius cecinerat. Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Apes tãto impetu & indignatione in apiariũ interdũ feruntur, quod oculos eius eruere videantur. Ignis etiam in spinis, multo magis, quam in alia materia vehementiusque exardescit, & fridet. Sic profani isti furibundi, & ira scandentes in Dominum Angelorum exardescunt, & furent. Vbi celesse illud Maria oraculũ adimpletum est. Faciem meam non auerti, ab increpantibus, & consputantibus in me. Et nõ viscera eorum naturali pietate mouerentur, faciem eius velant. Et rectè quidem, nam amoris Deum, velata facie solent depingere. Ecce Deum amoris velatam. *El Dios de amor vendado.* Tunc quasi venatores, qui fera captã, in eam solent irruere, & deseuire, & nullus est qui vulnus illi non infligat: sic in Dominum Iesum illi seuebant, & omnes pariter impetum in illum faciebant. Illudabant

Leo Ser. de  
passio. Do-  
mini.  
Athen. in  
sermon. de  
cruce.  
Cyprian. lib.  
de unitate  
Ecclesiæ.  
Aug. lib.  
de hora. 10  
mo. 6. fol.  
48.

Psal. 117.

Esaiæ. 5.

simile.

bant etiam illi, quem summo honore & reuerentia venerari deberent. Genuflecebant ante eum, & percutientes illum, dicebant. Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? O pessimi illutores, quid illud interrogatis, à quo fuerit percussus? De ore Isaia Prophetæ illud audite, qui nomine aeterni Patris ait. Propter scelus populi mei percussi eum. Ipse cœlestis Pater propter delicta nostra, voluit coterere eum, vt de nostris sceleribus ad æqualitatem vindictam sumeret. Ecce quis eum percusserit. Vos enim, etsi iniquissimo animo id faciatis: tamen ministri estis, & executores diuinæ ultionis. Præcinerat huiusmodi Christi illusiones & contumelias ante Troianum excidium Sibylla Delphica, de qua Chrissippus in eo libro, quem de diuinatione conscripsit. Quæ in hunc modum cecinit.

Chrissippus.  
Illusio  
Christi.

*Impinger ille collaphos, & spua scelestis  
Israel labijs, neque non & fellis amari  
Apponet escam, ponumq; inmitis aceti.*

Mane autem facto, consilium inierunt omnes Principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent, & vinculum adduxerunt ad Pilatum. Postquam in hoc Concilio, dignum morte illum iudicarunt, duxerunt illum vincitum ad Pilatum Romani Imperij Præsidem: nam mos illis erat, vt quem iudicassent morte dignum, ligatum iudici Romano traderent. Heu, quot vinculis Dominus meus Iesus ligatur, quibus laqueis constringitur. Ligatur primò, quando à militibus in horto compreheditur, & sic ligatus ad Annam ducitur, deinde eisdem vinculis ad Caiphæ affertur, & modo ad Pilatum vincitum ducunt. His namque vinculis peccata nostra erant liganda. O impij carnifices, quam læti fortissimum hunc Sansonem in vincitum ducitis: non enim vestra vincula ligare eum possent, nisi arctioribus vinculis ligaretur. Ligatur enim amoris vinculis & charitatis laqueis, qui fortissimi sunt: de quibus per Oseam prædixerat. In funiculis Adam traham eos, & in vinculis charitatis.

Osea. 11.

ritatis. Hæc sunt strictissima vincula, quibus Dominus alligatur, & tenetur. Quapropter, Salomon dixerat. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. Ducunt eum ligatum ad Pilatum, & in hoc itinere, non modica à carnificibus per viam passus est.

Prover. 6.

Pilatus interrogauit eos. *Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?* Et cum inter alia dicerent, quòd subuerteret gentem & omnes populos à Galilea, vsque ad Hierosolymam, iudicans ad Herodis potestatem pertinere, qui Hierosolymis fortè tunc aderat, ad Herodem illum remisit. Herodes verò, licet ad eius aduentum gauisus sit, quia existimauit aliquòd miraculum coram eo facturum: tamen videns nullum fecisse, iterum ad Pilatum veste alba indutum, quasi stultus esset, remisit. Pilatus, sciens nullam in eo causam esse mortis, sed quòd per inuidiam tradidissent eum: vellet quidem illum de manibus eorum eripere, & nullum medium intentatum reliquit, vt à morte eum liberaret. Mos erat Iudæis vt die solemni Pasche, vincitum aliquem & reum mortis dimitteret, & libertate donaret. Habebat autem præses tunc in vinculis, in signem quædam ac famosum latronem, qui dicebatur Barrabas, quòd nomen sciebat inuisum populo. Quapropter, conuocatis ad se Iudæis, rogabat: vtrum velent sibi condonari, Barrabam, an Iesum, sperans fore, vt pro tam infami latrone, malent absolui Iesum. At cum populus nutaret, vtrum malent, sibi donari, suafu Sacerdotum & seniorum factum est, vt sibi poscerent Barrabam, & quòd Iesus occideretur. Non hunc sed Barrabam, aiebant. O quanta iniuria in hoc facto, filio Dei fuit irrogata. Seditiosus homo & insignis latro dimittitur: & filius Dei mortuorum suscitator, & qui tot illi populo contulerat beneficia, ad crucem & mortem postulatur. Quam rectè D. Petrus improperat illis, dicens. Vos sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, authorem verò vitæ interfecistis. Hinc etiam Ieremias ait. Grex perdi-

Acto. 3.

Iere. 3.

perdi-



perditus factus est populus meus, pastores eorum  
 se duxerunt eos. Quod quidem adimpletum est, quado  
 suafu Sacerdotum postularunt Barrabam absolui, & lo-  
 co eius Christum crucifigi.

Flagella-  
 tur Iesus.

Videns Praeses, quod omnibus his medijs nihil pro-  
 ficeret, ad animos Scribarum & Phariseorum pacandos,  
 qui Christi sanguinem sitiebant, decreuit eum flagella-  
 ri, vt vel sic, tanto conspecto sanguine mansuescerent:  
 sed contra factum est, quodd sicut elephas ex aspectu  
 sanguinis magis in iras exardescit, sic illi, magis contra  
 Dominum eliterati sunt. Iussit ergo Iesum flagellari.  
 Age iam Domine Iesu, confortare obsecro, & esto ro-  
 bustus: nam tribulatio proxima est, & non est qui adiu-  
 uet. Multa enim patientia opus habes, nam & multa  
 & incomportabilia à carnificibus, in flagellatione hac  
 es pallurus: sed non erit qui adiuuet aut auxilium præ-  
 stet. Non Pater tuus, qui te in passione deseruit, non  
 mater tua pijsissima, quæ his flagellis non affuit, non  
 discipuli tui charissimi, qui omne te relicto fugerunt.  
 O quantus Iesu bone, huius supplicij rigor futurus  
 est. Scriptum est enim quod iuxta mensuram deli-  
 cti, erit plagarum modus. Quod si delictum Adæ pro  
 quo pateris fuit infinitum, & peccata nostra pro qui-  
 bus flagellaris in immensum creuerunt, & quasi onus  
 graue super nos grauata sunt, quanta existimas erit  
 flagellorum multitudo? Eusebius Cæsariensis. D. Chry-  
 sostom. dum expenderent illud Isaïæ. 53. Disciplina  
 pacis nostræ super eum, tenent disciplinam hanc tri-  
 plicem fuisse, duram, quia virgis, duriolem, quia funi-  
 bus, durissimam, quia ferreis catenis. Consentit D. Hie-  
 ronymus, & refertur in Glossa: qui tenet, quodd sex car-  
 nifices iuuenes & robusti, non omnes simul, sed bini  
 flagellarunt eum. Accedunt ergo ad flagellandum  
 eum & primò vestibus suis exuunt eum, de quo diui-  
 nus citharædus cecinerat. Dominus regnauit decorem  
 induit, induit Dominus fortitudinem & præcinxit se  
 eum,

Psal. 21.

Deut. 25.

Euse.

D. Chryso.

D. Hiero.  
 Glossa.

Psal. 92.

eum, per quem Reges & Principes purpura vestiuntur,  
 qui lilia agri maiori pulchritudine vestit, quam Salo-  
 mon in omni gloria sua. Funibus ligatur columnæ, ante  
 cuius conspectum columnæ cœli contremiscunt. Ille  
 qui populum hunc in columna nubis per diem & in co-  
 lumna ignis per noctem, quadraginta annis per desertū  
 duxit. Exeunt primi, qui funibus flagellaturi erāt, vt in  
 eū vires suas exercerēt. Sed ve mihi Saluator meus. Quo  
 me vertā? aut vnde incipiā? Quā graue spectaculum ad  
 videndum, quam tristis materia ad narrandum. Mens  
 refugit & stupet, vires omnes deficiunt, palefcunt ora,  
 lingua hæret palatui, & oculi præ lacrymarum abun-  
 dantia caligant. Obstupescite cœli super hoc, & por-  
 tæ eius desolamini vehementer. Angeli pacis amarè  
 flete, & omnes habitatores terræ vllulate. Ecce Domi-  
 nus aptatur ad verbera, ecce iam ceditur, rupit san-  
 ctam cutem flagellorum violentia: & repetitis iū-  
 bus crudelia verbera, terga benedicta concidunt. Tra-  
 ditur Iesus militibus verberandus, ait Hieronymus,  
 & illud sanctissimum corpus, pectus Dei capax, flagel-  
 lis ferunt. Cædebatur tam multiplicibus iūibus, tam  
 crebris, quodd nisi nouas vires ad plura patiendum, di-  
 uinitas sub ministrasset, nullatenus humanitas ferre  
 potuisset, sed inter litorum manus præ sanguinis ino-  
 pia, & dolorum grauitate defecisset. Multiplicant vul-  
 nus super vulnus, plagam super plagam, fracturam su-  
 per fracturam, & per totum eius corpus sacrosanctum,  
 viuus sanguis defluebat. Heu, quam verè potuit dice-  
 cere illud, quod eius nomine à Dauide fuerat prædi-  
 ctum. Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in ma-  
 tutinis. Sed & Isaias prædixerat: Et nos putauimus eum  
 quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum: ip-  
 se autem vulneratus est propter iniquitates nostras, at-  
 tritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ  
 super eum, & litore eius sanati sumus. Sicut solet pia  
 mater videns filios à patre crudeliter flagellari, quæ  
 flagel-

Matth. 6.

Ierem. 2.

D. Aug.

Hieron.

Psal. 72.

Esai. 53.

simile.

flagellis & ictibus se exponit, & brachijs suis eos protegit & defendit. Non secus cum æternus Pater, ad flagellandos peccatores, flagellum haberet paratum, unigenitus eius filius accurrit, exposuit se flagellis, & super seipsum disciplinam nostris sceleribus demeritam suscepit, ut nos ab ultione diuinæ iustitiæ liberaret. Sed hic iam contemplare anima mea, vehementiam doloris saluatoris tui, & duritiam militum flagellantium. Sonant verbera, carnifices anhelant, & deficiunt viribus, flagella, ora, & vestes eorum sanguine implentur, columna & terra ipsa diuino illo cruore perfunditur. Leuauit inter flagella oculos ad cælum, quasi qui auxilium & consolationem à Patre suo postularet. Os suum diuinum columnæ applicant, & corpus virginale hinc inde præ dolore curuans, halitum ex imo pedore, non sine gemitu & angore amittit. Quid putas mente tunc esset dicturus, qui quasi agnus mansuetus non aperuit os suum, aut verbum vllum est loquutus: Ego feci, diceret, ego feram, ego portabo & saluabo. *Quoniam talis hæc que talis pague.* Ego pro homine sponendi, & pro peccato Adæ patri satisfacere decreui: ego mundi scelera supra dorsum meum sumpsi, ut flagella illis debita super me irruerent. Ego feci, ego feram. Cum iam crudeles & immites isti carnifices, penè viribus defecissent: ecce alij denuò exeunt cum flagellis ex virgis rubi, plenis spinis acutissimis, qui magno impetu in illū feruntur, ubi dolor eius renouatus est. Percutiebant virgis corpus illud sacrosanctum, spinisque crudeliter pungebant. Sed & spinæ carni adhærebant, trahebant ad se flagella vi magna, & rûpebatur caro eius virginea. Exhibat sanguis per nota iam itinera, & per totum corpus, vsque ad terram defluebat. Fatigatis illis exeunt tertio, qui catenulas habebat ferreas cum acutis unguibus in fine, quibus totum corpus lacerarunt, & frustra carnis abstrahabant. Tantus fuit huius disciplinæ rigor, tanta flagellorum pluuia, quòd à parte scapularum, ubi crebriores erant ictus,

Esai. 46.

ictus, ossa alba apparerent, & penè videbantur viscera. Tandem surgunt qui sedebant, & resumptis denuò viribus, omnes simul eum flagellant. Alij percutiebant scapulas, alij crura, alij brachia, ita ut à planta pedis, vsque ad verticem, nil relinquerent intactum. Fluebant lacrymæ, fluebat sanguis, & de Paradiso illo celestis cruoris flumina manabant. O Christe sancte, Iesu bone, & nostri amantiissime, quanta pro me pateris, quanta à carnificibus sustines. Ego rapui, tu exoluis, ego accerbam vbam comedi, & dentes tui obstupescunt, ego scelus comisi, tu poenas luis & flagellaris. Ecce Propheta sancte Esaias, virum dolorum quem quærebas & expectabas, ecce iam brachium Domini reuelatum. Desiderauimus eum, aiebas, respectum, & nouissimum *Isai. 53.* virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Ecce iam desideria tua adimpleta sunt. Est enim sciens infirmitatem, vir dolorum & omnium virorum despectior. Iam enim antiqua illa laus cessauit. Non accedet *Psal. 90.* ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Est enim malis & doloribus circumdatus, & flagellum diuinæ ultionis, tabernaculum illud sacrosanctum undique vulnerauit. Accedit vnus ex militibus ad eum soluendum, & tanta erat eius debilitas ex vehementia dolorum, & defectu sanguinis, quòd vix poterat se pedibus continere, cecidit super terram, ille qui terram humanitatis nostræ super cæli astra venturus erat, & ibi solus, tristis, dolens, & omni humano auxilio destitutus, iacebat. Sed quid cogitas Iesu bone, in hac tua desertione, quid intercruciatu & dolores mente versas? Propheta sanctus Hieremias in quadam afflictione constitutus, & persecutionem quam ab inimicis suis patiebatur, videns lamentabili voce, & fufis lacrymis aiebat. Væ mihi mater mea: quare me *Ierem. 15.* genuisti virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra. Non fæneraui, nec fænerauit mihi quisquam, & omnes maledicunt mihi. *No deuo nada a nadie, y to-*

Los me sacan la prendan, como me sacan los ojos y se hueluen  
 contra mi. Quanto a quibus Iesu amantissimae, potuisti  
 haec verba, etsi non lingua proferre, tamen mente cogitare. Vae mihi mater mea sanctissima, quae genuisti  
 me virtum rixae, & discordiae. *Un hombre tan mal, quesso, y  
 de tantos pleytos, pnesto en aborrecimiento de todo el mundo.  
 No deuo nada a nadie, ni soy hombre de trampas, y con toda  
 esso veo tantos abguaxilos contra mi, y me hacen tantas secus  
 siones.* Omnes maladicunt mihi, omnes mortem mihi  
 parant, & sanguini meo insidiantur.

Coronatur  
 spinis.

Et milites plectentes coronam de spinis, posuerunt super  
 caput eius. Non contenta est sathanæ astutia, neque  
 hominum crudelitas his doloribus faciata. Sed adhuc  
 nouum tormenti & irrisionis excogitarunt genus. Post  
 quinque millia, trecenta, septuaginta flagella corpo-  
 ri suo inflicta (vt Doctores aiunt) ne aliquod mem-  
 brum sine dolore maneat: ex virgis rubi spinarum  
 plenis, quibus eum flagellarunt, coronam fabricant,  
 vt capiti eius imponant. Alij dicunt, quod corona  
 haec, ex marinis iuncis fuerit confecta, qui in fine acu-  
 tissimos aculeos habent coniunctos, sicut B. virgo  
 D. Anselmo reuelauit. Consentit Lyranus, qui testa-  
 tur se audisse a quodam, qui cum sancto Ludouico  
 Rege Francorum, vltra mare ad terram sanctam est  
 progressus: quod in littore maris senserat puncturas  
 iuncorum persolutates intermedios, quae velut fer-  
 rum duræ & accutæ erant. Conficiunt igitur coro-  
 nam ex his iuncis, plenam ex omni parte aculeis, in-  
 duunt eum veste coccinea antiqua & vili, quam for-  
 tē in domo Pilati ad id genus tristitias repererunt, arū-  
 dinem loco regalis sceptri in manū eius imponunt, &  
 coronam quam texuerant non ex floribus, aut ex pre-  
 tiosis gemmis, sed ex acutissimis spinis fustibus & lan-  
 ceis capiti eius adaptant. Rumpebatur caput illud ve-  
 nerandum omnium hominum & Angelorum caput,  
 Guttae sanguinis, quasi pretiosi & rubicundi lapi-  
 des,

Ortizius  
 in passione  
 rio.  
 Lyranus.

des, per faciem eius defluebant. Quali putis afficie-  
 batur tunc dolore? Quali angustia fuit circumdatus?  
 Quantis opprobrijs saturatus? At carnifices, his om-  
 nibus faciat non fuere, sed adhuc manus eorum con-  
 tra Dominum fuit extenta, & mille nocendi modos in-  
 ueniebant. Alapas ei dabant, & in faciem eius benedi-  
 ctam conspuebant, genuflectentes per irrisionem eum  
 adorabant, & arundine caput eius percutiebant. O  
 Iesu bone, Iesu pie, quanta ab his illusoribus passus es  
 opprobria. Certē nulla lingua, etiam si Tulliana polleret  
 eloquentia, id exactē posset explicare. Ecce Domine  
 spinarum maledictio à te prolata: Maledicta terra in  
 opere tuo spinas & tribulos germinabit tibi: super  
 caput tuum cecidit, nam spinas quas germinabit ter-  
 ra, super caput tuum; caelo altius, cecidisse video. Agi-  
 te nunc vos fratres, quibus tanti mysterij contempla-  
 tio incumbit: arietem illum cornibus harentem in-  
 ter vepres, qui loco Isaac erat intromolendus, ad mē-  
 mohiam reducite, & agnum verum intueni, inter  
 spinas & aculeos existentem, qui pro totius mundi sal-  
 ute, in ara crucis offerendus est. Eccelilium inter spi-  
 nas Cant. 2. Ille enim qui de se aiebat. Ego flos cam-  
 pi & lilium conualium, inter spinas punctus manet.  
 Egredimini iam filiae Sion, & omnes animae sanctae,  
 & videte Regem vestrum in diademate coro-  
 natum, quo coronauit eum mater sua Sinagoga.  
 Verē enim, vt Isaias inquit, quae expectata est, vt  
 faceret vbas, fecit spinas, iuxta septuaginta translatio-  
 nem.

Genes. 3.

Gene. 12.

Cant. 2.

Cant. 3.

Isaias.

Tunc Pilatus, videns eum flagellatum, perfusum  
 sanguine, & tot vulneribus afflictum, decreuit osten-  
 dere eum populo, vt ex aspectu dolorosi illius spe-  
 ctaculi, animi eius pacarentur. Edduxit igitur Pi-  
 latus Iesum foras ad populum, & ostendit illum fla-  
 gellatum, purpura indutum, & spinis coronatum, &  
 ait illis: Ecce homo. Quasi diceret, bene illum intue-  
 mini,

ostenditur  
 populo.

mini, nam talis est, quod necessarium sit aduertere, esse hominem. Vix enim hominis vestigia in eo apparent. Ecce talis est, quem regnum affectasse dicitis, quod potius de sepultura, quam de regni gloria, sit illi curandum. Cessent, obsecro antiqua odia, cesset ira vestra: sufficiat, vobis, hominem hunc videre tot vulneribus affectum, quod vix hominem esse credetis. Sed vix mihi, quia tanta erat eorum rabies, tanta innoxij sanguinis litis, quod multo magis furebant, & clamabant: Crucifige, crucifige eum. Quam recte per Ieremiam prophetam dominus prædixerat. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me vocem suam. Ecce ut fremat Sinagoga contra Dominum, mortem eius poscens. Fertur leonem terribilem rugitum edere, cum ad capiendam prædam se præparat: eoque audito propinqua animalia perterrita cadere, soloque eius clamore, superari ac capi. Facta ergo est Sinagoga Domino, quasi leo in sylua, quia licet non manibus, tamen vocibus & lingua. (vt Augustinus ait) eum interfecit, dum illum cruci affigi postulauit.

EXINDE Pilatus, videns populi obstinationem, tradidit eum voluntati eorum, vt eum crucifigerent, & sedens pro tribunali, contra eum mortis tulit sententiam. O quanta fuit totius populi lætitia, quanta eorum acclamatio. Vix enim contra eum sententiam protulit, quando ecce adest crux, quam illi offerunt, dicentes: Accipe crucem, in qua propter tua scelera suspendendus es. Quali affectu, obsecro, perfunderetur Dominus, quando crucem tandiu à se desideratam cerneret: Credo equidem, libentissimè illam amplexatum & exosculatum fuisse. Veni electa mea, desiderium meum, gaudium cordis mei. Veni mundi thesarus, Angelorum reparatrix, hominum Redemptrix. Veni regale sceptrum, clavis coeli, scala paradisi. Triginta tres anni sunt, quibus te desideravi, & magno cordis affectu concu-

concupiui. Tu enim triumphalis currus es. in quo de inimicis meis sum triumphaturus. Supposuit Dominus cruci humerum, & eam brachijs amplexatur: & sic ducebant eum per vias publicas, hinc inde latronibus comitantibus. Ecce fratres verus Isaac, super humerum suum portat ligna, vt in monte visionis cœlesti Patri se in holocaustum offerat. Ecce verus Iacob portat baculum crucis, in quo Iordanem & profundissimum passionis suæ flumen transiturus est. Ecce factus est principatus eius super humerum eius, iuxta illud quod Isaias prædixerat cap. 9. Et rursum cap. 22. Dabo clauem David super humerum eius. Heu quantum est eius pondus, siquidem non ex cingulo pendet, sed humero indiget ad portandum. Sed o virgo sacrosancta, & mater Dei piissima super omnes putas creaturas excelentior. Vbi nunc es, quando filius tuus ad moriendum properat? Cur illum desferis? Quare domi sedes tuorum dolorum oblita, & non potius surgens ad eum consolandum, ante eius mortem festinas? Propteribat virgo, per D. Ioannem, de damnatione filij sui certior facta: Ibat angustia & dolore plena per vias Hierusalem, vt D. Anselmus ait, dilectum suum quærens, vt saltim ante mortem suam eum videre posset. Interrogabat omnes quas offendeat foeminas, num dilectum animæ suæ vidissent, sicut in Canticis Salomonis habetur. Adiuuro vos filia Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nunciatis ei, quia amore lægueo. Illæ verò dicebāt. Qualis est dilectus tuus, O pucherrima inter mulieres? Ipsa verò respondet. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Quid putas tunc dicturæ essent mulieres his signis auditis? Vidimus quidem eum crucem sibi baiulantem, & coronam spineam super caput suum ferentem: vidimus eum inter duos latrones, ad supplicij locum properantem: sed proch dolor, quam ab similibus ab illo, quam diuersa signa. Non candidus & rubicundus,

Ierem. 12.

D. August.

Damnatur  
ad mortem

Gene. 22.

Gene. 23.

Isai. 9.

Isai. 22.

D. Ansel.

Cant. 5.

sed rubicundus totus sanguine perfusus pergit, ubi quæ cruoris sui impressa relinquit vestigia. Non iam electus ex milibus, & præ filiis hominum forma speciosus, quin potius, vulneribus, liuoribus, saluis, & flagellis totus erat deformatus. Non erat ei species, neque decor, unde nec reputauimus eum. Quid sentiret tunc virgo illa sacrosancta? Quo afficeretur dolore? Properat simul cum charissimo Ioanne, & Magdalena, & per viam compendij illi obuiam exit. Vix viam illam fuerat ingressa, vt illum expectaret, quando ante oculos suos filius eius præsentatur, quem festinanter crudeles illi ministri ad supplicium ducebant. O triste spectaculum, o grauis dolor ad videndum, et grauis etiam ad narrandum. Mens deficit, contremiscit cor, & lingua omnino obmutescit. Videt mater filium suum, & filius matrem suam respicit. Sol, & luna mutuo se intuentur, & corda eorum eclypsim & defectionem patiuntur. Aue mater mea, Iesus diceret, sponsa mea, mea columba: ecce filium quem genuisti, festinus pergit ad moriendum, ecce crucem secum baiulat in qua modo est suspendendus. Obsecro te, ne me deseras in hac hora, sed vsque ad crucem, & vltimum supplicium sequere. Postquam ad montem Caluarie deuenerunt, ubi verus ille agnus erat immolandus, & tot humanæ redemptionis complenda mysteria: exonerat se cruce, supra quam aliquantulum, sedet & quiescit. Sed statim carnifices illi, vestibus spoliât, vt cruci eum affigant. Crucem super humum ponunt, & ipsum supinum super ipsam iacere faciunt. Affigunt sinistram dextero clauo, deinde dexteram, deinde pedes, quo tormentorum genere, quanta passus fuerit, vix lingua potest exprimere, aut mens ipsa cogitare. Fleuat in altum crucem, non sine magna totius populi acclamatione & lætitia. Contremiscit crux in aere ex magno corporis pondere, & omnia membra eius dissoluantur, ex quo nimirum, quam grauem & acerrimum dolorem passus sit, vix humana

Affigunt  
Dominus  
cruci.

humanam mens potest cogitare: En fratres racemus ille terræ promissionis supra perticam, ex quo pretiosus liquor, quo animæ inebriantur, emanauit. En serpens ille aeneus, qui in eremo fuit erectus, vt omnes eum fide viuam intuêtes, à serpentis moribus possint liberari. En virga illa moysayca in cacumine motis subleuata, quam verus mundi redemptor manu sua tenet, vt Amalechitarum inferni superentur, & triumphum de inimicis suis consequatur. Extollitur in altum regale illud vexillum, sub quo Reges terræ militât: de quo Isaias Propheta prænu-tiauerat. Et leuauit signum in nationibus, & congregabit profugos Israel. Hic suspensus mansit Dominus, donec illud consummatum est protulit, quod totius nostræ redemptionis fuit consummatio. Quo prolato, inclinato capite emisit spiritum, & animam Patri suo commendauit. Tunc creaturæ omnes, mortem creatoris sui deplorarunt, & diuinitatem eius agnouerunt. Tenebræ factæ sunt per vniuersam terram, sol est obscuratus, & lumen suum retraxit, terra in se ipsa præ dolore tremuit, velum templi à summo deorsum scissum est, monumeta aperta sunt, & lapides ipsi scindebatur, non erat creatura aliqua, quæ suo modo mortem creatoris sui non lugeret. Contigit in morte Christi, quod dormienti, Noe contigisse fertur. Iacebat ille nudus & inebriatus in medio tabernaculi, quæ cum vidisset Cham filius eius, illudebat ei. At Iaphet natum minor, super patrem suum palium misit, & illius nuditatem cooperuit. Ecce adest verus Noe, in illo antiquo præintellectus, vino dilectionis suæ inebriatus. & in tabernaculo crucis nudus manet: duos habet filios quos produxit, liberum arbitrium, & naturam. Quando enim liberum hominum arbitrium ei illudit, quando eadem illi parat: tunc natura quasi obediens filius creatoris sui compatitur, & quasi tenebrarum palium super patrem suum extendit, & nuditatem eius operit. Agite iam nunc fratres. Deum vestrum, etsi mortuum, vulneratum, cruciq; affixum, adorate, & toto corde confitemini. Mortem eius ad

Num. 13.

Num. 21.

Exo. 17.

Isai. 11.

Mortitur  
Christus.

Gene. 9.

Figura.

memoriam reuocate, & suae passionis compatimini. Dilexit enim nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, vt nostra lauaret crimina, sua discidit viscera, sanguinemque suum fudit. Ne simus tanto beneficio ingrati, iterum peccatis nostris illum crucifigentes, & sanguinem eius conculcantes. Quinpotius, eum toto corde diligamus, passionem eius & mortem fuis lacrymis deplem: vt sanguis eius pro totius mundi salute fusus, nobis proficiat, hic ad gratiam, & in futurum ad gloriam.

# FERIA SEXTA

## Hebdomadae sanctae, de compassione vir- ginis.

### CONCIO. II.

*Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius.  
Ioannis. 19.*

*Scriptura  
sacra, do-  
lores virgi-  
nis tacue-  
rit:*



**R**ES Quidem admiratione digna est, quanto silentio Euangelistae sancti vsi fuerint in recensendis nobis doloribus, quos sacra virgo Maria, in hoc sancto tempore, ex morte & passione filij sui, quem vnice diligebat, ipsa quoque passa fuerit. Praesertim, cum in alijs doloribus longe inferioribus, & non tanti momenti, Spiritus sanctus, qui in scriptura sacra loquitur, negligens aut parcus non extiterit.

extiterit. Quis non miretur, quam seriosa historia & quanta verborum abundantia, dolorem Agar Patriarchae Abrahamae ancillae, nobis referat Moses Genesis capit. 16. quando de domo Abrahamae eiecta, errabat in solitudine cum filio suo Ismaele, quem praesenti morientem cernens, sub arbore posuit, & miserabiliter deplorabat? Refert etiam ipse (si tamen ipse fuit, qui historiam Iobi conscripsit) dolorem quem speculum illud sanctitatis, & patientiae exemplar mirabile, ex filiorum morte suscepit. Nam licet omnia alia nuncia quantumuis tristitia, infracto animo, & aequali vultu audierit, & suscepit: tamen quando filios suos ex concussione domus interemptos audiuit vestes suas discidit, tonso capite corruit in terram, & magna ostendit tristitiae signa. Quid plura? etiam David lacrymas Scriptura sacra non reticuit: cui cum nunciatum esset, filium suum Absalonem, ex quercu pendentem, tribus lanceis manere confosum; etiam rebellem, perfidum, & inobedientem parricidam, tamen dolore & lacrymis est prosequutus eum, & ipse incredibili dolore affectus. Aiebat enim magna verborum teneritudine: Filium mihi Absalon, Absalon filium mihi: quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te. Si ergo David sanctus, mortem filij rebellem, & inobediens filij, qui aduersus patrem conspirauerat, & affectauerat regnum, tot lacrymis, tot singultibus & suspirijs, & tam affectuosis verbis est prosequutus, si tali ex eius morte praepropera, tristitia affectus, quae existima bimus dolorem dolorosam illam matrem, ex crudeli & praepropera filij sui morte sensisse? quas fuisse lacrymas? Quae protulisse verba, cum vnigenitum suum filium, quem opera Spiritus sancti conceperat, non rebellem, sed sanctum, non inobedientem, sed subiectum, in cruce pendentem vidisset? Equidem nemini dubium esse debet magnum concepisse dolorem, summa tristitia & angustia fuisse circumdatam, ex filij sui compassione, quem vnice diligebat, non solum tanquam eius filium, sed etiam tanquam verum Deum, sed quaerendum nobis est, quae

*Iob. 1.*

*2. Reg. 18.*

nam extiterit tanti silentij causa? Quare Euangelista sci-  
 cri, tam silenter per mare contritionis & lacrymarum  
 Mariæ praterierunt? Iohannes enim, vt alios taceam, cum  
 soluto calamo passionem filij recensuerit, dum accedit  
 ad matrem, nihil aliud de illa nobis refert, nisi quod iux-  
 ta crucem extiterit. Stabat autem iuxta Crucē Iesu ma-  
 ter eius, &c. Verū hoc in Euāgelista Ioanne nouū nō est  
 aut insolitū: sed est frequens & vlitata eius cōsuetudo,  
 mysteria fidei, quæ propter eorū magnitudinē explicari  
 non poterant, silentio transigere, & quasi significationē  
 solum mysterij proponere. Ad significandum amorem  
 illum excelsiūm, quo Pater æternus mundū dilexit, cū  
 filium suum vnigenitum ad operandam nostram salu-  
 tem, de cœlis ad terram mittere dignatus est, videns hu-  
 iuscemodi amorem, omni humanæ ponderationi lon-  
 ge imparem esse, hac loquendi forma vsus est: Sic  
 Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum  
 daret. Voluit etiam nobis inuere capite quarto quan-  
 tum ex illo Samaria itinere fatigatus fuerit, qui fi-  
 lius cum esset Dei, ieiunus & pedester, calore dici  
 vrgente, & sitis ardore nimis eum vexante, per viam  
 illam incellerat: & cum defatigatio illa sufficienter  
 non posset explicari, in hæc breuissima verba pror-  
 rupit. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra  
 fontem. Non facilē explorari queat quanto dolore sacra-  
 tissima Virgo ex amissione charissimi filij in templo,  
 fuerit affecta. Dolor enim ille intensior fuit & ma-  
 ior quam verbis explicari possit. Nam ( vt Origenes  
 inquit ) suspicabatur, an propter aliquam eius negli-  
 gentiam, ad cœlos vnde venerat, euolasset, an forte ( vt  
 alij considerant ) Archelaus Herodis filius, qui in il-  
 lius regnum successerat, ad mortem eum apprehen-  
 derat: & tamen immensum hunc dolorem, verbo  
 vno comprehendit Euangelista Lucas, dicens. Fili-  
 cur fecisti nobis sic. Sub illa dictione, sic, sit my-  
 sterium

*Solus Euā-  
 gelista Ioa-  
 nes magna  
 mysteria si-  
 lentio tran-  
 sigere.*

*Ioan. 3.*

*Ioan. 4.*

*Origen.*

*Luce. 2.*

sterium adumbravit, quodd totum illum dolorem  
 amplectitur. Si ergo dolorem hunc nequiuit expli-  
 care Euangelista, cum tamen ex re dubia & incerta  
 natus esset, quanto magis dolor ex compassione filij,  
 erit inexplicabilis? qui non ex incertis suspitionibus,  
 sed ex certa scientia, & oculorum testificatione ha-  
 buit ortum? Et quidem tanti fuit huius doloris magni-  
 tudo, quod Euangelista non sit ausus, illum verbis ex-  
 plicare, sed vmbra quadam & significatione exhibita, si-  
 lentio pertransijt. *Contentose con dar vnas vislumbres, y  
 vnos lecos no mis, vna cifra de aquaste dolor.* De celebri il-  
 lo pictore Timante, refert I. Iunius, quod sacrificium  
 Ephigeniæ, filia Regis Agamenonis depingens: cū ad  
 depingendum parentem pennicillum conuertit, faciem  
 eius velo cooperuit. Depinxerat enim mito artificio sa-  
 crificij locum, tapetibus deauratis ornatum, tortorē, gla-  
 dium euaginatū sanguine plenum manu sua tenentē:  
 depinxit Ephigeniam virginem pulcherrimam, semi-  
 mortuam in terra iacentem, & vltimum spiritum exa-  
 lantem, circumstantes omnes, qui tristi aderant spectacu-  
 lo, factis indutos, manibus complicatis, & ex oculorū  
 fontibus magnam vim lacrymarum profundentes. Quā-  
 do verò ad depingendum Agamenonem patrem deue-  
 nit, visus est, dolorem illum vehementem, quem ex mor-  
 te vnice filia cōceperat, artem superasse, & penicillo de-  
 pingi non posse, quare significatione magis discursus,  
 quam artis depinxit, & ante faciem eius velū apposuit.  
 Quasi diceret, tantus fuit dolor, quod nulla arte, nullis  
 coloribus explicari potest. Hoc idem hodie Euange-  
 listæ Ioanni accidisse mihi videor: depinxit celestis  
 hic artifex cruentum illud sacri ieiunij vnigeniti filij  
 Dei, cuius sanguine reconciliati sumus Deo, & ad gra-  
 tiam eius à qua cecideramus: per primi patris transgres-  
 sionē, reducti. Depinxit sacrificij locū, tortorū seuitiā,  
 dolorū magnitudinē, patientis tolerantiam, & alia quæ  
 ad huiusmodi sacrificiū pertinere videbantur: cū autem

*Plinius.  
 Pictura  
 Ephigeniæ*

ad depingendam dolorosae matris, quae tunc aderat, tristitiam accedit, quasi impossibile iudicans, dolorem illum ad viam explicare posse, velo quodam illum cooperuit, & quasi silenter pertransiit: nihil aliud dicit, nisi quod stabat iuxta crucem mater eius. Quasi dicat, sufficiat dicere, quod sit mater, & talis mater, & mater talis filij, & quod praesens aderat, & iuxta crucem stabat, ut sub hoc velamine, vehementem animi sui dolorem intelligatis. Et quidem, non leue argumentum desumi potest vehementissimi & excessiui doloris virginis, ex eo quod matrem eam appellat. Nam sicut non est amor, qui cum amore parentum erga filios comparari possit, ita neque dolor ex eorum morte & calamitate conceptus. Haec enim in scriptura solet esse vitima amoris, ac doloris ponderatio. Isaia capite sic dicitur. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, ita ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego autem non obliuiscar tui: Tancquam impossibile reputat Propheta, quod mater filium suum non diligat, aut quod illius obliuiscatur. Maior securitas, quam rex aliquis de hoste potest sumere, est filium eius loco indutiari apud se retinere: non enim praesumit natura futurum esse patrem, qui filij sui obliuiscatur, aut pro omnibus mundi diuitijs vitam eius periculo mortis exponat: quin potius e contrario, quam plurimi extiterunt parentes, qui pro filiorum vita periclitanti, morti se exposuerunt. De Absalone fertur. 2. Reg. 18. Quod in coniuratione quam fecit contra patrem suum in regni pretensione, quadam sui effugiem publice erexit, cui talem titulum suppositum fuit. *Non habeo filium.* Quasi diceret iuxta Iosephi & Lyrani expositionem, solus filiorum amor, impedimento mihi esse posset, quominus rem tam arduam ac difficilem qualis est regni praesensio aggrederer, ne mei causa aliquid mali paterentur: tamen, non habeo filium, qua propter, nihil mihi erit timendum. Cum vellet diuinus spiritus per Ieremiam Prophetam ponderare, quantum

tum peccata sint deploranda, sic inquit. *Lucum vnigeniti fac tibi planctum amarum, quasi hic esset vltimus doloris & lacrymarum terminus.* Mulier enim, quae plures habet filios, vno deperdito, in alijs consolatur: at, si vnicum habuerit omnium bonorum suorum heredem, incessanter plorat, tristatur valde de morte eius, & nullus consolationi locus relinquatur: & ideo forsitan mater Tobiae filium suum deplorans, baculum suae senectutis appellabat. Ut quid misimus te peregrinare baculum senectutis nostrae lumen oculorum nostrorum; quia sicut senectus, maxime, si luminibus priuata fuerit, sine baculo sustentari non potest, aut incedere, sic & illa, neque sine filio suo vnigenito viuere. Deplorabat Demostenes, filij vnigeniti mortem, & quem vnice diligebat, multiplici prosequeretur dolore. Ad quem accessit quidam, intemperantiae & imprudentiae illum accusans. *Quid igitur? Tantum literarum studium, tam insignis Philosophia & eloquentia, ad dolorem temperandum, non sufficient?* cui respondit. *Paterni affectus & amoris es ignarus, nescis quanto amore filius diligatur a parentibus, cum filium habueris, & amorem patris senties, & fletum meum non culpabis.* Solent enim parentes, vitam filiorum super propriam vitam aestimare, & pro illis, vltro morti se exponere. Non est pater tam agrestis & efferatis moribus constans, qui pro filijs seipsum non euisceret, instar Pelicani, & proprium non effundat sanguinem. Genesis cap. 25, dicitur, quod tentauit Deus Abraham: quae tentatio, non fidei sed amoris fuit. Voluit enim experiri, an Deum supra seipsum diligeret. Sedin quo illum tentauit? Tolle, inquit, filium tuum quem diliges Isaac, & offer illum mihi, &c. Non in diuitijs tentauit illum, non in honore, aut salute, non in charissima vxore Sarra, sed in filio, qui supra omnia haec diligitur, ut amor esset notior, & euidentior experientia, quia pater multoties supra seipsum, filium diligit. Quapropter, statim subdit. *Nunc cognoui quod timeas*



*Gen. 22.* timeas Deum. *Agona conuorço que eras mihi inigo, y esta es la may. y prueua de tu amor.* Sed percontari libet: Quomodo ò Deus nunc cognoscis serui tui Abrahamæ, timorẽ & amorem? Nonne iam diu multa gessit, ex quibus id ipsum cognouisti. Fornacem ignis propter te est ingressus in Chaldea, propriã patriam est egressus, tibi de cœlo loquenti, fidem habuit, & pro te longissimam peregrinationẽ suscepit: quomodo ergo affirmas amorem eius nunc cognoscere? Verũm hoc non fuit prateritarũ rerum obliuio, sed huius operis ponderatio. Fuit enim tam magnũ opus, filium suũ unigenitum offerre, quod respectu eius, cetera omnia, lóge inferiora iudicentur. Tandẽ ad tyannũ Pharaonẽ deueniamus, in quo mahi festè perspicitur, quantum filius vnicus diligatur. Cum enim tot plagis, tot verberibus, conuersus nõ fuerit, aut cor eius, alinquantulum à sua duritiã defecerit (erat enim manibus ipsius Dei obduratum) tamen, cum in proprio filio flagellatus fuit, ad Moysem deuenit vinctis manibus, & quasi mansuetus agnus, veniã petijt. Mirabile dictu, quem culices persequentes non potuerunt emolire, nec noxiã ranã conuertere, quem flumina in sanguinem conuersa, & clara dies in densissimas tenebras cummutata, non terruerunt: sola filij mors deuicit, & ferrea eius viscera, in ceram liquefactam conuerterunt. Sed age virgo sacrosancta, quis ex omnibus hominibus in amore filiorum, tibi valuit comparari? Diligebas enim filium tuum super omnes puras creaturas, tam intensa charitate, quod supremas potestates, in hoc ipso superabas. Quod si Abraham tantum, de sacrificio filij sui doluit, quod ex hoc facto, argumentum suæ dilectionis cœlum sumpsit, si Pharaõ ex repentina hæredis morte sic concussus est, quid de te virgo sacratissima, Regina cœli, mater Dei, imperatrix mundi, & peccatorum aduocatrix, in violenta & crudeli filij tui morte, non leui coniectura, mens nostra iudicabit? Proculdubio dolor tuus, supra omnem

matrum & mulierum dolorem exitisse, credo. In alijs quidem matribus, voluntas est partita, amorque diuisus: nam partem amoris marito tribuunt, partem diuitijs, partem voluptati, partem Deo: at sancta hæc dilectrix, vim amoris sui collectam habuit, & totam voluntatem filio dedit. In ieo enim habuit filium, quia alium non habebat, habuit sponsum, quia Ioseph iam obierat: habuit diuitias, quia diuitias alias non possidebat: & denique habuit Deum, quia verus Deus erat. Verẽ enim de te Virgo sacrosancta, illud Isaia dici potuit. Venient tibi hæc duo subito in die vna, sterilitas & viduitas. Sterilis facta es, quia sine filio, vidua, quia sine sponso, pauper, quia sine thesauro cœli, sola, quia sine Deo homine: Quam multarum rerum in vnico filio, passa es iacturam. Inquit Aristot. *Aristot.* *de Animalibus*, quod mulieres tenerius diligunt filios: vnde prouenit, quod etiam si patres plus detantur de eorum rebus prosperis quam matres, tamen matres plus de aduersis dolent, quod prouenit ex diuersitate cordis: Cor enim viri latior est & gaudij capacior, at cor mulieris, tristitiæ & meroris. Hoc in æterno Patre, & Virgine filij Dei matre adimpletum cernimus, iuxta ea quæ acciderant Christo. De rebus prosperis Christi, de his quæ ad gloriam eius spectabant Pater valde lætabatur, & magna gaudij ostendebat indicia. Baptizatur in Iordane, & ecce Pater amplexatur eum, & voce alacri de nube descendit filium suum confitetur, dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Quando in Thabor monte transfiguratus fuit, gloria & honore coronatus, & corpus eius claritate perfusum, ipsemet Pater affuit, in nube, Moysen & Heliam gloriæ unigeniti filij sui testes adducens, & voce de cœlo de lapsa diuinitate suæ in mundo palam fecit, dicens. Hic est filius meus dilectus, &c. At, si rem bene speculati fuerimus, tẽpore suæ passionis & aduersitatis, eum

Isaia. 49.

Aristot.

Pater plus lætatur de prosperis, mater plus dolet de aduersis filiorum.

Matth. 3.

Matth. 17.

Matt. 27.

eum deseruit; & sic in cruce clamabat, Deus, Deus meus; vir quid me dereliquisti? Magnam enim ab aeterno Patre desertionem passus est: quia si homo ille Christus filius eius non esset: Nimirum, quia mortis & dolorum eius compassio, matris suae referuatur, quae tenerè super omnia diligebat. Non enim virgo sacrosancta eum deseruit in sua passione, sed illi compassa fuit, & omnium dolorum suorum particeps: Stabat enim iuxta crucem, & filium suum morientem comitabatur. Est & alia ratio, quae matris dolorem auget. Nam alij filij parentibus sunt communes, nempe ab utroque parente progeneri: quare eorum compassio, & de rebus aduersis dolor conceptus, inter utrumque parentem diuiditur. *Es. li. j. parto y asilo es uambier el dolor entre entrambos.* At Christus secundum humanitatem totus fuit beatæ virginis filius, quia licet ab Spiritu sancto conceptus, tamen non fuit Spiritus sancti filius: & ideo filius virginis passim appellabatur. Fuit enim ex matre sine patre in terra, sicut ex patre sine matre in caelo; ex quo nimirum sequitur, & quod filij sui compassio, sibi soli referuaretur, & quod super omnes alias matres de morte filij sui doleret. Qualis ergo esset dolor Virginis, quando iuxta crucem existens, filium suum vnigenitum videret? Cum carnifices illos sacrilegos sanguinem eius fundentes intueretur? Cum illum illuderes, & acrum siri eius propinantes? Si meretrix illa, de qua 3. Regū agitur, in qua primum sapientiae Salomonis periculum, desumptum est, tantum de occisione imminente filij sui doluit, quid de sacrosancta virgine existimandum est? Venerunt, ut tibi dicitur, duae mulieres coram Salomone super tribunali sedente, quarum vna ait. Obsecro m' rex, ego & mulier haec habitabamus in domo vna, & peperim apud eam in cubiculo. Tertia autem die postquam ego peperim, perierit & haec, mortuus est autem filius huius nocte, dormiens quippe oppressit eum, & consurgens nocte, tulit filium meum de latere meo, ome dormiente, & loco eius

Christus  
totus ex  
virgine si  
ne patre  
in terra.

3. Reg. 3.

7. d. m.

appo-

apposuit mihi filium suum mortuum. Audiens autem alia mulier, contra clamabat: Non est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Cui alia respondebat. Mentiris, filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. Et sic in hunc modū coram Rege contendebat. Tunc Rex ait: Matris, & in mea praesentia? sat est. Cito afferte mihi gladium, & ego lites inter vos componam: Alato gladio, illum super infantem eleuari iussit, dicens: Veritas huius rei nequaquam probari potest, quia non habetis testes, vnaquaque vestrum, filium viuum, suum esse affirmat, iustitia ex aequo diuisa esse videtur inter vos. Diuidite infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Acquieuit illa, cuius non erat infans. At vera eius mater, tanto dolore fuit percussa, quod commota sunt viscera eius super filio suo. *Rasgaron se le entradas y el coraçon, parece q se le auia partido por medio.* Gladius quo secandus erat filius, prius secavit eius viscera, & dixit Regi: Obsecro Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Iam ex hac historia discere poterimus fratres, & quasi in enigmate intelligere, qualis fuerit huius desolata matris dolor, cum filium quae ex visceribus suis genuerat, interficere videbat. Quis ad vnguem enarrare poterit, quibus angustiarum vndis, cor eius virginetum fuerit perturbatum, cum duas illas meretrices, Gentilitatem & Sinagogam videret super filio suo disceptantes? Videbat quippe diuinæ vltionis gladium super filium suum minitantes, vt in duas secaret partes, & animam à corpore secerneret. Instabat gladius, clamabat Sinagoga, Gentilitas vrgebat, caelum erat clausum, discipuli auflugerant. Pater deseruerat, sola adebatur Virgo mortem eius intuens. Si ergo meretricis viscera commota sunt super filio eius, cum districtum vidit gladium, quid non commouerentur virginalia viscera, cum gladium diuinæ iustitiae, super vnigeniti sui caput splendescere videret? Et quidem non incongrue iuxta cru-

N n cem

*D. Chryf.* cem stetit dicitur, quia dolor hic, iuxta crucem erat, id est, dolori crucis non ab similibus. Quapropter, iuxta *D. Chryf.* placitum, duas cruces, duoque sacrificia, hic consideranda sunt, aliud sanguinis, aliud vero amoris, unum in monte Caluariae, aliud in corde virginis, & unum quidem alteri fuit per simile. Amor enim secundum *D. Diony.* Dionysium, virtus transformatiua est: quare sicut per amoris affectum, in dilectum suum erat transformata, sic etiam amor, omnes dolores filij, in matris viscera transfundebat. Quot lésiones in corpore filij: Hieronymus ait, tot vulnera in corde matris. Clauis quibus corpus filij pendebat in cruce, etiam cor virginis confixum habebant. Nullum ictum recipiebat corpus, cui non tristis Echo in corde dolorosa matris responderet. Adimpletum est in virgine, quod in Canticis per Salomonem fuerat praedictum. Sub arbore malo suscitauit te amica mea, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua: pone me vt signaculum super cor tuum. Suscitauit Deus virginem sub arbore malo in Paradiso, vbi genitrix & mater omnium viuentium Eva dehonesta fuit, & serpentis venenosis persuasionibus decepta & corrupta, quia omnibus Adae filijs sub arbore illa cadentibus, ipsa sola praeseruata fuit, & a communi peccati originalis lege exempta. Et bene sub illa arbore Christi crucem adumbrante, quia in virtute crucis praenisa hoc gaudia est privilegio. Si ergo, inquit Sponsus, sub crucis arbore suscitauit te, & ab omni culpae labe reseruauit, par erit, vt sub ipsa arbore beneficii memor, debitum mihi rependas. Pone ergo me vt signaculum super cor tuum. Quando signaculum, seu sigillum aliquod super ceram ponitur, omnes eius characteres & figuras, ad ceram ipsam transfert. & refundit, nihil in sigillo continetur, quod in ipsa cera sculptum & impressum non remaneat. Pone me, inquit, vt sigillum super cor tuum. Sigillum erat corpus Christi, cera vero cor virgineum. Sed quales, quae, huius sigilli

sigilli erant figurae? Quales corporis illius sanctissimi impressiones? flagellatum erat, spinis punctum, sanguine perfusum, vulneribus plenum, & clavis cruci confixum: Haec eadem in corde virginis consideranda sunt, in quo tanquam in liquefacta cera, omnia filij sui vulnera, quasi sigillo quodam sunt impressa. Propheta sanctus Ieremias in *Trenis*, vastitatem & contritionem populi sui considerans, qui a Chaldeis fuit deuastatus, non sine magna lacrymarum abundantia, aiebat. Cui comparabo te, aut cui assimilabo te filia Hierusalem? Cui exequabo te & consolabor te virgo filia Sion? Magna est enim velut mare contritio tua. Considerabat antiquae illius ciuitatis ruinam, & extremam ad quam infelicitatem deuerat. Intuebatur muros dissipatos, portas exustas, profanatum templum, & supra illa aedificacia a fundamentis conculsa. Videbat vias Sion lugentes, senes defecisse, iuvenes gladio interfectos, paruulos ad petram colissos, & tandem, omne pulchrum & oculis spectabile illius ciuitatis perisse, & in magnam lacrymarum copiam prorumpens, aiebat. Cui parabo te, &c. Quasi diceret. Si dolor aliquis esset o virgo filia Sion, qui cum dolore quem pateris comparari posset, forsitan in medium proferrem, vt ex comparatione eius, aliquid solatij aut consolationis acciperes: Verum dolor tuus tantus est, quod cum nullo alio comparari possit. Magna enim est velut mare contritio tua. Nam sicut aqua maris, torrentium paruulorum aquas excedit, cui nullo modo comparari valent, sic dolor & contritio tua, omnes alias antecedit & superat. O virgo sacrosancta, & super omnes mulieres benedicta, quanto aequius e de te, quam de filia Sion haec eadem verba proferri possunt. Quis enim considerat contritionem tuam, cordis tui ruinam, & lacrymarum fontes, quibus vniuersi tui deploras mortem, quis desertionem tuam intuetur, quae vniuersum, quem habebas filium, tuorum lacorum requiem, & dit.

tae afflictionis solamen, manus impiorum a te abstulit: qui non statim cum Propheta exclamet, & dicat. Cui comparabo te, & consolabor te, virgo filia Sion? Si esset dolor aliquis tui similis, fortassis consolarer te: at dolor hic est nulli secundus, cum nullo alio comparandus. Magna enim est velut mare contritio tua, quia sicut mare flumina, sic dolor tuus omnes alios dolores antecellit, & bene sicut mare dolor tuus esse dicitur: nam sicut in creatione rerum, ita in recreatione factum est, ut mundi reparatio suae primae constitutioni responderet. In principio enim mundi, cum aquae essent super uniuersam faciem abyssi, dixit Deus: Congregentur aquae, quae sub caelo sunt in locum unum, & appareat arida. Quod quidem ita factum est. Congregatae quippe sunt aquae in locum unum, quod appellatum fuit mare propter aquarum congregationem, & tunc apparuit terra arboribus consita, floribus depicta, & magna pulchritudine & rerum varietate ornata. O qualis erat sanctissima Christi anima in passione sua, quam plena doloribus, & tribulationum undis exuberans. Verè enim aquae erant super faciem abyssi, & cor eius sanctissimum quasi praecipuum habebat. Hoc verba illa diuini Citharedi indicant. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, &c. Dixit verò Deus: Congregentur aquae in locum unum, ut appareat arida. Ut enim in florida Christi resurrectione, terra illa humanitatis eius, luce perfusa & gloria vernans apparere posset, necesse fuit, ut aquae dolorum pertransirent, & ad locum aliquem congregarentur. Quod quidem factum est: pertransibant inundationes dolorum, per filij animam in cruce pendens, & omnes ad mare congregatae sunt, ad cor, scilicet, Mariae, in quo omnes quasi in mari receptae sunt. Quis igitur medebitur tui o Mariae: quis consolabitur te, cuius

Contritio virginis ut mare dicitur.

Genos. 1.

Psalm. 68

eius contritio velut mare est: cuius dolor acerbus, omnes mundi dolores in immensum excedit?

Sed virgo sacrosancta, consolare obsecro, & a dolorum gemitibus aliquantisper abstinere, temperantiam tuam lacrymarum flumina: quia si consolatio tua ex aliquo simili dolore patet, ego simillimum in medium proferam. Quis enim dolor tui similior esse poterit, quam quem de Agara, Abrahæ ancilla, scriptura sacra refert. Nam & tu ab ancillæ nomine, omnino non abhorres, cui incarnationis nuncio dixeris: Ecce ancilla Domini, hac mihi secundum verbum tuum. Errabat Agar in solitudine, de domo Abrahæ Dei mandato eiecta, & deficiente aqua, filius eius Ismael praesiti deficiebat: quæ ne morientem filium cerneret, abiecit eum sub ter vnam arborem quæ ibi erat, & separata est ab eo procul, quantum potest arcus iacere sagittam, & ibi sedens lamentabili voce filium suum morientem flebat. Ecce virgo sancta dolorem, tuo non ab similem verfaris quidem in solitudine Caluarij montis, omni humano auxilio destituta, ubi filium tuum unigenitum praesumpta siti morientem vides. O quanta fuit Dei nostri sitis, quantum salutem nostram sitiebat, quam vehemens redemptionis nostrae ardor. Hoc enim verbum illud, siti, idumbrabat. Nam sitis illa partim naturalis erat, eo quod multum sanguinis fuderat, ex quo grauisima siti laborabat: Nam quid est dicere siti? nisi vires meae extenuatae sunt, tum in itinere, tum in verberibus, tum etiam in clauorum perforatione, & ideo sitim patior; sed, ut ingnuè fatear, grauior erat alia Christi sitis, qua ab instanti conceptionis suae, salutem nostram sitiebat & optabat, de qua per Psalmistam dixerat. Cucurri in siti: nam huius sitis ardor, aduentum suum accelerare fecit. Cum ergo Dei filius sub arbore crucis existens, sitim istam patiebatur, cum praesumpta siti exalabat animam stabat non longe mater eius, sed iuxta crucem, quantum arcus possit iacere sagittam, ut sagittae omnes, quae de arcu crucis mittebantur,

Dolor virginis cū dolore Agar comparatur.

Lucæ. 1. Genes. 21.

Ioann. 17.

Psalm. 51.

Tempo. s.

psal. 119.

Verbu Christi  
sui ex cruce,  
sagitta  
cor virgini  
vulnerantes.

Mat. 23.

Christus  
matris suae  
curam habuit

tur, cor eius vulnerarent & transigerent. Verba quidem illa quae de cruce loquebatur quid aliud, nisi sagittae quaedam erant, quae cor virginem transigelant? Verum quidem de illa cruce potuit illud Ieremiae Posuit me quasi signum ad sagittam, inivit in renibus meis filias Pharae suae. Solet signum, quod ad faciendas sagittas positum est, ex omni parte esse discisum & vulneratum, ex continuis sagittarum ictibus. O quale fuit cor virginis in illa, quam discisum & vulneribus plenum, quantis cruciatibus affectum. Quid aliud versa illa erat, quae Christus in cruce pendens loquebatur, nisi sagittae potentis acutae, cum carbonibus desolatorijs, quae Deipatris viscera penetrabant? Quali quae afficeretur dolore, cum crucifixoribus veniam postulabat? Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Quali praemeretur angustia, cum illum cum latrone colloquentem videret, & paradysum illi promittentem? Hodie dicebat illi, mecum eris in Paradiso. Sed o virgo gloriosa, cesserat vox tua a ploratu, & lacrymas praesumpter comprime: Vides filium tuum de cruce te ipsam aspicientem, praepara cor tuum ad sagittam de ore filij tui agredientem. Eleuat filius oculos ad matrem suam aspiciendam, mater nec per momentum a filio suo ebs auertet. *Enquien tras las viñas en el camino, hanse et pesame de sus dolores, y era como si con saetas les atravesarian las almas.* Quid dicam de certamine hoc gemibundo? Respice filius, benedicta matrem, mater non cessat respicere dilectum filium: sic factum est, ut instar duorum speculorum, alterutrum se intuentium, vterque vtrique, calamitates peculiare indicaret, & in corde sculptas relinqueret. Itaque, tacentes, multa sibi inuicem loquebantur.

Cum ergo vidisset Iesus matrem, & discipulum stantem, dicit matri suae: Ecce filius tuus, deinde dicit discipulo, ecce mater tua. Attendite obsecro quod licet intercruciatu, & vulnera, & licet mortis coloribus praemeretur: tamen sanctissimus filius, matris suae non est oblitus, sed ut eam solare,

D. Cyprianus

Genes. 4.

Ioannes in  
filium ad  
optantur.

Hebraea. 4.

solaretur quae terreno caelestique solatio erat dillicita, loco filij naturalis, adoptivum illi subrogat. Vbi Cyprianus ait. Considera te Domine de matre sollicitum in cruce, cui loqui tetura tum euangelizares neguearas, retro actis diebus colloquium, & praetuleras matri auditores verbi pauperes spiritu, dicens, eos tibi esse pro matre & fratribus, qui voluntati Dei obtemperarent: nunc materno moueris affectu, & thalamum humanitatis tuae, cubiculario dilecto comendans, prouides sedulo benedictae inter mulieres Apololica clientela, & obsequium virginis virgini discipulo tradis. Cum primi nostri parentes summa afficeretur tristitia propter mortem innocetis Abel, quem occidit Chain frater eius, ut tolleret eos Deus, dedit eis Seth loco eius in filium. Seth enim idem sonat, quod possessionem, quia appositus est loco Abel occisi, & reddit rationem huius nominis, dicens. Posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Videns hodie Dns morti iam propinquus, quanta in eius absentia, mater eius esset afficienda tristitia, quam desolata & omni humana consolatione destituta remaneret, ut dolorem suum temperaret, loco sui ipsius, quo orbata erat per mortem, charum & dilectum discipulum subrogat, & constituit, dicens. Mulier ecce filius tuus. Sed o virgo sanctissima, quae lingua, etiam si Iuliana poleret eloquentiam, dolorem quem ex hoc verbo suscepisti: enarrare sufficeret? Verbum enim hoc (ut Paulinus utar verbis) penetrabilior fuit omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad dissolutionem animae ac corporis. Penetrauit enim materna tui viscera, dolendum hoc, verbum de ore filij tui egrediens, & pend omnem in te vite halitum extinxit. Fuit quidem verbum illud quasi vltimum vale illi dare. Ac si patenter diceret. Vale mater mea charissima, iam enim mors in manus adest, me expectans. Neque enim fas est, ut talis mater omnino lilio orbata maneat: quapropter, in mei absentiam, charissimum quem vides Ioannem

in filium tibi constituo, ut tui curam habeat, & meas agat vices. Sed virgo gloriosa, mater sancta, Regina coeli, manū in Domina, & peccatorum aduocatrix, quo dolore cor tuum fuit percutum, & exulceratum, cum verbum hoc ad tuas proximās peruenit aures, quo vulnere anima tua fuit sauciata? Exillimo enim, quod licet toto tempore passionis tui filij, gladius ille Simeonis, cor tuum virgineū transuerauerit: tamen nūc multo magis vsque ad interiora penetrauit. Ingredebatur in tempore gaudēs Virgo sancta in die Purificationis suae, in unigenitum, quasi agnum immaculatum pro totius mundi salute offerendum brachijs tenēs, & egressus est in occursum eius Simeon iustus, more Pontifico indutus, accipiens puerū in vlnas suas, non sine magno gaudio, & lacrymarū profluuiō: qui vidēs Virginem, & lātitiām, quae ex filij sui praesentia perfusa erat, confiderans, ait illi. O virgo sancta, quanta nunc perfunderis lātitiā, & merito quidem, siquidem Dei filium, & Saluatorem mundi in brachijs tuis portas. Sed non omnes dies tam lātī tibi erunt, & fausti, non tantam tibi gaudendi materiam ministrabunt. Dies enim adueniet, quando puerulus hic, quem manibus tuis gestas, tortor tuus erit, & doloris gladius viscera tua transfigens, Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur, & tuam ipsas animam doloris gladius pertransibit. Ecce quo gladio viscera matris penetrauerit: gladio in quā verbi sui cum matri suae dixit, Ecce filius tuus. Sed qualia fratres, inter haec tristissima proferret verba, vel si nō proferre, saltim intus cogitaret mente, & versaret pectore? O filij vteri mei, & de meis visceribus genite, cur me desolatam relinquis? cur dulci prius praesentia? cur tali filio in die vna orbabor? Quae consolatio afflictae huic matri esse poterit, quae tam dulci pignore priuata manet? Nam quae ob seculo commutatio erit creator pro creatura, Deus pro homine, magister pro discipulo

Cl. dius  
Simeonis  
quis fuerit

Luc. 2.

pulo, filius Dei pro Zebedaei filio? Est ne inter filios Adae, aliquis tibi conferendus, & qui absentiam tuam supplere possit? Verē Ioannes, beata virgo dicere potuit, meus Benjamin, & filius doloris mei appellari poteris deinceps, quem crucis genui doloribus. Conuertit deinde Dominus ad discipulum oculos suos, & ait illi: Ecce mater tua, o dilecte Ioannes, quam diues deinceps effectus es, cui thesaurus ille incomparabilis, & virgineus decor est creditus. Onia enim quae possidebas, propter Christi amorem reliquisti, sed ecce maiora tibi, non sine magno favore redduntur: nam pignus hoc super aurum & topazion, & super lapidem pretiosum aestimatur. Contigit mercatorem aliquem praediuitem ab India cum magnis diuitijs reuertentem, exorta tempestate, naufragium pati: & postquam omnium mercium suarum iacturam fecit, & omnes diuitias in mare proiecit, constringit illum mori, & arculam quandam quae supererat, diuitijs & lapidibus pretiosis plenā, cuiusdam amico valdeque familiari, qui tunc forte aderat, & in laboribus fuerat socius, in signum amoris tribuit. Sic mihi videtur, Christum Ioanni fecisse, exorta tempestate crucis, fere omnium diuitiarum suarum, Dominus iacturā fecerat. Quid nō iacturam vocem, liberalitatem illam summam, qua sanguinem suum in cruce fuderat fecerat enim iacturam sui sanguinis, sui honoris, suae vitae & nihil erat, quod propter nostram salutem, passionis vndis non exposuerit. Superabat solum scrinium illud sacrosanctum, Deipara, scilicet virgo, diuitijs meritum & virtutum abundans, & hanc quidem omnino submergi, & perire nō est passus, sed dilecto Ioanni tradidit. Ecce, inquit, mater tua. O Christe sancte, & vere mundi redemptor, quanta liberalitate praestas, quā prodigum (si fas est dicere) omnium facultatum tuarum, hodie te ostendis. Nihil enim habes, quod nō liberaliter largitus fueris. Hominibus corpus dedisti, deinde cruci, Sacramenta Ecclesiae, mundo pacem, inipi-

Ioannes Bē  
jamin vir-  
ginis.

simile.

Christi li-  
beralitas in  
morte.

dis: veniam, latroni Paradisum, Patri spiritum, & matrem tuam nunc discipulo, largiri non dubitas. Age iam dilecte Ioannes, inquit: Amor meus te orbauit parentibus, & nauicula, & omnibus quae possidebas spoliavit: en tibi recompensationem tribuo, matrem meam exhibendo, en nauis insitoris, de longe portans panem illum qui de caelo descendit. Sponsam virginem, ob mei dilectionem in nuptiis Channam deseruisti, en tibi virginum Reginam comodo, ut tibi sit in matrem, & sociam. Supra pectus meum in coenae cubili, reclinatorium aureum meum tibi impendo, in quo noue mensibus recubui: eam ut matrem dilige, & tanquam dominam reuerenter cole. Fuit enim, donum hoc euidentissimum amoris signum, quo dilectum suum Ioannem Dominus prosequabatur. Patriarca Iacob ex luce hac migraturus. cum potius in alia, quam in hac vitae parte constitutus esset: ut amorem, quo Ioseph filium suum per totam vitam tempus prosequutus fuerat, ostenderet, sic eum est alloquutus. En ego morior, & erit Deus vobiscum. Do tibi partem vnam, extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo. Ac si diceret. Morior quidem, ut vides. Ioseph, in terra extranea & aliena, in summa egestate & penuria, diuitia alia non mihi suppetunt, præter hereditatem illam quam iure bellico de manu Amorrhæi abstuli, hanc tibi in amoris mei testimonium tribuo. Dilexerat Christus in vita Ioannem, & teneritudine amoris præ ceteris omnibus discipulis prosequutus fuerat, & volens in morte, hanc dilectionem illi ostendere, quam viuens habuerat, in hoc precipuo munere, omnibus fratribus suis illum prætulit. Ecce Ioannes, quomodo in terra aliena morior, quia Regnum meum non est de hoc mundo: Morior quidem in tanta paupertate & penuria, quod vulpes foueas habent, & volucres caeli nidos, filius autem hominis, ut vides, non habet, vbi caput suum reclinet. Tanta est paupertas mea, quod nudus egressus sum de utero matris mee, & nudus reuer-

Gen. 38.

Matth. 8.  
Lucæ. 9.  
Iob. 1.

revertor illuc: Nudus ingressus sum in hunc mundum, & nudus nunc ab eodem migro. Diuitia alia mihi non suppetunt præter hereditatem illam, quam præseruavi de manu Amorrhæi, & arcu crucis mee, quæ manu teneo à peccato originali immunem feci: hanc tibi in matrem tribuo, ut illam tanquam matrem diligas, & tanquam Dominam veneris, & ut in omnibus illius curam habeas.

Exinde, postquam mundi redemptor in cruce pendens, verba illa protulit tot mysterijs plena, quod nulla lingua, nulla benedicendi ars sufficienter explicare valeat, vltimum illud, consummatum est. in tonuit, & totius nostræ salutis consummatio, & illico spiritum caelo reiecit, inclinatumque capite tradidit spiritum. Et tunc quidem, omnes creaturae mortem creatoris sui deplorare ceperunt. O qualis fuit creaturarum planctus. Sol obscuratus est & tenebrae factae sunt super vniuersam terram, velum templi in duas partes scissum est. Terra tremuit in semetipsa, & commota est. Petrae scissae sunt, & monumenta mortuorum sunt aperta. Quod si petrae scinduntur, quid de corde doloris matris existimandum est? Quis dubitat tunc in duas partes scissum non fuisse? Si creaturae irrationales & insensibiles, mortem sui conditoris sentiebant, quid non piissima mater, tunc sentiret, videns filium suum morientem, quod dolore anima eius sacrosancta transigeretur? Age virgo sacrosancta, confortare obsecro, ut mulier fortis, & parum per lacrymas tuas optime: iam enim vita mortua est, iam sol obscuratus. iam filius tuus defunctus, ratio postulat, quod de terra resurgens, illum, ut Deum adores, quæ ex tuis visceribus genuisti. Surgit à terra in qua iacebat quasi exanimis virgo illa purissima & tenerrima mater & genuflexa coram doloroso filij aspectu, sic eum cruci affixum adorat. O nate Dei, o amantissimè fili, o dulcia mea pignora: ego prior sum quæ mane natiuitatis tuae ingredientem in hunc mundum, adorauit quanto latentes Angeli caelesti melodiam personabant, & per aëra discurrentes, gloriam Deo in excelsis canebant. Quando te cantauit et alborada,

Omnis creatura mortem creatoris sui deplorant

Adorat virgo filium crucifixum.

ydauan al mundo el parabien de tu venida. Et nunc etiam prior sum, quæ te egredientem ex hoc mundo adoro, quando omnes irracionales creaturæ dolentes & tentes, de morte tua contristantur. *Agora pago bien el escote del alegria de entonces.* Quia si tunc lætabar, quia te tenebam in brachijs, nunc perfundor lacrymis, quia te in crucis brachijs pendentem intueor. O amantissime filij, lumen oculorum meorum, & cordis mei gaudium, quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te. Heu me miseram, vt quid vitam sustineo, si quidem vita animæ meæ defuncta est? Quis te, o filij mi tam atrociter vulnerauit? Quis tot vlceribus affecit? Quid caput tuum aureum, quod angelorum & hominum caput est, peccauit, quia sic spinis acutissimis transfigitur? Quid oculi tui diuini super solem pulchriores comiserunt, quod sic obscurati sunt, & in colorem sanguineum conuersi? Quid lingua tua benedicta Spiritus sancti instrumentum, & super mel & fauum dulcior, quod aceto & fele amaricatur? In quo manus istæ cœlorum fundatrices excesserunt, quod acutissimis clauis perforantur? Quid pedes committere potuerunt, qui pedes nostros direxerunt in viam pacis, quod illos patibulo crucis affixos videro? Quid denique cor tuum diuinum igne charitatis accensum, & hominum amore flagrans, quod mucrone lanceæ vulneratur? Verum enim verò, non propter tua, sed propter hominum peccata vulneratus es, & quod non rapuisti, nunc soluis. Primus enim homo acerbū pomum in Paradiso rapuit & gustauit, cuius tu modo acerbitatē sentis. ipse furtum comisit, cuius tu verbera & flagella sustines: o filij vteri mei, & si verberatū, consputū, illusum, & plagis affectum: tamen te adoro, te veneror, te colo, & verū Dei filiū confiteor. Agite iam nunc fratres, accedamus & nos, & simul cum matre ipsum adoremus, imensas illi pro redemptionis beneficio gratias agamus, cōpatiamur filio, cōpatiamur & matri, consortes simus & socij passionū, vt participes possimus esse gloriæ, &c.

SABBA.

S A B B A T H O  
Hebdomada sanctæ, de descensu crucis & sepultura Domini.

CONCIO.

Post hac autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa (eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem, propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu: & permisit Pilatus. Ioannis. 19.



ARAT Scriptura sacra, in. 1. libro Paralipo. cap. 28. quod cum Dauid Rex morti esset iam propinquus, vocauit filium suum Salomonem, & dedit illi descriptionem templi cum omnibus suis circumstantijs & partibus, sicut in exemplari, quod de manu Domini acceperat, continebantur. tñ charissime filij exemplar, iuxta quod, domus Domini, edificanda est. Huius magnitudinis erit altitudo eius, longitudo verò, huius. In hac parte erit arca fœderis, in illa verò candelabrum. Ad hanc formam adaptabuntur cubicula, cœnaculum, & propiciatorium, & fenestra. Accepit Salomō exemplar de manu patris sui, quod in adificatione templi, summi illi artifices, semper coram habuerunt vt nec in minima aut leui re ab eo excederent, aut deficerent. Humanitas Christi redemptoris nostri in scriptura sacra, iure optimo, templum appellari solet, in ea enim

1. Pariplo. cap. 28.

Templide scripto salomoni da

Christi humanitas, tñ

pleni,

Gen. 3.



plum appellatur. plenitudo diuinitatis habitauit corporaliter, (vt verbis D. Pauli vtar) Sic appellauit eum ipse Dominus cum Colosen. I. Phariseis agens, cum dixit: Soluite templum hoc, & Ioann. 2. post triduum reedificabo illud. Et addit D. Ioannes, quod Pharisei de templo illo Salomonis intellexerunt Christi verba, at ipse loquebatur de templo corporis sui. Si ergo Deus circa templum illud materiale, manibus hominum erigendum, tantam habuit prouidentiam, vt descriptionem & exemplar eius per manum Dauidis Salomoni tradiderit, vt iuxta exemplar acceptum, tota erigeretur machina: quanto a quibus erat, vt iuxta humanitatem Christi Spiritus sancti manibus efformata, nihil ageretur, nisi iuxta typum & exemplar, quod per Patriarchas & Prophetas, qui de hac re vaticinati fuerant, diuinitus erat traditum? Osee. 12. Ego, inquit, per Oseam, in manibus Prophetarum Christus in asimilatus sum. Quid est in manibus Prophetarum asimilatum esse, nisi exemplar, & descriptionem tradidisse, quam vellent nolent, ministri huius sacrosancti templi, in sua passione obseruassent? Habuerunt quidem detestandi passionis Christi executores, hoc exemplar ante oculos, & licet in eum furerent, & crudeliter seirent, tamen nihil erga eum fecerunt, quod non esse a Prophetis prænunciatum, & in exemplari mirabiliter depictum. Ad hunc sensum explicant D. August. Glossa inter. & Lyranus, verba illa, quæ in cruce pendens dixit: Consummatum est. Id est, iam omnia in exemplari contenta sunt peracta, cunctas Prophetarum prædictiones adimpleta, omnia redemptionis mysteria consummata. Et hoc quidem quantum ad eius mortem: nam quantum ad eius sepulturam attinet, adhuc restabat prædictio quædam adimplenda, quæ habetur apud Isaiam cap. 53. vbi sic ait. In illa die radix Iese, qui stat in lignum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. & erit sepulchrum eius gloriosum. Loquitur Propheeta de Christo

Christi iuxta interpretationem sanctorum Ecclesiarum patrum, Hilarii, Athanasij, Iulij, & Tertuliani. Quod etiam translatio Septuaginta interpretum confirmat: nam vbi dicitur Radix Iese, addit. Et quæ conuergit vt Princeps gentium, vt intelligamus Propheeta loqui de Christo, cuius imperium in eius morte ad gentes fuit translatum. Pagninus vero & Vatablus, sic vertunt. Et erit in die illa, eum qui egredietur de radice Iese, qui stabit vt vexillum populorum, Gentes quærent: stetit enim Christus in vexillum populorum, quando in cruce fuit exaltatus, & tunc Gentes eum quæserunt, quia extunc ad fidem coeperunt conuerti. Alij enim fatebantur, illū verum esse filium Dei, alij vero percutientes pectora sua conuertebantur. Et subdit Propheeta dicens. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Quasi diceret, quamuis mors eius indecens fuerit & ignominia plena, tamen sepulchrum eius magna splendet gloria. Gloria huius sepulchri non solum in eo consistit, quod Dominus deuicta morte surrexerit (quamquam & hoc magnæ gloriæ attribuitur) sed etiam, quod cum à tortoribus & militibus, infamissimis quidem hominibus, crucifixus fuit, uic tamen per manus Ioseph, & Nicodemi virorum illustrium, sepultura mandatus. Et hoc est quod ipse Propheeta Isaias c. p. 53. prædixit: Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua, eo quod iniquitatem non fecerit. Septuaginta sic legunt: Et dabo impios pro sepultura eius & diuites pro morte eius: vt non solum Iosephum Abarimathi hominem primarium in ciuitate & prædiuitem comprehendant, verum etiam Nicodemum legis Doctorem, & apud plebem magnæ authoritatis Quem locū D. August. sic explicat. Mali dati sunt pro sepultura ad custodiendam eam, quia intulerunt Iudæi ad Pilatum dicentes. ei Audiuimus quod ille impostor dixerat discipulis suis, quia surrecturus erat: ut eum custodire sepulcrum. Dati ergo sunt pro sepultura eius ad custodiendum

Hila. lib. 5.  
de Trinit.  
Athan. de  
incarn. ver  
bi.

Ensch. lib.  
2. de mens.  
cap. 41.  
Tertul. lib.  
de Trinita.

Christi regnum.

Gloria sepulchri.

Esai. 53.

D. August.  
tom. 10. bo  
3<sup>o</sup> super il  
lad Ascen  
det sicut vi  
gulum.

custodire

custodes, qui corrupti pecunia à Sacerdotibus veritatē absconderunt, dati diuites propter mortem eius, qui eum sepelirent, & summa reuerentia, terræ corpus eius commendentarent. Narrat nobis hodie Euangelista Ioannes hanc historiam, dicens: Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph, &c.

Non dubito verbum illud, post hæc, magnam emphasim, & non per vulgare mysterium, apud Euangelistam continere. Quasi diceret, post atrocissimam Christi mortem, post sanguinē eius fufum, post tot flagella & vulnera sibi illata: ecce Ioseph vir bonus ac iustus, venit ad Pilatum, & audacter ad eum introiuit, corpus Iesu petens, vt illud sepulturæ mandaret. Quasi significās, quod in virtute sanguinis Christi fusi, ille qui prius discipulus fuerat occultus, mortem contemnēs, & omnia posthabens pericula, iam inciperet fieri manifestus. Habuit etiam officij humanitatis comitem Nicodemum, qui venerat nocte ad Iesum propter metum Iudæorum, nunc verò, omni timore postposito, in publicum prodire non est veritus. Ecce adimpletum cernimus in Christi morte, quod per Euangelistam Ioannem prædixerat. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me ipsum. Habuit enim crux Christi & innocens eius sanguis, virtutem quandam attractiuam, qua corda peccatorū ferrea sicut magnes attrahebat. Vix exaltatus fuit in cruce, quando adhuc viuens latronem attraxit, vi quadam amoris, & ad eum per veram cordis contritionem est conuersus, deinde Ceturionem, quem gutta sanguinis Christi de cruce cadens, forrē tetigit, & tactus dolore cordis intrinsecus, pectus suum percutiēs dixit: Verē filius Dei erat iste: nunc verò post eius mortem, Iosephum, & Nicodemū attraxit, qui de eius exequijs & sepultura curarent. Per vatem Oseam cap. 9. de fugi peccatoris, sub nomine Efraim agens, inquit. Efraim quasi auis euolauit. Habet auceps auem venaticam preciosam: quæ, si dimissa ad manum eius non reuertitur,

Virtus sanguinis Christi.

Ioan. 12.

Osea. 9.  
Simile.

rar, per montes, & nemora, per frondes, & spinas, rubos & sentes, non sine magno labore & defatigatione eam perquirat. Et tandem, super aliquam arborem ascendēs, carnes cruentatas, & sanguine perfusas ostendit ei, vt ad manus eius iterum reuertatur. Aufugerat quasi auis de manu Dei peccator, quando in nemore Paradisi per præcepti transgressionem, ab eo separatus est. Nam iniquitates nostræ inter nos & Deum, diuisionem fecerunt, vt Isaias inquit. Venit Deus quasi diuinus auceps in desertum huius mundi ad illum inquirendum: quæsiuit illum per labores, per famem, per sitim, per paupertatem, & lacrymas: quæsiuit illum per flagella, per illusiones, per vulnera, & sanguinem, & nequē spinis pepercit. Tandem in arborem crucis ascendit, & ibi cor suum vulneratum, latus apertum, & corpus cruentatum peccatori ostendit, & tunc quidem attractus est, & ad eum à quo aufugerat reuersus, quia omnes ad suam obsequium & seruitium virtute & efficacia sui sanguinis venire cœperunt. Venit latro, venit Centurio, venerunt Ioseph, & Nicodemus.

D. Matthæus dum hanc historiam recenferet, sic inquit. Cum autem serò factum esset, venit quidam homo diues, &c. Duo nobis dicit: primum, quod homo erat secundum, quod diues. In hoc quod appellat eum hominem, significat, alios qui Christo appropinquaauerant, vt eum crucifigerent, & morti traderent, non homines, sed leones & immanes feras fuisse, qui tanta crudelitate & sæuitia eum fuerant prosequuti. Quanta fuit illorum satellitum, & sathanæ ministrorum sæuitia, quantis vulneribus & plagis eum affecerunt, quam atrociter eum percusserunt, quam inhumane munus suum sunt prosequuti. Vix enim credi potest, quod in humanis pectoribus tam dura & crudelia corda morarentur. David Christi vices agens, non homines, sed vitulos, tauros, & leonēs eos appellat.

Isai. 39.

Matth. 27.

Crudelitas crucifigentium Christum.

D. Theod.  
uscibi.

Circuuderunt me vituli multi, tauro pingues obse-  
derunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo  
rapiens & rugiens. D. Theodorus per vitulos & tau-  
ros, Sacerdotes & Scribas populi intelligit: Eusebius  
vero aduertit, iuxta editionem Aquilæ sic legi. Opti-  
mates Basam terruerunt me: & per hunc loquendi  
modum, milites Pilati Christum crucifigentes intel-  
ligit: quorum tanta fuit crudelitas, quod non imme-  
rito, his immanissimis feris comparentur. Quis enim  
verbis explicare queat, quantum interdum effera-  
cat homo? Equidem dum homo ira æstuat, feras ipsas  
excellit & superat. Homo homini lupus, dixit qui-  
dam, & rectius diceret. Homo, homini, homo, quia  
humana sæuitia & crudelitas tanta est, quod lupinam  
interdiu antecellat. Est insignis ad hoc propositum lo-  
cus illæ Danielis cap. 5. Voluit Deus Balsafari, signifi-  
cationem quandam seuerissimi supplicij, quo eum  
affecturus erat ostendere, & apparere fecit manum ho-  
minis scribentis, in superficie parietis contra cande-  
labrum. Scripsit autem mortis suæ sententiam, &  
regni sui translationem ad Persas, sub illis verbis, Ma-  
ne, Techel, Phares. Sed bone Deus, ad intimandam  
tam atrocem & crudelem sententiam, manum ho-  
minis lenem & teneram illi ostendis. Nonne melius  
esset, manum leonis, tigris, aut vrsi illi ostendere, vt  
sub his ferarum manibus, maiorem sæuitiam & cru-  
delitatem intelligeret, multoque magis, seueritatem  
iudicij tui timeret? O crudele hominum genus. Ex hoc  
fratres facillimum erit intelligere, quanta hominis  
irati sit indignatio & feritas. Manum hominis non  
leonis, aut vrsi illi ostendit: nimirum, quia nulla ma-  
nus super manum hominis irati crudelior, nulla terri-  
bilior, nulla magis formidanda. *Es mano sangrienta y  
cruel: mano que no se da manos a hazer crueldades.* Quid  
plura? Homines in passione Christi, diabolo ipso  
crudeliores extiterunt, Nam diaboli crudelitas vs-  
que

Hominis  
crudelitas  
feras supe-  
rat.

Danic. 5.

que ad mortem perduravit, sed crudelitas homi-  
num, ultra mortem ipsam est progressa. Sed quid vs-  
que ad mortem dico? cum etiam ante Christi mor-  
tem mutasse sententiam videatur, & per Pilati vxo-  
rem Christi mortem impedire, conatus fuerit? At  
humani demones, etiam post mortem in illum de-  
seuiunt & effera sunt. Conuenerunt enim (vt D. Mat-  
thæus ait) principes Sacerdotum & Pharisei ad Pilatum  
dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor il-  
le dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Iu-  
be ergo custodiri sepulchrum, vsque in diem ter-  
tium, ne forte furentur eum, & dicant plebi, surre-  
xit a mortuis: Ecce quanta fuerit eorum indignatio,  
quæ viuum occidit & mortuo non pepercit, sed se-  
ductorem appellauit. Recte igitur de Iosepho agens  
Euangelista, qui officio humanitatis Christum est pro-  
sequutus hominem eum appellat. Cum esset fero, ve-  
nit quidam homo, quasi alij qui Christi passionem  
operati sunt, homines non fuerint, sed ferocietes leones.  
In hoc vero quod Ioseph diuitem appellat: ostendit,  
diuitibus, non omnino viam salutis reclusam esse, si ta-  
men in operibus misericordie se exerceant, & diuitias  
suas non in vanitatibus huius sæculi, non in voluptati-  
bus carnis, & in ebrietate, & luxu, sed in Dei obsequio,  
& pauperibus alendis, expenderint. Nam scriptura sacra  
non condemnat diuitias, sed diuites, qui male illis vtun-  
tur, non tam diuites, quam malum vsum diuitiarum.  
Cum apud D. Matthæ 19. de difficultate, qua diuites sal-  
uantur incidisset sermo, ait Dominus. Facilius est ca-  
mellum per foramen acus transire, quam diuitem intra-  
re in Regnum celorum. In quo (vt D. Hiero. ait) non impos-  
sibilitas præterditur, sed raritas demonstratur. Carerum  
duplicem expositionem hic locus habet, & vtraque obliga-  
tionem diuitum erga pauperes nobis explicat, Prima  
est Theophilati, qui per camellum funem nauticum  
intelligit. Sicut enim funis nauis, integer per foamen  
Homo ho-  
mone cru-  
delior.  
Matt. 27.  
Matt. 19.  
Locus pro  
diuitibus.  
Theo. sup.  
Mat. c. 19.

*Liberalitas.* acus ingredi non potest: tamen in fila diuisus, facile ingrediatur: Sic diues avarus cum omnibus suis diuitijs, nisi necessitate id exigente eas expenderit, coelum ingredi nequaquam poterit. At si liberalis fuerit & in pauperum obsequium distribuerit, poterit. Secunda est Caietani, qui asserit, Hierosolymis portam quandam esse nimis strictam & paruulam, quæ foramen acus appellabatur propter eius paruitatem, & angustiam: sicut Toleti quædam appellatur, porta viæ sacræ, quædã via ramni vulgo, *del Cambron*: sic porta illa Hierosolymitana appellabatur foramen acus. Per hanc portã Camelus onustus, & collo erecto, nullatenus ingredi poterat, nisi demisso prius capite & onere deposito: sic diues superbus, & avarus, nisi prius per humilitatẽ caput inclinet, & per liberalitatem onus diuitiarum deponat, ingredi in regnum cœlorũ non poterit. Diuitiæ enim licet male non sint: sunt tamen aliquoties occasio mali, quia ex eis instrumenta cõstituiimus & fabricamus arma, ad Deum offendendũ. Dedi eis argẽtum, & aurum multiplicauit eis, quæ fecerunt Baal. Eduxerat Deus filios Israel de Aegypto (vt ipse per Dauidem aiebat) cum argento & auro. Nam Deus cum illis dispensauit, vt vnusquisque à proximo suo vel vicino, vasa aurea & argentea, pretiosaquẽ monilia peteret, quibus commodatis fugã se mandarunt. Ipsi vero, cum in deserto morarentur, ex eodem auro & monilibus idolum fabricarunt, & contra Dei honorem & cultum exerunt. Non absimiles sunt nostræ tempestatis diuites & potentes, quibus Deus diuitias & omnium bonorum temporalium affluentiam, liberaliter concedit: quæ tamen non in pauperibus alendis, vt decet, infirmis curandis, & alijs pietatis officijs, sed in vanitatibus expendunt.

Huc etiam spectare possunt verba illa, quæ habentur Ecclesiastici capit. 31. Lignum offensionis est aurum sacrificantium, væ illis qui sectantur illud, & omnis impru-

imprudens deperiet in illo. Cornelius Iansenius, duas explicationes huius loci adducit, & vtraque facit ad diuitiarum contemptum. Prima, quod per aurum Deus ipse argenteus, siue aureus accipiatur, qui est lignum, siue lapis offensionis offerentibus illi sacrificium, quia in illum impingunt, & est illis occasio ruinæ, Secundam dicit esse Rabani, qui per lignum offensionis, arborem scientiæ boni & mali intelligit, in quo offendit primus noster parens: quia sicut arbor illa occasio fuit homini cadendi in quam plurima mala & inconuenientia: sic aurum & diuitiæ plurimorum malorũ sunt occasio. Nam qui volunt diuites fieri, vt D. Paulus inquit, incidunt in varias tentationes, & in laqueos diaboli. His duabus expositionibus possumus & tertiam superaddere, vt per lignum offensionis nauim in mari periclitantem intelligamus. Nauis enim quæ exorta tempestate in aliquo rupi offendit, vel onere grauata submergitur, solet à nautis exonerari, & tunc quidem omnes merces & diuitias in mari proijciunt, vt vitam incolumem seruari possint. Sic nimirum diuitiæ huius mundi contemnedæ sunt, & tanquam vile lutum æstimandæ, ne nos in abyssum submergant & præcipitent. Per pauci enim sunt de quibus illud dici potest. *Beatus diues, qui inuentus est sine macula, quod in Iosepho nostra adimpletum esse cerno. Sed ad illum reuertamur. Sed ad Iosephum diuitem nobilem reuertamur.*

Erãt discipulus Iesu occultus propter metum Iudæorum (vt Ioannes ait) & rogauit Pilatum, vt tolleret corpus Iesu. D. Marcus hanc enarrans historiam, inquit: quod audacter introiuit ad Pilatum. Qui prius metu Iudæorum dissimulabat, se Iesu esse discipulum, nunc postposito metu & pudore (quod latentem amorem indicat) audacter accessit ad Pilatum, petens sibi donari corpus Iesu. O quanta est diuini amoris audacia, quanta eius potentia & fortitudo. Si enim tanta vis est in amore carnali, vt interdum qui igniculum illius habet, pro di-

1. Tim. 6.

Ecclesi. 3.

Marci. 15.

Vis diuini amoris.

Argenta.  
Alciat.  
embl. 107.

lecto mille se exponat periculis, & omnia quantumvis ardua & difficilia contemnat, quid de diuino amore erit sentiendum? qui tanto maior est & fortior, quanto diuina humanis praestant, finitis infinita? Depinxit potentiam amoris Argentarius libro quarto, Epigrammaton Graeco. Ex quo Alciatus emblemata desumpsit in hunc modum Fingit Iouem fulmen aligerum de caelo projecisse, amoremque, ipsum arreptum, manibus suis tregisse: qua fictione aut pictura significare voluerunt antiqui, tantam esse amoris potentiam, ut omnia contemnat pericula, tamque intensum eius ignem, quod fulminis ignem superet & vincat. Nulla enim ignea vis est, quae cum amoris igne comparari valeat.

*Aligerum fulmen, fregit Deus aliger igne  
Dum demonstrat, uti est fortior ignis amor.*

Hinc est, quod Graecus Alcibiades (ut Satyrus historicus commemorat) ut ostenderet amorem eum fecisse insuperabilem, quando ingrediebatur bellum, utebatur clypeo ex auro atque ebore confecto, in quo erat insignis Cupido, fulmen incuruans seu flectens. Amor enim omnia superat, omnia vincit, omnia contemnit, etiam mortem ipsam pro nihilo ducit. Fortis est ut mors dilectio, inquit Salomon Cantic. 8. Non exigua ponderatio haec est, nam si vires mortis praeponderes, proculdubio, magnas esse inuenies. Non est Dominus, aut Princeps, temporalis in toto terrae ambitu, qui aliquos a tributo non habeat exemptos: tamen nullus est, qui legi mortis non sit subiectus. Nam, ut quidam inquit.

Carm. lib.  
1. ad sextum.

*Mors sceptris lignis aequat.*

Amor cum  
morte com  
paratur.

*Aequo pulsat pede pauperum tabernis regumq; turres.  
Todo lo iguala la muerte, el ceptro con el acaña, el brocado con el sayal, y la corona con la melena. Ni perdona al niño en la cuna, no mirando que aquel golpe no es de fama, pues ni la cuna es castillo, ni las mantillas arneses, ni al moço que alegrava la casa de sus padres, por ser la guita y el ramo vnico en quien*

amans

ania de yr adelante la posteridad, ni las canas venerables bien de la comunidad: Ni se desdena de entrar en la cabaña pobre cubierta de juncia, ni le espantan las sierpes, ni los leones y cadenas de las grandes portadas ni la persuade el auiso, ni la cohecha el dinero, ni la mueue la mocedad y hermosura. Denique omnis creatura vanitati subiecta est ( ut D. Paulus inquit ) & sub mortis ditione constituta. Inquit ergo Salomon: Fortis est ut mors dilectio Comparrat morti dilectionem, quia sicut morti nullus valet resistere, sic nec dilectioni, & nullus est, qui ab ignis sui flammis sit securus. Dicitur etiam amor fortis sicut mors, quia solus amor cum morte audet contendere, neque timet cum illa in arenam descendere. Amor enim si verus sit tanta audacia praestatur, quod omnibus periculis se offert, & etiam mortem ipsam contemnit. Hinc fit, quod amor cum vino comparari solet: quia Cant. 1. ubi dicitur Meliora sunt vbera tua vino, Hebraea habent. Meliores sunt amores tui super vinum. Sicut enim vinum homini ebrio audaciam praebet & fortitudinem, sic amor, quem inebriat, ad quaecunque ardua perferenda audacem & praecipitem reddit. D. Paulus ad Romanos scribens, sic ait. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? &c. Certus sum enim quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu. Sed vnde tibi Paule tanta fortitudo? Certè non aliunde, nisi a charitate. Charitas enim quantum est ex parte sua, insuperabilis est. Sicut enim arx dicitur inexpugnabilis, quae nisi per traditionem intus existentium amitti & superari non potest: Sic etiam charitas Dei in nobis existens, quam amittere non possumus, nisi per traditionem, consensum inimico praebemus. Hac irrefragabili charitate, & amoris flamma flagrabat Iosephus nobilis decurio, qui ex sanguine Christi, & eius passione, tanquam

Amor comparatur vi-  
no.

Cant. 1.

Roma. 8.

Simile.

diuinus quidam elephas animosior effectus, diuitias suas & generis claritatem pro nihilo pendens, omniq; mortis timore postposito, audacter ad Pilatum accessit, vt corpus magistri sui honorifice sepeliendum, dono postularer.

Discamus nos ex hoc Iosephi facto, veræ fidei conditionem. Erat enim Christo Iesu discipulus & veram eius fidem susceperat, & in confirmationem huius veritatis, audacter introiuit ad Pilatum, & corpus eius petiit, vt sepulturæ mandaret. Vera fides non est occisa, vt D. Iacobus in sua Canonica eleganter probat, sed per dilectionem operatur. Sic enim apud eum legitur. Quid proderit fratres mei, si fidem dicat quis habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit saluare eum? Si autem frater aut soror nudi sint & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, & calefacimini, saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic fides si non habet opera, mortua est in semetipsa. Et congruè fides sine operibus mortua dicitur: quia viuus à mortuo in operatione distinguitur. Homo enim viuus exercet operationes vitales, comedit, ambulat, loquitur, & intelligit, quæ quidem omnia mortuo non conueniunt. Sic fides quæ ociosa est & nihil operatur, neque circa misericordiae opera se exercet, iure optimo mortua dicitur. Hinc est, quod peccatores in scriptura sacra dicuntur non habere manus: quia deficiente charitate, deficiunt eis opera, quæ ab illis prodere solent. Psalm. 75. Vbi secundum nostram lecticem vulgatam dicitur: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. D. Hierony. vertit ex Hebræo. Et non inuenerunt manus suas. Peccatores enim, & precipuè viri diuitiarum, qui potius possidentur ab eis quam illas possideant, manus non habent ad erogandam eleemosynam, vel aliud aliud opus præstandum. Primogenita mors, inquit Iob de peccatore

*Iacob. 2.*

*Psalm. 75.*

*Iob. 8.*

catore agens, deuoret pulchritudinem cutis illius, & consummat brachia eius. Duo effectus aguntur peccati, quod primogenita mors appellatur, eo quod prius homo mortuus fuit anima quam corpore. Primus effectus, quod deuorat pulchritudinem cutis animæ & deformat illam per ablationem charitatis quam corrumpit. Secundus, quod consummit brachia, quæ sunt operandi instrumenta: quia peccator, vel non se exercet in bonis operibus, vel si se exerceat, nullius sunt meriti. Sed quæ necessaria sint huiuscemodi opera à fide & charitate procedunt, vt quis vitam eternam adipisci possit, visio illa: Ezechielis cap. 10. manifeste nobis indicat. De Animalibus namque illis, quæ versus cælum volabant, tria dicuntur, quod haberent alas volatum. Secundum quod ipsæ alæ erant ignitæ, nam & ipsorum animalium aspectus, erat quasi carbonum ignis ardentium. Tertium, quod sub alis haberent manus, quasi hominis. In his tribus imago perfecti Christiani, qui celeri volatu ad supernam ascendit, depicta est. In alis, fides nobis significatur, qua mediante ad supernaturalium & altissimarum rerum cognitionem subleuatur. In igne quibus alæ ipsæ erant accensæ, & charitas nobis exprimitur, quia fides charitatis igne debet esse accensa. Ex his alis ignitis, quasi manus hominis oriuntur, quia opera vt meritoria sunt, ex fide & charitate debent procedere. Et quæ si impossibile videtur, quod fides charitatis flamma accensa, in opera studiosa non prodeat. Nam probatio dilectionis, vt D. Gregorius inquit, exhibitio est operis. Dicitur naturales, vt Innominatus refert super Plal. 51. quod quando quis amore alicuius personæ flagat, quæ sit illa ex pulso potest cognosci. Nam visa illa persona, quam diligit, vel nomine eius audito, statim pulsus fortius agitur. Et in hoc, vt fertur, famosus quidam medicus cognouit, filium Antiochi, cuius infirmitas ab omnibus ignorabatur, nouercam suam ardentem amare, quod cum renuntiasset Patri, tradidit illam sibi in uxorem. Ratio autem

*Ezechiel. 1. c. 10.*

*Probatio dilectionis est opus. D. Greg. Inuomi.*

autem huius rei est, quia tunc spiritus descendit ad cor ratione amoris: & sic cor magis inflammatum, magis mouet partes exteriores. Non aliter, quando cor nostrum est charitatis igne accensum, omnes animae vires & potētias mouet ad operandum. Hoc coelesti igne sanctissimus iste Ioseph totus erat accensus, & ideo postposito omni mortis timore, de sepultura magistri sui agit.

Luc. 23.

Aderat vir iste sanctus (vt ego existimo) magistri sui morti: nam & D. Lucas inquit, quod stabant omnes noti eius à longe, inter quos non dubito Iosephum fuisse. Quòd si Centurio cū Gētilis esset, videns quā in morte eius acciderant: Eclypsim solis, terrae conculsionē, & alia prodigia, Deum glorificauit, & Christum hominē iustum palam confessus est: si omnis turba quae simul aderat ad spectaculum istud, & videbant quae fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur, quid de beato Iosephe, qui discipulus eius erat occultus, & valde eum diligebat, erit sentiendum? Percutiebat utique petus, & metum suum accusabat, reprehendebat erubescētia suam, quae in causa fuerat, vt non Pontificum furiae se opponeret, & eum à morte liberaret. Flebat videns omnium creaturarum planctum, & lamentabili voce dicebat. Heu me miserum, Quid faciam? Quo me vertam? quī talem ac tam bonum magistrum perdidit? Quomodo Iudaeorum insaniae non restiti? Quare pro eius innocentia tuenda, omnes facultates meas, diuitias, honorem, & ipsam vitam non exposui? O me malum discipulum, qui magistro meo, non solum non reddidi æquiualens, verūm erubui illum coram hominibus confiteri, & pro eius defensione, vel vnicum in Sinagoga proferre verbum, non sum ausus. Verè ab omnibus Ecclesiae posteris infidelitatis arguar, qui talem amicum, tam bonum, tam pium, tam sanctum, & à quo tot acceperam beneficia, in tribulatione deserui. Quid times? quid erubescis Ioseph? sibi ipsi loquens aiebat.

aiebat. Erubescere quidem, sed non quia talem ac tantum habueris magistrum, sed quia cum omnes creaturæ Deū esse testentur, tu solus rubore perfunderis, & non audes in publicum prodire & eum palam confiteri. Time certe, non tantum honoris & senatoriae dignitatis priuationem, diuitiarum proscriptionem, & vitae amissionē, quantum iram Dei incurrisse, qui cum publica fulgeres dignitate innocentem occidi permisisisti, & in salute eius tuenda, negligens fuisti. Age dum, & quod viuo defuisti, nunc mortuo reparare stude. Deponere omnem metum, deponere verecundiam, tempus est vt cognoscat mundus eius esse discipulum, cuius doctrinam profiteris. Ingredere audacter ad Pilatum, & pete Iesu corpus, vt saltem sepeliatur cum honore, qui cum tanto dedecore & ignominia est crucifixus.

*Et permisit Pilatus.* Anuit Pilatus iustae petitioni Iosephi, & postquam à Centurione, quòd iam obiisset certificatus est, concessit ei licentiam deponendi eum de cruce, & vt eum sepeliret. Iunxit se Iosepho Nicodemus magister in Israel & Doctor legis, qui etiam discipulus Iesu erat occultus, & venerat ad eum nocte: quorum alter sindonem nouam attulit, alter vero, centum libras mirrhæ & aloes ad vngendū corpus, secundum morem Iudaeorum, vt honorificè illud sepelirent. Adducunt etiam instrumenta omnia, quae ad eum deponendum de cruce erant necessaria, scalam, malleū, & forcipes, & ad locum Caluariae pergunt, vt eum de cruce deponant, & illi funeris obsequia exhibeant.

Cruci appropinquantes, summa reuerentia flectentes genua, eū adorant. Vident prope crucē matrem lacrymantem, & de morte filij sui acerbissimè dolentem: quam verbis suis consolari frustra sunt conati, quia dolor eius, nullum solatij genus admittebat. Petunt exinde licentiam ad eum sepeliendum, qua obtenta, ad deponendum corpus sanctum, pro viribus se præparant. Vnus scalam ascendens clauos de manibus eius abstrahat

*Deponitur  
de cruce.*

habet, alius sindone qua erat inuoluendus, totum sacra-  
ti corporis pondus sustentabat. Adiuuabat pariter dis-  
cipulus dilectus Ioannes, & Magdalena crucem & sca-  
lam sibi iniunctam, proposse sustentabat. Stabat autem in-  
ter omnes pia Mater iuxta crucem extensis brachijs, vt  
illum deligno depositum in suo gremio susciperet. Sus-  
cipit & brachijs suis fortiter amplexatur, & statim qua-  
si exanimis super terram cecidit. Ruit in oscula filij sui,  
& inter spinas faciem suam constituit. Sed Deus sancte,  
Christe nostri amantissime, quæ lingua, quod eloquiũ,  
quæ dicendi facundia non mutescit, & a presenti dolo-  
ris materia se victam non fatebitur? Quis desolata ma-  
tris dolorem adamusim valeat explicare? Quis lacryma-  
rum profluum, quibus sanguineam eius faciem laua-  
bat exprimere? Quis eius lamenta, & dulcissima verba,  
quibus filiũ alloquuta est referre? Fasciculus mirrhæ: di-  
lectus meus mihi aiebat, inter hiberna mea commorabi-  
tur. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engadi.  
Fasciculum mirrhæ, & botrum vinearum Engadi  
eum appellat. Primum, propter amaritudinem tuæ pas-  
sionis. Secundum, propter sanguinis abundantiam, quã  
in morte sua fuderat. Totus mihi amarus es dilecte mi,  
totus sanguineus, nam a planta pedis, vsque ad sacrum  
verticem non nisi amaritudines, flagella, vulnera, & san-  
guinem in te cerno. Aspiciebat caput spinis coronatũ,  
& aiebat: o caput eius, qui hominum & Angelorum ca-  
put est caput eius, qui serpentis antiquæ caput confre-  
git, qui percussit caput de domo impij, qui multorum  
capita in terra conuassabit. O caput regali corona &  
Imperiali diademate dignum, quis te hac ludibrij &  
doloris corona cinxit? O speciosa facies & decoranims,  
facies gratiarum, Angelorũ speculum, & coeli gaudium,  
ex cuius aspectu tristes solari & afflicti recreari solebãt,  
quis tantam deformauit pulchritudinem? quis tantam  
obnubilauit gloriam? Cõtrecebat manu sua lateris vul-  
nus & aiebat: Scio fili mi, quod hæc sit porta: coeli, ianua

Para-

Paradisi, fenestra in latere arcæ constituta, vt per eam  
venenata animalia, peccatores, scilicet, possint ingredi  
& a diluuiio peccatorũ suorum liberari. Sed heu quam  
dura opificis manus, quæ vno ictu latus aperuit, vulne-  
rauit cor, & vsque ad interiora viscera penetrauit. Plo-  
rabat pia mater lacrymis irremediabilibus, sicut altera  
mater Thobia: plorabat dilectus ille discipulus, qui su-  
pra pectus Domini in cœna recubuerat: plorat etiam  
sancta illa peccatrix, cui multa peccata fuerant dimissa,  
& multum dilexerat: plorabant denique sancti illi se-  
nes discipuli Iesu occulti, qui igne charitatis accensi,  
iam se ipsos manifestabant, & mortem pro illo subire  
contemnebant. Tunc illud Zachariæ adimpletum est,  
quod capite. 12. sui vaticinij habetur. In die illa erit  
planctus magnus in Ierusalem, sicut planctus Adadre-  
mõ in campo Magedon. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ  
istæ in medio manuum tuarum? & dicet: His plagatus  
sum in domo eorum, qui diligebant me. Erit planctus  
magnus, inquit, tã ex parte plangentium, quàm ex par-  
te illius pro quo fiet, quia pro morte vnigeniti filij Dei.  
Et planctus hic erit similis planctui, qui factus est in  
Adrademmon, ciuitate iuxta Iezrael, vbi Rex Iosias  
fuit occisus, de cuius morte fuit magnus planctus in to-  
ta terra Israel, & dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ, &c. *Habetur.*  
Leuauat sacerrima virgo & pijsima Dei mater, summo  
dolore transfixa, vnigeniti sui manus clauis perforatas,  
& aiebat: Fili vteri mei, dulcedo anime meæ. Lumẽ ocu-  
lorum meorum, quid sunt plagæ istæ in medio manuum  
tuarum? quis pedes tuos transfixit? quis crudeli vulnere  
latus tuum aperuit? Quis totum tuum corpus tot pla-  
gis & vulneribus affecit? Quibus ipse non respondit  
cum corpus esset exanime, respondet tamen eius nomi-  
ne Propheta, dicens: His mater mea plagatus sum in do-  
mo eorum qui diligebant me. Iudei, inquam, qui me di-  
ligere tenebantur, quos tantum dilexi: quos maximis  
beneficijs prosequutus sum, propter quos principaliter  
sum.

Gen. 6.

Zach. 12.

Habetur.

2. Para. 35.

Cant. 1.



sum missus, & homo factus, ipsi manus meas perforarunt ipsi mihi vulnera inflixerunt, ipsi contra me quasi leones seuicrunt. Cum serò iam esset factum, & dies extremam lucem clauderet, rogauerunt virginem sancti illi viri, vt plangendi finem faceret, & cessaret à lacrymis, patereturque corpus filij sui speciebus aromaticis perungi & sepeliri. Anuit virgo nõ sine magno cordis sui dolore, nam amor, filium suum, etsi mortuum, ab ea separari non patiebatur. Nihil minus sensit corpus ab ea auferri, quam si animam à proprio corpore separarent. Perungunt corpus summa deuotione & reuerentia, & inuoluunt sindone noua, quam Ioseph attulerat. Apprehendunt sindonem ipsam per quatuor iuncta, & sic omnes pariter corpus deferebant ad sepulchrum summa deuotione & tristitia. Deferebant, inquam, illam à quo potius ferebantur: nam quod de Simeone annofo Ecclesia canit: Senex puerum portabat: puer autè senem regebat: hoc de Iosepho, & Nicodemò, & alijs Christum ferentibus, possumus asserere. Illi Christum portabant, at Christus illos regebat, & gressus illorum ordinabat. Non dubito his exequijs funeralibus, Angelos etiã affuisse, vt sicut fuerunt socij consolationum in resurrectionis mane, & Dñicam gloriã hominibus summa cū latitia & laude nũciauerunt: ita nũc essent socij passionũ, & fletibus suis omnes ad lacrymas prouocarēt. De quibus forsitan illud Esaiã dictum est. Angeli pacis amare flebunt. Angeli pacis dicuntur, quia mane natiuitatis per aera discurretes pacẽ hominibus annunciabant. Gloria in excelsis Deo, & in terra, pax hominibus bonæ uoluntatis. Assumptis ergo aereis corporibus & ueste lugubri induti sicut triste & dolendum illud spectaculũ exigebat, faneri creatoris sui assuerunt, & uoce lamentabili mortẽ suam deplorarunt. O quanta tunc orat totius mũdi tristitia, quam communis omnium planetus. Plangit cœlum luminibus suis priuatum sole, inquam, & luna extinctis. Plangit terra quia in seipsa tremit facta creatoris sui cõ-

Angeli  
morsu Christi  
sui in assumptis  
corporibus deplorant.  
D. Bernar.  
D. August.  
serm. de la-  
mon. Virgi-  
nis Mariae.  
Isaia. 33.  
Ois creatu-  
re creato-  
ris sui mor-  
tẽ senserunt

passa est. Plangunt lapides, quia in morte Christi petrificati sunt, quinimo, & monumenta mortuorum aperta, & uelum templi à summo deorsum disiectum. Plangit mater & super filium suum plactum amarum, quasi luctum unigeniti facit. Plangunt denique Angeli cum omni sancta illa societate, quæ corpus Iesu ad sepulchrũ ferebat: mirum ergo est, quòd solus tu peccator ipsis lapidibus durior & obstinatio, tantarum creaturarum lacrymas, sicis oculis possis intueri. Tandem finito itinere, & ad sepulchrum accedentes, quòd Ioseph sibi parauerat, & de petra exciderat, sepeliunt ibi Dominum. Sed heu gloriosissima Dei mater, & tenerrima uirgo, quo uulnere sacrum tuum cor fuit sauciatum, cum filium uteri tui, terræ uero recondi es intuita? Quid cum terra sepulchri, cœlum illud tuum ab oculis tuis abscondebatur? Credo certe, quòd lapis sepulchro appositus, mors fuit, qui supra cor tuum cecidit. Hic coepit uera tua solitudo, hic omnimoda desolatio, habuit ortum, quando te orbatam filio tuo, etsi mortuo, uidisti: Adhuc filium tuum mortuum presentẽ habens, & aliquid consolationis ex eius captabas aspectu: at nunc postquam sepultus est, & sub frigido marmore collocatus, quam consolationẽ es habitura? Verè enim illud Ieremiã dicere poteris. Posuit me desolatam, tota die merore confectam. Agite iam fratres, aliam hanc uirginem in sua solitudine comitemur, doloris eius compatiamur, sequamur suã uestigia imitemur & lacrymas, vt mortis & sanguinis filij sui participes effecti, per gratiam, ad æternam gloriam resuscitari mereamur.

Tren. 1.

DOMI-

# DOMINICAE Resurrectionis.

## CONCIO.

*Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salo-  
ma, emerunt aromata, vt venientes ungerent  
Iesum. Mar. 16.*

*Resurre-  
ctio Chri-  
sti argumē-  
tum suae di-  
uinitatis.*



**I**NTER Omnia diuinitatis Christi Iesu redēptoris nostri argumēta, resurrectio ex mortuis, quam hodie Ecclesia sancta laetabunda celebrat, principem locum obtinet. Suscitare enim se ipsum propria auctoritate & virtute, & superata morte ad vitam

reuocare, soli Deo conceditur, & nullus, ab eo, id opere praestare poterit: tanta est huius rei magnitudo & maiestas. Hæc est potissima ratio, quare Dominus suam resurrectionem toti probauit argumentis, nimirum, vt ex illis verus Deus crederetur, & Messias in lege promissus. Et hæc resurrectionis argumenta, non solum efficacia fuerunt, verum & euidentia, vt S. Thomas aduertit. *5. Tho. 3. par. 9. 55. 3. part. quæst. 55. art. 5.* Nam in Actis cap. 1. vbi dicitur, secundum vulgarem versionem, quod apparuit discipulis per dies quadraginta in multis argumentis, in Græco ponitur dictio Tecmerion, quod est signum euidens ad probandum. Fuit igitur signum & argumentum euidentissimum suae diuinitatis, quod propria virtute surrexerit. Quintimo fuit confirmatio, & quasi totius nostrae fidei sigillum. Sicut enim regiae literæ, & Apostolicae fan-

*simile.*

sanctiones sigillo solent obsignari, vt fidem faciant, & omnem tollant suspicionem, sic Deus omnes fidei nostrae veritates, sigillo suae admirabilis resurrectionis roborauit. Literæ enim regiae, quæ sigillo obsignatae non sunt, suspectae habentur; sic fidei nostrae articuli, licet summam in se contineant veritatem, tamen suspecti nobis viderentur, nisi resurrectione essent confirmati: Nam quis, oro, hominem tot supplicijs affectum, flagellatum, illusum, occisum, & inter latrones crucifixum, in Deum reciperet, aut confiteri non erubesceret, si à mortuis non resurgeret? Vix enim esset, qui illum esse Deum, & Messiam in lege promissum sibi suaderet. Quae utilitas in sanguine meo, dum descendendo in corruptionem? Quae verba Doctor incognitus, de Christo sic explicat. Si corpus meum corruptum fuerit & incineratum, nulla utilitas erit, quia nec alij resurgent in anima ad fidem. Hoc ipsum D. Paulus. 1. ad Corinthios. 15. Si Christus non surrexit, inanis est praedicatione nostra, inanis est fides vestra. Appellat fidem & praedicationem inanem, eò quod, Christo non resurgente, finem suum non consequeretur. Nullus enim crederet, Christum esse Deum. Tanti ponderis & auctoritatis est testimonium istud: quod D. Paul. in ea quam scripsit ad Roman. cap. 1. ex eo probat eius diuinitatem & magnitudinem. Qui praedestinatus est filius Dei in virtute, ex resurrectione mortuorum, Vbi Faber stapulensis scholam Graecam sequutus, legit. Qui declaratus est filius Dei in virtute, &c. Itaque, ex hoc quod se ipsum suscitauit, declaratum est mundo, quod esset filius Dei in virtute. Hinc fit, quod subuertente Domino mensas numulariorum vendentium columbas in templo, & flagello illos castigante: cum stupefacti interrogarent illum, in qua potestate id faceret, respondit. Soluite templum hoc, & post triduum reaedificabo illud. Et aduertit Euangelista Ioannes, quod non de templo illo materiali, sed de templo corporis sui loquebatur. Optima quidem responsio. Petuit ab eo, in qua potestate & auctori-

*Resurre-  
ctio, fidei  
confirma-  
tio.*

*Psal. 29.  
Incogn.*

*1. ad Cor.  
15.*

*Roman. 1.*

*Faber sta-  
pulen.*

*IOANN. 2.*

104.8.

*Psal. 67.*

*Titelma.*

*Greg. 19.*

*Mora. c. 3.*

*Gene. 49.*

*Orige.*

tate eos de domo Dei eijciat, & respondit: Soluite templum humanitatis meæ, & in tribus diebus excitabo illud. Quasi dicat, propria Dei autoritate in factum fuisse. Nam argumentum deitatis est, posse alium se ipsum suscitare. Existimo enim hanc eandem esse sententiam cum illa. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Ob hanc rationē, vt ego existimo, Propheta regius, in *Psalm. 67.* vbi de Christi resurrectione agit, tanta verborum maiestate vitur. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, &c. Et statim subdit: Cantate Deo, *Psalmum*, dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. *Titelmanus* in suis *Annotationibus*, sic ait. In solemnibus (quos vocant) *actus*, vbi multa est populorum frequentia: solent ij, qui dignitate præminent, sub præconis voce introduci: qui præco, tumultuantem, & in vnum compactam multitudinē iubet sese diuidere, & venienti locum facere: Simul & nomen ac officij appellationē commemorans, vt audientes, tanto promptius, reuerentiusquē iter præbeant, & parent viam transituro. Ita mihi videtur accipiendum quod hic dicitur: Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi, vt sit quasi vox præconia, triumphatorem præcurrens Dominū. Hactenus *Titelmanus*. *D. Gregorius* per occasum mortē intelligit, superquā ascendit Dominus: quia licet in morte ceciderit, tamē ipsam resurgēdo superauit: occubuit quasi homo, surrexit quasi Deus, qui seipsum de sepulchro propria autoritate & virtute suscitauit. Fræuidit hoc sanctissimus ille Patriarcha Iacob, *Gene. 49.* morti iam propinquus, vbi Iudam alloquens sub cuius typo & figura Christū intelligebat, sic ait. Ad prædā fili mi ascendisti, requiescēs accubuisti vt leo, & quasi leona, quis suscitabit eū? Quē locū elegāter tatis & erudite, ad Christū adapeat *Orig. Homil. 17. in Genes.* Inquit enim, quoddam catulus leonis nascitur, quasi mortuus & tribus diebus, & noctibus dormit, quē pater

frenitu suo suscitatur. Sic Christus recubuit & dormiuit in passione, tribus diebus & tribus noctibus: quē Pater virtute diuinitatis tertia die suscitauit. Sed dicitur ad prædā ascendisse, quia mors Christi, ascensio quædam fuit. Ego si exaltatus fuero à terra, aiebat omnia traham ad me ipsum. Ascendit enim ad crucem, verū ad prædā vt leo, quia dæmonē deiecit, mortē superauit, spoliauit infernū, & omnē prædā, quā leo ille cōtrarius inuaserat, prostrato homine & deiecto, hic diuinus leo de Tribu Iuda, sua virtute interrumpit & abstulit.

1047.

Primi testes huius inesabilis resurrectionis, quos Euāgelistæ referunt, fuerūt hæ sanctæ mulieres, Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Salome, quæ valde mane, vt *D. Marcus* inquit, perrexerunt ad monumentum cum pretiosis aromatibus, vt corpus Iesu vngerent. Hic *D. Gregorius* singularem amorem, quo mulieres istæ magistrum suum prosequabantur, præponderat. Ei, inquit, quem viuentem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur. Perfecta namque charitas, non solum in uita, sed in morte etiam ostenditur, & multo magis in morte quam in uita, nam rebus in aduersis vera probanda fides, vt quidam ait. Aduersitas enim veræ dilectionis probatio esse solet. *La aduersidad, es la morte ostē*

*D. Grego.*

*Vera amicitia nō solum in uita, sed in morte etiam ostenditur, & multo magis in morte quam in uita, nam rebus in aduersis vera probanda fides, vt quidam ait. Aduersitas enim veræ dilectionis probatio esse solet. La aduersidad, es la morte ostē*

hoc significare voluit *Aristo. 7. Moralium*, cum dixit, Quoddam tempus, veræ amicitia est index: nam tempore aduersitatis, cum tibi tempora nubila fuerint: & fortuna aduersa & inimica, contra te seuire cœperit: tunc quisnam fuerit verus & fidelis amicus, quis uerè fidus & inuidus, manifestè poteris cognoscere. Sicut enim umbra sequitur corpus, à quo causatur & dependet, & comittatur eū, sed quādiu sol fulserit in cælo, ipso tamē deficiente & retrahente lumē, statim illud deserit & fugit: sic sunt nō perpauci, qui nō veri amici: sed potius amicorū umbra, essent appellādi. Hi nimirū tēpore prosperitatis amicū insequuntur & dū lumē dextrae fortunæ

*simile.*

arriſſerit: at nocte aduerſitatis aduentante, ſtatim amicum deſerunt, & ab eo fugiunt. Hoc enim adeo verum eſt, quod exemplorum probatione non eget: ipſa quidem quotidiana experientia plus docet in hac parte vnumquemque noſtrum, quam exemplis & argumētis poſſit comprobari.

*Amicus prius probandus quā eligendus. Eccle. 6.*  
 Hinc fit, quod omnes illi qui de amicitia ſcripſerunt, docent, amicum, prius eſſe deligendum, quam diligendum: Ideſt, prius examinandum & probandum, quam ad amicitiam admittatur. Quod quidem ex Ieſu Sirach mutuos fuiſſe, non dubito, qui cap. 6. Eccleſiaſtici, ſic ait. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & non facile credas ei te ipſum. Quasi diceret: Si poſſidere paras amicum, para illum poſſidere per tentationem & probationem. Hoc eſt, fac periculum fidelitatis & benevolentiae eius, in aduerſis, priuſquam ei credas proſpera, & ad tuā amicitia illum recipias. Seruauit hoc amicitiae documentum Alcibiades, vt Plutarchus refert, & cū eo authores alij grauiffimi. Hic enim finxit hominē occidiſſe, quem in loco quodā obſcuro & occulto, humi proſtratum habebat. Vocauit quendam qui amicitiam eius profitebatur, & tempore proſperitatis, magna illi fuerat pollicitus: cui ſub ſecreti ſigillo rem geſtam narrauit, poſtulans ab eo auxilium ad homicidium occultandum. Ille verò re audita, & timore perterritus, excuſauit ſe dicens, nolle in manus iniſtitiæ incidere, auxiliumquē poſtulatū denegauit. Vocauit ſecundum, & tertium, qui omnes ſimil ſe excuſarunt, & nullus eorum illius compaſſus eſt, aut fauorem illi obtulit. Tandem vocauit quendam, qui incunctanter ei auxilium ferre promiſit, eandem vtriuſque futuram ſortem affirmans, cum amicorum, omnia, ſiue bona, ſiue mala, ſiue proſpera, ſiue aduerſa, futura ſint communia: quem continuo amplexus, ad veram & mutuam ſui amicitiam admiſit. Extat de amico-

amicorum fidelitate probanda, pulchrum Emblemā *Courambias in Emble. moral. li.*  
 apud authorem quendam, qui fingit. Thraſilum ducem ſtrenuum Athenienſem, clypei ſui periculum feciſſe, quē ex arbore ſuſpenſum, aliquantulum ab eo recedens, ſagittā iſtu perforauit. Et tunc quidem falſum eſſe cognoſcens, amplius ei ſidere non eſt auſus. Quis dubitat verum amicum, quaſi ſcutum & protectorem ſui amici eſſe: & quia peccus & cordis ſecreta illi ſiſit, & quia in eo protectionem & munimen in omnibus ſuis neceſſitatibus debet reperire. Amicus fidelis, protectio fortis, Eccleſiaſtici inquit. Ne ergo in tempore neceſſitatis *Eccle. 6.*  
 infidelis & falſus inueniatur, prius probandus & examinandus eſt. Probauit Deus & examinauit Apoſtolos in ſua paſſione, qui eum diligere tenebantur multis nominibus, & tamen fideles inueni non ſunt. Fidem enim quam in cœna iureiurando promiſerunt, minime ſeruauerunt: quin potius, quem viuum dilexerant, mortuū negantes deſerunt, omnes enim eo relicto fugerunt. Elongati à me amicum & proximum, Dauid aiebat, & *Psal. 87.*  
 notos meos à miteria, quia omnes quaſi alieni ab eo reſceſſerunt. Sed ò benedictæ ſœminæ & omni laude digniſſimæ, in amoris fidelitate, Eccleſiæ ducibus præferendæ, quæ non ſolum in vita, verum & in morte: non ſolum in proſperitate, ſed in aduerſitate & tribulatione, etiam fidelitatem & amicitiae iura obſeruatiſtis: quas nec difficultas operis, nec ludæorum metus, nec valida militum manus cuſtodientium, nec defuncti corporis naturalis horror, deterrere potuit, ne veræ amicitiae munera ei exiberetis. Pergebant enim ad monumentum cum aromatibus, vt corpus eius exanime vngerent.

*Et dicebant ad inuicem: quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Ridiculum quidem hoc eſt quis harum ſœmpinarum verba non conſideret? Quasi non eſſent maiores difficultatum lapides, maioraquē inconuenientia, ad vngendum corpus, quā lapidem ab oſtio monumenti* *Amant nihil difficile.*

tollere. Monumentum sigillo Pilati & Pontificum erat obsignatum, voce præconis cautum, ne aliquis corpus furari auderet, neque erga illud aliquid attentare, valida militum cohors, ex Pontificum & Hierodis mandato illud custodiebat, per montem Caluariz, ubi latrones crucifixi fuerant, erant media nocte transitura: & tamen in his omnibus, nullam sentiebant difficultatem, omnia facillima iudicabant, dummodo esset aliquis qui lapidem ab ostio monumenti tolleret. O vis diuini amoris, o incomparabilis charitatis virtus, cum nulla alia virtute comparanda. Verè fortis est, vt mors dilectio & dura, sicut sepulchrum ipsum amulatio: nam diligens, etiam mortem ipsam contemnet, & sicut credenti nihil impossibile: ita & amanti nihil esse arduum aut difficile videtur. Vis enim amoris, bonæ spei facit amantem, ita vt credat presto esse, quæ amantis desiderio suffragantur, iuxta Virgilianum illud, tam eleganter, quam sententiosè dictum.

*Vis diuini amoris.*

*Virgi.  
D. Aug.  
lib. 13.  
de ciui.  
cap. 27.*

*Quid non speremus amantes?*

Quam recte, D. August. ait. Amor meus, pondus meum, amore feror, quocunque feror. Saxum magnum ex altissimo monte pondere suo ruens considerate, perpendite, quomodo omnia quæ in via reperit, arbores lapides, oues, aut boves, secum rapiat: nihil enim est, quod descensum eius impedire possit. Cur ita? Mirum, quia immensum eius pondus quo fertur, omnia quæ offenderit obstrucula evertit. Amor meus inquit ille verus Dei ductor, pondus meum, quia amor diuinus omnia vincit & superat, omnia suis viribus, imparia & inferiora parit. Nihil tam arduum, aut difficile diligenti Deum potest occurrere, quod amoris propensione, & pondere non superetur. Pœnitentia dulcis ei videtur, ieiunium suauis, mundi conceptus facilis iter cœli planum, & denique nihil est ex his quæ ad seruitium Dei spectant, in quo molestiam aliquam sentiat,

sentiat. Solet Dei amor in Scriptura sacra vino comparari frequentet. Nam in Canticis cap. 1. ubi secundum nostram vulgarem versionem dicitur: Meliora sunt ybera tua vino, aliqui vertunt: Meliores sunt amores tui vino. Sed quare cum vino confertur? Habet hoc vinum, quod fortitudinem & audaciam tribuat, & nihil tam arduum est, quod homo ebrius non audeat attentare. In hoc cum vino magnâ similitudinem habet amor, nã fortissimus est, & ad quamcumque difficultatem aggrediendam audax. *Ni teme, ni deae.* Hinc Ouidius cecinit.

*Cantic. 1.*

*Amor vino comparatur.*

*Ouidius.*

*Non, et amor, vinumq, nil moderate suadent.  
Illa pudore vacat, vinum amorq, metu.*

Sicut enim vinum timorem adimit, sic amor omnem metum deponit, da amantem, & dabo audacem. Da mihi animum vino dilectionis Dei inebriatum, & ego tibi animosum fortem & insuperabilem præstabo. Nonne ex vino hoc degustauerat, qui dicebat? Quis me separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Quasi dicat, amor ipse vires tribuit, vt in his omnibus superemus & victoriam consequamur: nã vires nostræ de se, ad huiusmodi præstanda non sufficerent. Et ideo forsitan, amor cæcus depingitur, quia difficultatibus & inconuenientibus oculos suos claudit: in oculis enim, magna timoris, & verecundia pars residet. Depingatur igitur amor cæcus, & in virtute hanc literam descriptam habeat. *Ni mied, ni verguença*, quia amor nullum timet, nihil trepidat: ubi maior fuerit timendi occasio, ibi maiorem audaciam ostendit. Si verè diligereamus Deum, omnia nobis facilia & suauia viderentur, nullum inconueniens esset, quod nos ab eius seruitio & charitate separaret. Diligebant Deum religiosæ istæ femine, & humanitatem illam Christi sacrosanctam speciali prosequerantur charitate, præsertim

*Roman. 8.*

*Omnia vincit amor.*

Magdalena, cuius tantus erat charitatis ardor: & hinc est, quod licet opus quod aggrediebantur, difficultatibus esset circumdatum, tamen hoc solum difficile sibi videbatur, quis ab ostio monumenti lapidem reuolueret, nam omnia alia amoris possibilia, & facilia iudicabant.

*Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem.* Qualiter hæc reuolutio lapidis facta fuerit, aperit D. Matthæus simul indicans, quomodo & ipsi custodes iam aufugerat. Domino post mediam noctem à sepulchro resurgente, terremotus, inquit, factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius, sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. Tunc præ timore exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Ceciderunt enim in terram tremefacti, quasi exanimes, & quasi vltimum spiritum exalassent. Post paululum resumptis viribus surgentes è terra, aufugerunt trepidi, & venientes in ciuitatem, nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Sed veniebant custodes stupefacti, & quasi à vino absorti. Quos Pharisei & Pontifices interrogabant. Quid hoc est? Nunquid aliquid noui vobis accidit? Quid mali est? Nunquid discipuli huius impostoris furati sunt corpus, aut aliquid circa illud ficere conati sunt? Quidam illorum post paululum ad se reuersus, ait? Proculdubio, quem seruabamus, surrexit de sepulchro. Verbum hoc corda Phariseorum transfixit. Quomodo, inquit, hoc accidit? Nunquid vos illum suscitare vidistis? Respondent. Absit, Deus illud à nobis auertat, alioquin statim moreremur. Quod vidimus, fuit hominem alterius mundi splendore circumdatum, & vestimentis albis indutum, cum mulieribus colloquentem. Nunquid aliquod verbum percepistis? Percepimus. Dicebat enim quod nos illum cruci affiximus, & quod iam ex sepulchro surrexerat. Quare, aiunt, non apprehendistis mulieres? Per Deum, respondent,

*Ordore sur  
rektionis.  
Matt. 28.*

pondent: Viri fortes estis. Vtinam vos affuissetis ibi, vt intelligeretis quomodo se res haberet. Tantum enim timorem concepimus, quod omnes quasi mortui cecidimus in terram. O quanto dolore ex hoc nuncio Pharisei fuerunt perculsi, verè verbum hoc cor eorum verberauit, & fuit acutissima sagitta viscera eorum penetrans. Sit igitur casus, aiunt. Dicite, quod vobis dormientibus, discipuli eius venerunt nocte, & furati sunt eum, & nos magnam pecuniæ quantitatem vobis dabimus. Considerate fratres, quam peissimi mercatores, extiterunt Pharisei: heri, veritatem triginta argenteis vendiderunt, hodie verò, magno pretio emunt mendacium.

*Et respicientes viderunt reuolutum lapidem.* Vix enim difficultatem proposuerant, quando eam superatam viderunt, & impedimentum ablatum, quod timebant. Quam vulgare est hoc apud illos, qui Christum quærunt, & ad illum cupiunt accedere. Statim diabolus per grandes difficultatum lapides mentibus eorum offert, vt ab incepto opere manum amoueant: tamen si bene respexerint, inuenient reuolutum lapidem, & omnia impedimenta de medio sublata. Vix aliquis bonum concepit propositum, quando simul cum eo difficultas & impedimentum nascitur: sicut Jacob, & Esau vterini fratres, qui simul nati sunt: quorum alter, alterum, planta pedis tenebat. Nascitur in nobis desiderium virtutis, humilitatis, patientiæ & honestatis, & mundi contemptus: sed si ad pedes eius oculos conieceris, videbis adnatam difficultatem, bonum conceptum impediens. Omnes enim illud Apocalipsis dicunt, Quis similis bestia, aut quis poterit pugnare cum ea. Hoc est, quis tot difficultates poterit deuincere? Quis poterit superare vitia, conculcare carnem, voluptates contemnere, renunciare mundo, & cor suum immaculatum custodire? Difficilia quidem hæc superatu videntur, si de lōge

*Difficul-  
tas virtu-  
tis facile  
superatur.*

*Gen. 25.*

*Apoc. 13.*

3. Reg. 10.  
2. Para. 9.

aspiciantur: at si prope accesseris, & viam virtutis ingressus fueris: inuenies reuolutum lapidem, ablata omnia impedimenta, & nullam difficultatem senties. Adumbratum fuit hoc in Throno illo Salomonis, de quo 3. Reg. cap. 10. agitur, in cuius gradibus, per quos ad reclinatorium aureum ascendebatur, leuiculi aurei erant constituti: qui licet prima facie speciem leonum ferocientium repræsentarent, tamen potius ascendenti præbebant manum, quam ei viam impedirent. Ascendens enim, super mentum, aut caput leonis manum apponebat, vt facilius posset ascendere. Repræsentantur nobis in cœli ascensu difficultates, & insuperabilia monstra, quibus diabolus deterrere nos conatur; & quod ab incepto itinere desistamus: verum non deficiamus animo, quia non leones, sed leuiculi parui sunt, quos facillimum erit deuincere per Dei gratiam, & ea quæ impedire nobis viam videbantur, potius erunt adiumento. Deus enim sua misericordia, complanat nobis cœli iter, & omnia eius offendicula de medio tollit. Hoc est quod per Isaiam significauit dicens. Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides. Hortatur Dominus his verbis Iudæos in Babylonica captiuitate detentos, vt per portas, quas Cyrus illis aperuit, ad patriam suam pergant, & quod Babylone relicto, absque vlla mora in Hierusalem se recipiant. Et nihil aliud ab eis postulat, nisi quod portas egrediantur, & statim ad præfules, magnates, & duces populi cõuersus, imperat, vt de medio itinere, omnia tollant offendicula. Nihil aliud certè a peccatore in confessione peccati degenti postulat Deus, nisi quod peccatum deserat, & Babylonis portas egrediatur, per veram cordis contritionem & oris confessionem. Quod si lapides fuerint in via & offendicula, si difficultates in incepto itinere, ipse Dominus omnia hæc superabit & deuincet, ipse curam assumit auferendi lapides, & explanandi iter. Vnde pro-

Deus tollit de medio offendicula.  
Isai. 62.

Hector.

prouenit, quod via virtutis, & si à longe plena asperitatibus videatur, tamen si ad eam semel accesseris, plana tibi & facilis apparebit.

Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida. Appellat monumentum speluncam ipsam, in qua erat sepulchrum. Erat enim hoc sepulchrū domuncula, seu cauerna rotunda, excisa de superiacente rupe tanti ambitus, teste Remigio, vt vix decem caperet homines, & tantæ altitudinis, quod homo recto consistens in pavimento, vix manu posset culmen attingere. Ab oriente habebat introitum, cui lapis ingens ostij erat aduolutus. Ad dexteram verò ingredientium, id est, à parte Aquilonari, erat exitum ex eadem rupe ipsum dominici corporis receptaculum, habens longitudinis pedes septem, & erat à pavimento tribus palmis sursum, cuius patulum, non desuper, sed ex latere versus meridiem erat. Introeuntes ergo mulieres in domum illam rotundam, quæ in petra erat excisa, viderunt Angelum sedentem ad meridianam partem loci illius, vbi positum fuerat Iesu corpus: Et hoc erat in dextris sedere. D. Lucas commemorat Angelos, eosque stantes vidisse. Ioannes, Mariam Magdalenam duos vidisse sedentes, vnum ad caput, alterum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Et quidem vtrumque verum esse nam prius quam speluncam introederetur, viderunt vnum Angelum super lapidem sedentem, qui iussit illis introire, postea ingressæ, alios duos Angelos viderunt. Nec dubito ibi magnam Angelorum & cœlestium spirituum multitudinem fuisse, qui ad celebrandam Domini, & creatoris sui resurrectionem aduenerant. Si enim in natiuitate eius Angelorum exercitus de cœlo descendens, dulci melodiâ per æra personabat, & gloriam Deo canebat, quanto magis nunc, quando deuicta morte, & conculcato inferno, de sepulchro immortalis factus, surrexit? Huc spectant verba illa D. Pauli ad

Sepulchri forma.

Remigius.

D. Luc.

D. Ioan.

Multitudo Angelorum in resurrectione Christi facti.

ad

*Hebra. 1.* ad Hebræos. Et cum iterum introducit primogenitum in orbē terrarū, dicit, Adorent eū omnes Angeli Dei. *Bis* *Christus* *inmūdo in* *troductus.* introductus fuit in mundo, primò, mane natiuitatis suę, & tunc quidem Angeli adorauerunt eum, & per aera gloriā in excelsis Deo canebant, quādo mirabilem eius natiuitatem mediā nocte hominibus annunciabant. Secundò mane suę resurrectionis, & tunc præcipitur etiā Angelis, quòd eum adorent, & venerentur, & quòd de eius gloriosa victoriā lætitię signa mundo ostendant. Si enim ducem aliquem aut militem in arenam descendētem ad pugnam, solent nobiles & æquites comitari ante victoriā partam cum tubis & alijs instrumentis musicis, quanto magis post finitum bellum & victoriā iam assequutam? Si tanto honore & lætitiā in campum ingreditur, quando nulla victorię habetur certitudo, multo magis postquā iam de hoste suo triūphauit, & victoriā pro illi declarata, est? Ingreditur Christus in hunc mundū, cum acerrimo hoste pugnaturus, armis nostrę mortalitatis indutus, & tamen ab Angelis cum musicis instrumentis & cœlestibus canticis excipitur: Facta est, inquit D. Lucas, cum eo multitudo cœlestis exercitus, canentium & iudantium Deum: quanto ergo magis postquam superato hoste, de sepulchro victor euasit? Postquam calcauit mortem, spoliavit infernum, & omnes inimicos suos superauit? Et vide si forte Angelus qui apparuit in signum huius victorię & triumphī, super lapidem sedere dicatur, quasi ostendens, quod iā Dominus de morte ipsa triumphauerat, & diabolū mortis authorem deuicerat. Venerabilis Beda, sic inquit, Neque prætereundum, quare testis Dominicę resurrectionis Angelus, sedens apparuerit, cum is qui natiuitatis eius gauisum mundo annunciabat, iuxta pastores stetisse legatur. Stare quippē pugnantis est sedere regnantis. Sedet igitur Angelus, quia Dominus Angelorum post deuictam mortem, quasi triumphator & gloriosus athleta, quiescebat.

*nollite*

*nollite expauescere, Iesum queritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic.* Cum expauescent sanctę illę femina ex visione Angeli, pauorem ab earum mentibus remouet, & gloriā resurrectionis dominicę eis annunciat. Scio, inquit, quòd queritis Iesum Nazarenum crucifixum, non me laret, ad vngendum corpus eius cū aromatibus hūc venisse: tamē surrexit iā de sepulchro, non est hic, vt existimatis. Ecce locum, vbi posuerunt eū. Si meis sermonibus non creditis, vacuo credatis sepulchro. Nollite querere crucifixum & mortuum, sed multo magis querite immortalem, & rediuuum.

Surrexit, inquit Angelus, non est hic. O quanta fuit huius sepulchri gloria: De eo namque Propheta Isaias dixerat. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Sed in quo gloria huius sepulchri sita fuit? In quo dignitas & magnificentia eius apparuit? Nunquid in hoc quòd de manu Nicodemi, & Iosephi, virorum illustrium Dominus fuit sepultus? An quia sepulchrum nouum fuit, & de marmore excisum, in quo nondum quisquā fuerat positus? Minime quidem, hæc enim omnia non tanta sunt, quòd sepulchrum illud tam gloriosum efficere potuerant. Sed gloria huius sepulchri in Angelico illo testimonio consistit. Surrexit, non est hic. O quā gloriosum sepulchri epitaphium. Solet enim epitaphiū, quod sepulchro apponitur, ad gloriā eius pertinere. Videbitis alicuius Regis, aut Principis sepulchrū, ex marmoribus & alijs pretiosis lapidibus, miro artificio & ingenio constructum. Cui epitaphium, superponitur aureis literis conscriptum, in quibus, quis illuc iacet, continetur. *Aqui esta el muy noble Rey don Iuan, &c. Dixe el otro: Este el mucho de norabuena, que no se lo tengo inuidia.* Glorię ascribitur, quod potius de decori esset ascribendum. At epitaphium sepulchri Christi, longe gloriosius est, lōge mirabilius & excellentius surrexit, non est hic. *No esta aqui Christo ya ha resucitado.* Ordo huius sacrosan-

*sepulchri Christi gloria. Isai. 55.*



*ordo resurrexionis*  
*Dominica.*  
 crosanctae Resurrectionis talis fuit, sicut Eusebius Emi-  
 fenus. refert in quadam huius festiuitatis homilia. In  
 eadem hora, in qua Saluator noster in cruce pendens,  
 inclinato capite, emisit spiritum: diabolus qui circa cru-  
 cem ipsam passionis suae exitum expectabat, videns  
 miracula & omnia quae in morte eius contigerunt,  
 agnoscens illum filium Dei esse, ad infernum prope-  
 perauit, vt huius rei tenebrarum principes certiores  
 faceret. Tunc Lucifer audito nuncio, expauit & ti-  
 muit, & iussit areas illas portas magna vigilia & cu-  
 ra custodiri. Vix diabolus nuncium retulerat, quan-  
 do en anima Christi sacrosancta, magna Angelorum  
 caterua comitata, ad inferna spolianda descendit. Tunc  
 Angeli ad ianuam accedentes, illud Dauidicum mag-  
 nis clamoribus personabant. Tollite portas Principes  
 vestras, & eleuamini portae aeternales, & introibit Rex  
 gloriae. Quibus interrogantibus, quis est iste Rex glo-  
 riae? responsum est: Dominus fortis & potens, Do-  
 minus potens in praesidio. O quanta tunc fuit daemorum  
 confusio, quanto fuerunt timore perterriti, tanti trium-  
 phatoris viso conspectu. Quis dubitat vniuersos inferni  
 ciues tunc fuisse conturbatos, & ex aduentu Christi,  
 quem suspicabantur esse Deum, magnum metum con-  
 cepisse? Tunc conturbati sunt Principes Edon, robu-  
 stos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habita-  
 tores Canaan. Irruat super eos pavor in magnitudine bra-  
 chij Christi. Pergit anima illa sacrosancta ad locum illu-  
 m, vbi sancti patres erant iuclusi, cuius claritate & lumine,  
 tenebrae eius illuminari coeperunt. Quis putas eorum  
 fuit iactantia, cum eum vidissent quem tandem expectaue-  
 rant, cuius virtute & potentia ex illo tenebroso & teterri-  
 mo loco, iuxta Zachariae vaticinium, erant edducendi?  
 Et tu quoque in sanguine testamenti tui, eduxilli, &c.  
 Accurrunt primi, primi illi orbis fundatores totius hu-  
 mani generis, parentes praesertim iactantia & deuotione gaudetes.  
 Tandem Christe venis, magis nos soluere poenis. Accur-  
 runt

*Descensus  
 animae Chri-  
 sti ad infe-  
 ros.*

*Psal. 23.*

*Exod. 15.*

*Zachar. 9.  
 Educuntur  
 patres de  
 limbo.*

runt Patriarchae, Propheta obuiam illi exeunt, primum tam  
 singulari beneficio immensas gratias agentes. Sed inter  
 omnes, diuinus ille Citharedus fateri aatur. Hoc est Chri-  
 ste sancte, quod ego olim dicere solebam. Auditui meo  
 dabis gaudium & iactantiam, & exultabunt ossa humiliata. *Psal. 56.*  
 Eduxit illos Dominus de licu illo, vbi non erat  
 aqua, post dies aliquot in caelum eos educendos: & ci-  
 to pergit ad locum sepulchri, vbi sacrosanctum eius cor-  
 pus, de manu Nicodemii fuerat sepultum. Erat corpus il-  
 lud sacrum, cruentatum vniuersis flagellis, & vulneribus  
 plenum, a planta namque pedis, vsque ad verticem, non erat in  
 illo vlla sanitas, quod in hunc modum alloquitur. Exurge  
 gloria mea, Exurge psalterium & cithara, exurgat dilectus  
 cithara & instrui- *Psal. 56.*  
 mentum, & meae redemptionis gloria, quia scriptum est *Corporis*  
 quod multo mane futura est tua resurrectio. Ingre-  
 ditur anima suum proprium domicilium, & exanguie il-  
 lud corpus informat: ad cuius praesentiam, diuina virtute  
 operante, omnis eius sanguis illi fuit restitutus, & quid-  
 quid per mortem ceciderat perfectissime reparatum.  
 Renouata est quasi aquila iuuentus eius, & mortalita-  
 tas in immortalitatem commutata fuit, cruor & sanguis  
 meus color, in decorem & pulchritudinem conuersus. *simile.*  
 Contigit multoties, transacta tempestate, nubem tetram  
 & obscuram ad occidentem remanere, quae licet nigra  
 tenebrosa, & deformis oculis, appareat; tamen si sola ad  
 occasum pergens, radiis solis illam illuminet, varijs  
 colorum picturis, inardet. Sicque splendoribus  
 tantoque decore fulget, ut quod caeli pulchritudinem  
 emulari videatur. Erat corpus illud post crucis tem-  
 pestatem in sepulchro, iacens in tenebris, sordidum,  
 colore palidum, cruore & squalore plenum: tamen  
 sole illo fulgentissimo, illud informante, tenebrae  
 in lucem, palor in claritatem, cruor in pulchritu-  
 dinem, & quicquid mortale erat, in immortalita-  
 tis gloriam subito commutatur. Pergit exinde  
 Domi-

*Visitat* Dominus ad visitandam gloriosissimam matrem suam  
*Christus* (vi habet beatus Ambrosius lib. de virginibus.) Ratio  
*marcem.* enim postalabat, vt charissima mater, quæ inter om-  
*D. Amb.* nes plus de morte eius doluerat, inter resurrectionis gau-  
 dia, teneret primatû. Erat virgo sacrosancta in cubili do-  
 mus resurrectionem filij sui expectans, erat in oratione  
 profita, lacrymis & gemitibus cubile suum replens. Vi-  
 dit subito, quod sanguis filij sui, quo vestes eius  
 abundabant illustrari cœpit; & omnino ab eisdem vesti-  
 bus deleri, & intellexit, quod iam filius suus sanguinem  
 fufum colligens, à mortuis resurgebat. Surrexit ab ora-  
 tione iatubunda & gaudens, aperit domus fenestram,  
 vt exploretur cœlum, an forte aduenierit aurora, in qua  
 filius suus erat surrecturus. Et ecce Gabriel Angelus à  
 filio suo missus amictus decore & lumine, per fenestram  
 ad annunciandam virgini filij sui resurrectionem, ingre-  
 ditur. Salutæ illam hilari vultu (sicut D. Gregorio re-  
 uelatum fuit) dicens. Regina cœli latære alleluya, quia  
 quem mernisti portare alleluya, resurrexit sicut dixit  
 alleluya. Vix Gabriel hæc nunciauerat; quando ecce fi-  
 lius eius ingreditur lætitia perfusus, vestibus immor-  
 talitatis indutus, & magna Angelorum multitudine  
 comitatus. Amplexatur matrem & consolatur eam,  
*Cant. 2.* dicens: Surge, propera amica mea, columba mea, formo-  
 sa mea, iam enim hyems transijt, imber abiit & recessit,  
 flores apparuerunt in terra nostra. Cesset iam vox tua à  
 gemitibus, lacrymas deinceps comprime, & ab omni  
 genere tristitiæ abstine. Iam enim hyems passionis meæ  
 transijt, iam dolorum turbines transierunt, & terra hu-  
 manitatis meæ, quæ quasi sterilitatem gaudij & conso-  
 lationis passa est, in resurrectione sua re floruit. Quan-  
 ta, obsecro, virgo gloriosa ex eius aspectu, perfusa fuit  
*Virginis* lætitia? quot gaudij affectus mentem eius occuparunt,  
*gaudium* & per omnes eius artus diffusi sunt? Certè, et si intel-  
*ex resurre* latione filij, lætus noster huius rei vestigiû aliquod concipere  
*tionis filij.* potest: tamen lingua, id minime valet explicare. Si Iacob  
 Patriar-

Patriarcã audiens, quod filius eius Ioseph viueret, &  
 dominaretur in terra Aegypti: tanta lætitia fuit affectus,  
 quod (sicut scriptura inquit) visus est quasi de graui  
 somno euigilasse, & reuixit spiritus eius. *Que se remogo Gen. 43.*  
*con la lengua, y parecia que auia resuscitado.* Et ait: Sufficit mi-  
 hi, si adhuc Ioseph filius meus viuuit. *Bastame esse solo bi,*  
*no tengo ya mas que desear, ni para q aguardar mas en el mun-*  
*do.* Quid putas dictura esset virgo illa purissima & sa-  
 crosancta Dei mater, cum filium suum vnigenitum re-  
 di viuû coram se vidit. Reuixit quidem spiritus eius, &  
 quasi de graui somno euigilans, lætitia & admiratione  
 plena profusis gaudijs exultabat. Sufficit mihi, aiebat,  
 tantum bonum, si quidem filius meus viuuit. Non est cur  
 amplius morer in terra, si quidem omnia vota mea & de-  
 sideria mea, hodie adimpleta sunt. Amplexabatur eum  
 dulciter, & ore suo castissimo vulnera illa sacrosancta  
 osculabatur. Hic fratres sistamus iter nostrum, & vltra  
 nõ progrediamur, hic finem faciamus dicendi. Optima  
 quidem se nobis offert occasio accedendi ad virginem,  
 ad dona postulanda, & mercedem ab ea exigendam. Tã-  
 to enim gaudio perfunditur, quod si petitio nostra fue-  
 rit iusta, nullatenus nobis denegabitur. Extendit enim,  
 sicut & filius eius manum suam in retribuendo, & ma-  
 nus eius abbreviata, nõ erit, præsertim in inlætissima oc-  
 cassione tanti nunciij, quando vnigenitum filium bra-  
 chijs suis amplexatur. Sed quid ab ea postulabim? Cer-  
 te non aliud, nisi quod talem Reginam conferre deceat.  
 Postulemus vt nobis gratiam & gloriam consequatur.

Qq FERIA

# FERIA SECUN- da resurrectionis.

## CONCIO.

*Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem, & estis tristes? Lucæ. 14.*



**A**NTI Momenti est præsens resurrectionis dominicæ sollemnitas, quod in ea fundatur spei nostræ lætitia. Nihil enim æquè spes humanas exilarat, quam credere quod Christus Dominus, deuiſta morte; hodie de sepuchro

*1. Cor. 15. Theſal. 4.* immortalis exierit. Nam si Christus surrexit à mortuis ( vt ſententia D. Pauli vtar ) & nos resurgemus.

*Christi resurrectionis simile.*

Quæ quidem illatio & conſequentia in hoc fundatur: nam ſicut reſurrectio noſtra, ex Chriſti reſurrectione pendet tanquam à cauſa exemplari: ſic reſurrectio Chriſti myſtica in quantum caput eſt Eccleſiæ, ex nobis pendet, qui ſumus membra eius, alioquin monſtroſa eſſet & imperſecta. Conſiderate corpus aliquod & cadauer mortuum in ſepulchro iacens, ſi viuificato capite, & ad priſtinum ſtatum reducto, cætera membra putrida, fœtida, & corruptioni obnoxia remanerent, nonne hoc monſtroſitatem, & rem inſolitam iudicaretis? Vtique, id non eſt negandum. Chriſtus caput eſt totius Eccleſiæ ( ſicut Doctores ſcolæſtici determinât ) Videmus hodie caput noſtrum ſeipſum viuificaffe, & immortalitatis gloria circumdatum ſepulchri clauſtra penetraffe: ergo idem de cœteris membris erit ſpectan-

ſpectandum. Quando in principio veris, radix quæ in hieme fuerat quaſi è mortua pollulare, & virere incipit, idem de ramis radici inferſis concipimus & ſperamus: quia ab ipſa radice ad ramos virtus deriuatur. Chriſtus radix noſtra eſt. Ego radix Dauid, & per Ioan- nem inquit. Ego ſum vitis vera, & vos palmites: ſi ergo palmites ſumus, & rami huic radici coaptati, ergo reſurrectio Chriſti, reſurrectioni noſtræ viam aperit, & nobis reſurgendi, certam ſpem tribuit. Hæc enim erat Iobi conſolatio ſui vaticinij capit. 19. Credo quod Redemptor meus viuuit, & in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum, &c. reſpoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quaſi dicat: hæc mea erit ſpes, hæc mea conſolatio, hoc omnium laborum meorum ſolamen. Quia ſi Redemptor meus viuuit, & per reſurrectionem de morte triumphaturus eſt, & ego quoque ad illius exemplar de terra reſurgam. Ille namq; meæ reſurrectionis futurus eſt exemplar, & ſicut in primo homine omnes ceciderunt ad mortem, ita & in ſecundo omnes reſurgēt ad vitam.

*ſimile.*

*Apoc. 22. Ioann. 15.*

*Iob. 19.*

Hinc eſt, quod Eccleſia ſancta hoc reſurrectionis tempore tanta afficitur lætitia: nō enim Alleluja de cre eius decidit, cœlum terramq; ad gaudium & tripudium inuitat. In reſurrectione tua Chriſte cœli & terra lætentur. Fit gaudium in terra, quia terra humanitatis noſtræ, mortis vires confregit, fit gaudium in cœlo, quia per reſurrectionem Chriſti, quæ noſtræ reſurrectionis eſt cauſa angelicæ ſedes ſunt reparandæ. De hac lætitia inenarrabili Propheta ſanctus Iſai loquutus eſt, dicens. Lætabuntur coram te ſicut, qui lætantur in meſſe, & ſicut lætantur victores capta præda cum diuidunt ſpolia, & ſicut in die Madian. Primò inquit, quod lætitia vniuerſali Eccleſiæ in Chriſti reſurrectione, erit quaſi lætantium in meſſe. Cœlus enim, qui dum hieme triticum ſeminat, ex frigore, niue, & glaciæ magnos labores perpeſus eſt: tempore meſſis quādo triticum congregat in horrea, & fructum

*Eccleſia lætitia de reſurrectione & viſi.*

*Iſai. 9.*

laborum suorum percipit, magno afficitur gaudio. Non ab similibus fuit Apostolorum & totius Ecclesie lætitia. Dum enim diuinum illud tritici granum seminabatur in cruce, dum mortificatum iacebat in sepulchro, magna fuit Apostolorum tristitia, multos labores passi sunt, innumera ab inimicis & persecutoribus sustinuerunt opprobria: at quando granum illud reuixit, quando fructum resurrectionis attulit, magna fuit omnium lætitia. Secundo, ait, lætabuntur, sicut lætantur victores capta præda, cum diuidunt spolia. Antequam milites victoriam de inimicis consequantur, magno timore afficiuntur. Nullum est cor, quantumcunque fortitudine præditum, quod non pauet & trepidet: nam varius & incertus est belli euentus. At postquam de inimicis victoriam consequuti sunt, quando iam inter se victoriæ partem spolia diuidunt, huic scutum, illi galeam, & alteri gladium, siue captiuum præbentes, inenarrabili gaudio exultant. Sic militibus & ducibus Ecclesie sanctæ contigit: qui tempore belli & certaminis in cruce habiti, omnes quidem timidi & formidolosi extiterunt, maximo enim dolore concussi sunt, & tanto timore perterriti, quod omnes relicto duce fugerunt, & armis depositis, quasi imbecilles foeminae, intra coenaculum Syon, clausis ianuis sunt inclusi: sed tamen, post victoriam Christi de morte habitam, quando resurrectionis spolia inter ipsos per sui manifestationem diuisit, magna lætitiæ signa ostenderunt, gauisi enim sunt discipuli viso Domino. Tandem hoc gaudium erit instar Madian. Scimus qualis fuerit victoria, quæ de Madianitis populus consequutus est. Præcepit Deus Gedeoni, quod aduersus Madianitas ad bellum procederet, cum luminibus intra vasa illa fictilia inclusis. Ille verò, iuxta Domini mandatū fecit, & singulis militibus, singula vasa lutea cum luminibus intus existētibus dedit, ut in manibus ea deferreret ad pugnam.

Quod

Quod cum tempore congressus inimici in eos irruerent, repente vasa illa testea fregerunt, & apparuerunt lumina intus latētia. Inimici vero, ex repentino valorum fragore, & luminum aspectu perterriti sunt, qui terga vertentes, fugam se mandarunt deuicti. Erat ergo gaudium victoriæ Christi. Propheta inquit, sicut fuit in die Madian. Nam Christus ad certamen mortis iam egressus, humanitatem illam terream in cruce fregit sua passione, & tunc lumen diuinitatis apparuit. Dixerunt enim: Verè filius Dei erat iste. Et per eius mortem, de morte & inferno victoriam adeptus est. Promiserat Deus per multos Prophetas, & prædixerat hunc resurrectionis triumphum, mortique necem fuerat minatus. Sed ne vobis molestiam inferam, dum in recensendo morosus fuero, vnum aut alterum Prophetarum testimonium referam. Per Isaiam sic minatur morti dicens. Væ qui prædaris, nonne prædaberis? Væ tibi rapax mors, quæ omnia prædaris, & nihil intentatum relinquis, quæ æquo pulsas pede pauperum tabernas, & regnum turres, nec parcis purpure, nec vile sacculum cõtemnis. Væ tibi infida, quæ a cõstitutione mundi tot furta cõmissi, tot hominum rapuiisti vitas, diuitum & pauperum, sapientium & insipientium, potentium, & humilium. Nunquid, tu innocens relinqueris? nunquid, impunè semper tibi prædari licebit? Nonne prædaberis tu. & omnes à te raptam prædam restitues? Veniet quidem tempus, quædo omnium rapinarum, quas feceris debitas pœnas lites. Restitues quidè inuita quæ tyrannicè forata es. Contingit aliquè a pueritia malè inclinatum esse. hodie argenteum furatur: deinde subuculam, postea sindonem, & sic quamplurima etsi parua frequentat furta, donec tandem ex palatio regio aliquid magni pretij furatur: comprehendit eum iudex, & torquet eum: qui vi tormentorum coactus, omnia furta, quæ per totum vitæ spatium fecerat, cõfiteretur & restituit. Væ quæ prædaris, inquit Deus, nonne prædaberis? Mors quidem à cõstitutione sæculi,

Isai. 33.

simile.

Qq 3

vitas hominum prædata est, & in tantum furtis affueta, quod nulla domus esset, quæ ab eius manibus esset secura, nullus, quantumuis sanctus, qui ab insultibus immunis. Abstulit vitam Adæ & omnibus eius posteris, nequæ ulli vnquam pepercit verum furta hæc parui fuerunt momenti: hi quidem homines peccatores extiterunt, & dignitas eorum supra humanam naturam non transcendebat, & ideo impune licuit morti eorum vitas susurrari. At verò, quando Christum occidit, crimen læsæ maiestatis incurrit, fuit furtum in palatio regio factum, quare apprehensa mors est, & in cruce Domini cruciata, quæ palam omnia furta comissa confessa, quasi equaleo posita restituit. Hoc nimirum, significare nobis voluerunt sepulchra, quæ in passione Christi fuerunt reserata.

*Mat. 27.* Fuit enim apertio illa sepulchrorum sceleris confessio, & rapinarum restitutio. Quasi diceret mors: Ecce Domine arma in quibus cõfitebam, ecce arcum & sagittas, & ecce prædam quam tuleram, tibi restituo. Secundum testimonium sit *Osee* cap. 13. Vbi Deus inquit. Consolatio abscondita est ab oculis meis. O mors, ero mors tua, morsus tuus inferne. Verba hæc vehemēs Dei nostri desiderium explicant occidendi mortem. Omnis consolatio abscondita erit ab oculis meis, omne gaudium interdictum, quousque desiderium meum opere compleam, & ea quæ iam diu cogitaueram, executioni mandem. *Notē dicitur die bueno hasta azello puesto por obra.* O mors, ego quidem ero mors tua, quæ ab alio præter me occidi non poteris. Non enim, inquit D. Augustinus, moritur mors nisi in vita, non moritur amaritudo, nisi in dulcedine. Ego meis manibus te ipsam occisus, occidam, & morte mea, tibi mortem machinabor. Contigit Dominum quod Eleazarum populi Israelitici duci, qui cum insuperabilem bestiam vidisset, inter eas, quibus utebatur in bello Rex Antiochus, ex qua contrarij milites in multa damna populo inferebant, dedit se ut liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum, & cucurrit sub pedes elephantis, & supposuit se ei, & occidit eum, qui etiam cor-

ruas

ruens Eleazarum interfecit. Sic Christus ut mortem occideret mortui se supposuit. Mors enim, quæ tot damnanda mundo inferebat, quæ omnes opprimebat filios Adæ, ex cuius gladio nemo liber euasit, in Christi morte interfecta est: nam mortem ipsam quam pertulit, virtute diuinitatis ingulauit & occisus, eam occidit. Sed inquit insuper, quod inferni morsus futurus est, quod adimpleuit, quando inferni limbum spoliavit, & sanctorum Patrum animas virtute sua eduxit. Euenire solet, quod aliquis homo vorax sit. Et nimirum edax, qui sedens ad mensam, de omnibus cibis qui illi apponuntur libenter edit: tamē si inter illos cibos, sit aliquis quæ stomachus eius non ferat, cibus ille in causa est, quod omnia quæ deglutierat, euomat. Mors quidem edacissima est, nimumque vorax. O quanta est edacitas mortis. Quot Reges, quot Principes, quot mundi potētes, faucibus suis deglutiuit. *Es una gomila la muerte, q̄ nunca se ve harta, ni cõtenta.* Omnes quos adhuc deglutierat mors, mortales erant, & peccato, obnoxij, & ideo liberè potuit illos absoruere: At deglutiuit humanitatem Christi, quæ diuinitati erat vnita, quam stomachus eius non tulit, cum ab omni peccato esset immunis, & sic omnia quæ absorbuerat euomuit, & animas sanctorum Patrum in limbo existentium, restituit. Illa sepulchrorum reseratio in morte Christi, & mortuorum resurrectione, quid aliud quæ quidam mortis vomitus fuit? Eucruit enim mors corpora illa sanctorum, quæ prius deglutierat. Diuinus Citharedus, de hoc triumpho agens, sic inquit. *psal. 29.* Cõuertisti planctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. Plactus Christi quo plaxit pendens in cruce, quado cum clamore valido & lacrymis (vt ait D. Paulus) Dominum obsecrauit, pro totius mundi redemptione, in gaudium resurrectionis cõuersus est. Tunc quidem saccus humanitatis fuit discissus, ut diuinitas intus latens apparere posset. Sicut contigit quado vestis aliqua communis, sericis, aut deauratis telis multiplicata est, quod solet vestis in superficie discindi,

simile.  
Mors edax

psal. 29.

vt pretiosum aurum intus existens, appareat. Sic humanitas Christi in passione, verberibus, spinis & plagis fuit discisa, vt aurum diuinitatis in ea absconditum manifestaretur. Non enim defuerunt qui dicerent, ex his qui morti eius aderant. Verè filius Dei erat iste. Concidisti, inquit, saccum meum. Et rectè saccum mortalitatem suam appellat, quam in signum doloris ex morte hominis concepti, assumpsit. Quem saccum in morte discidit, Pater, & filium suum incredibili circūdegit lætitia. Nonne aliquando audistis viri nobilis alicuius, fratrem, per traditionem fuisse interfectum, vel ipsam aliquam recepisse iniuriam, quamque cum vindicare velet, curiam dimisisse, asperumque inouisse saccum, & ad aliquam confugisse solitudinem. iurasseque saccum non exuere, neque tondere caput, aut barbā, aut abscindere vngues, donec vindictam de inimico sumat: quod si semel vindictam sumpserit, & iniuriam vindicauerit, discidit saccum, & lætitiæ indumentis induitur. Hoc simili ex re quæ frequenter solet accidere, modum loquendi Dauidicū ad vnguem explicare possumus. Fuit homo diuini Verbi frater (non quidem per naturam, sed per adoptionem) à dæmone per traditionem in paradiso interfectus: ex quo Dei filius tantū concepit dolorē, vt more nostro loquamur, quodd ex illa curia cœlesti ad hoc humanum exilium, sacco nostræ mortalitatis indutus, profectus est. Promisitq; sub iuramento, saccum non exuere aut discindere, donec iniuriam hominis vindicauerit. At postquam in cruce vindictam sumpsit, & interfectorem dæmonem occisus occidit, saccum discidit, mortalitatem exuit, pœnas omnes dimisit, & in resurrectione incomparabili lætitia est circumdatus. Concidisti, inquit, saccum meum, & circumdedisti me lætitiā, vt cantet tibi gloria mea.

Huius lætitiæ, discipulos suos participes esse voluit, vt sicut fuerāt socij passionū, essent etiā & consolationū, & qui de morte eius non mediocriter doluerant, de gloriosa

gloriosa eius resurrectione, non leuiter gauderent. Et quidem hesternā die vidimus, quomodo Magdalenzæ & alijs mulieribus, valde mane ad sepulchrum pergentibus apparuerit, modo in præsentī Euangelio narratur, quomodo duobus discipulis à Hierusalem in castellū Emmaus progredientibus apparuit, & in fractione panis eum cognouerint.

Inquit euangelista sacer, quod *ibant ipsa die, duo ex discipulis Iesu in castellum, quod erat spatium stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emmaus.* Cum enim de resurrectione Christi ferè nullam iam spem habuissent, quasi confusionem passi, non auli sunt præ verecundia amplius in Hierusalem commorari, & coram ciuibus apparere: vnde ciuitatem egressi, in vicum ciuitati proximum profecti sunt: Fidem amiserant, spem suam quasi ex filo suspensam habebant, de Christi resurrectione valde dubitabant, & sic tædio & dolore affecti, per iter suum gradiēbantur. Et aduertit Euangelista sacer, quod ipsa die resurrectionis hoc contigit. Si enim dies in qua Dominus promiserat iam præterisset, non esset mirandum: at quod ipsa die desperassent, & de Christi resurrectione dubitassent, hoc iure præponderat. Fuerunt enim quasi mercatores rigidi & punctuales, in pecunijs suis exigendis esse solent, qui absque vlla dilatione, & mora die statuto elapso debita sua exigunt, quod si non eis redditur, & debitum persoluitur, statim debitorem in carcerem conijciunt. Sic mihi videntur hi discipuli, qui eadem die (imo antequam tempus statutum præterisset) pignus à Deo repētunt, quasi verbum resurrectionis promissæ, non soluisset. Quam rectè Abacuh Propheta inquit. Si moram fecerit, expecta eum, quoniam veniens, veniet, & non tardabit. Si videtur tibi, quod Deus inferendo, opem moram facit, neque statim ad nutum auxilium de cœlo mittit, non diffidas, aut spondeas animum, quinimo expecta eum, quoniam veniens veniet. Id est, tēpore,

Discipulo  
rum diffi-  
dentia.

simile.

Abacuch.  
in deos pe-  
randum.

opportuno, & quando necessitas maior ingruerit. Multoties enim differt postulata concedere; quia tempus opportunius expectat: est namque adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Multa committuntur peccata in mundo eò solum quòd diffidentes simus. Infirmitas, qui ad primam missam sanitatem non cõsequitur, iam auxilium nullum sibi superesse existimat. Auarus credit, se nõ posse familiam suam alere sine vsuris & alijs cõtractibus illicitis, & ideo nõ dubitat contra Dei legem ad vsuram pecuniã commodare. Virgo inupta, quia ad primam stationem, non illico, vt ipsa velet, maritum pro votis reperit, de diuina misericordia diffidit, & ex peregrina facta meretrix. *Hecha de romera ramera*, pudicitiam suam prostituit. Non enim attendunt ad Prophetam dictum: Si moram fecerit, expecta eum. Quam aliter in Deo sperabat ille, qui nimis confidenter dicebat. Si occiderit me in ipso sperabo. Et recte quidem, quia spes etiã de morte ipsa solet triumphare, & vsura vitæ terminos iurisdictionis suam extendere. Errauerunt antiqui Philosophi, & decepti sunt, existimantes spem, non nisi ad ultimam vitæ lineam perdurare, alioquin Iob, hæc verba ore suo non proferret. Elpidius depinxit spem supra dolum sedentem, mortis arcum & spicula confracta manibus habentem: quasi significans; quod viuos non mortuos deceat sperare. Vnde est quòd spei nomine Alciatus cecinit.

Abacu. 2.

Iob. 13.

Alciatus.

Emble. 94.

*Quod viuos sperare docet, præcido sepulchris.*

Mors enim omnem spem præscindere videtur. Quòd & commune prouerbum significat. Egro, dum anima est, spes est. Cui Hispano sermone respondet. *Hasta la muerte todo es vida.* Cui allusit Theocritus inquitens.

*In viuis est spes, sine spe sunt mortui.*

Hæc philosophica spes docet, quæ nimis stricta est, & vitæ limitibus coarctata: tamē prophetica & diuina, & quæ supernaturaliter, auctore Deo, in nostris animabus infunditur, nullis circumscribitur terminis, sed vsura vitæ lineam se extendit, & in mortuis ipsis, adhuc viuunt & virescit.

virescit. Exemplo nobis esse potest sanctissimus illè Patriarcha Iacob, qui morti iam propinquus, cum vltimum exalaret spiritum, hæc verba memoria mandata reliquit: Salutare tuum spectabo domine, quod nequaquam diceret, si spem ipsam simul cum vita finire existimaret. Quod si morientes in Deo sperare non desinunt, quanto magis viuunt, in eo omnem nostram spem reponere debemus? Non speremus in mundo, quia mendax est, nõ in diuitijs, quia fallaces sunt, non in hominibus aut sæculi potentibus, quia in eis salus non est, sed in solo Deo, qui solus nobis est sufficiens, & adserendum opem paratissimus. Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniã non dereliquisti quærentes te Domine, Dauid aiebat. Qui nouerunt nomen tuum, inquit, qui te agnoscunt, qui tui notitiam habent. Hi nimirum in te sperabunt, scientes quòd non dereliquis quærentes te, & de tua protectione confidentes. Hinc est, quòd ipse Rex Dauid quasi qui huius certissimi auxilij periculum fecerat, Psalm. 56. aiebat: Clamabo ad Deum altissimum, Deum, qui benefecit mihi, &c. Id est, in quocunque periculo & calamitate, ad diuinum auxilium me conuertam. Verba enim sunt ad fiduciam spectantia, quod magis Caldea paraphrasis explicat, sic habens. Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui præcipit aranæ, vt ordiretur telam ad defensionem meam. Ac si diceret. Nunquam de diuino auxilio desperabo. Et si labores me comprehendant, inimici circumdant, & mors ipsa in ianuis ad esse videatur: tamē semper de diuina misericordia præsumam, & opem illius expectabo: quia propter, in medijs periculis constitutus, clamabo ad Deum altissimum, qui præcepit aranæ, vt ordiretur telam, &c. Hoc alusionem habet ad historiam quandam, quæ refertur. 1. Reg. 24. Cum enim Dauid in spelunca quadam latitasset, quæ erat in deserto Engadi: contigit iuxta inimic⁹ eius Saul, eadē etiã speluncam ingrederetur: tunc Dauid timuit valde, quia in magno discrimine vitæ eius constituta

Psalm. 56.

*Dens suos non deseruit in periculo constitutos.*

1. Reg. 24.

Nota.

constituta fuit. Qui cum ad Deum adiutorem suum in illa tribulatione clamaret, exauditus est; & modo quodam singulari eum liberare statuit de manu Saul. Precepit enim araneis quibus abundabat spelunca, ut in ictu oculi, telam quandam ex suis visceribus conficerent, qua David se ipsum posset abscondere, & Saulis insidias effugere, & tunc quidem oram clamidis Saul abscidit. Ex hoc facto David magnam spem concepit, & didicit in quocumque periculo, de diuina protectione non discedere. Quare inquit, Non potero Domine deinceps de tua protectione dubitare, aut securus non esse in omni euentu. Quandoquidem enim in aliquo periculo constitutus fuero, non desperabo, sed ad te confugiam petiturus auxiliū, qui præcepisti araneis, ut ad defensionem meam telam ordirentur. Ex hac Dauidica confidentia iam diffidentiam horum discipulorum iudicate, qui ipsa resurrectio nis die, quasi desperantes, ciuitatem Hierosolymam egressi sunt, & in Emaus profecti: Non enim expectant, ut vel ipsa dies, cui resurrectio erat promissa, extremam lucem clauderet.

*Prædestinationis indicia.*  
Et ipse Iesus appropinquas erat cum illis, & factū est dum secū quærerent, &c. In hoc solum Christi discipuli videbantur, quod in itinere, loquebantur de passione eius. Fidē amiserant, spem ferè non habebant, ibant quasi à facie Domini fugientes: tamen aliqua indicia in eis remanserant discipulatus Christi, in aliquo, quam profitebantur doctrinam, ostendebāt, quia de eius morte & passione loquebantur. Discipuli enim Iesu, & qui ad vitam æternam sunt præordinati, licet aliquando ab eius seruitio discedant per culpam, tamen semper in eis aliquid virtutis remanet, in quo dignosci possunt. Malum quidem signum est, quando in aliquo tantum extenuatur virtus, quod nullum in eo boni manet vestigium. Nam prædestinati ad gloriam ferè semper suæ prædestinationis habent indicia. Contingere solet, filium alicuius viri nobilis, domo patris derelicta, per mundum diuagari, & ad tantam

tantam deuenire paupertatem, & miseriam, quod alicui fabro ferrario deseruiat: qui tamen in ea miseria constitutus, aliqua suæ nobilitatis indicia solet ostendere. Et si inter sufflatoria positus, & inter carbones fornacis, & malleos constitutus: tamen oculos habet grauitate plenos, verbis utitur curiosis & ciuilibus, & quidam in eo boni reperiuntur respectus, ex quibus facile est iudicare, quod non homo vilis sit, sed nobilis. Statim eo viso suspicantur omnes, non fabri, sed equitis, non vilis, sed nobilis, filium esse. Sic nimirum difficile esse arbitror, aliquem ad beatitudinem prædestinatum esse, & ad tantam gloriam præordinatum, & quod non aliqua suæ nobilitatis, & prædestinationis signa ostendat. Licet enim à domo Dei fugerit, & diaboli seruus per peccatum sit constitutus, quia peccatum ipsum, nil aliud quàm seruitus quædam est: tamen semper in eo aliqua vestigia remanēt, bonæ inquam inclinationes, & morales virtutes, quæ in reprobis non inueniuntur, ex quibus quasi per coniecturas dignosci poterunt, in vno quidem deuotio viget, & ad audiendum verbum Dei auditas, in alio ad pauperes liberalitas & miseratio, &c. Plato (vt Augustinus Cælius refert) per Europam Regis Agenoris filiam super taurum infidentem, & per medios maris fluctus vectam, capite retrorsum conuerso & patriam suam aspicientem, animam intelligit Dei sponsam, & ad cœlestia bona præordinatā. Ferebatur enim foemina illa super taurum libens, tamen amore patriæ aliquoties caput cōuerterat. Eodem modo se habet anima ad imaginem Dei creata, quæ magno periculo suæ saluationis exposita, per medios vitæ huius vortices, per medios maris procellosi fluctus, corpori humano insidens, ducitur. Licet enim quandoque suæ perditioni consentiens, & indomitę huic bestię annuens, per vitiorum præcipitia feratur: tamen non desinit (maxime si prædestinata sit) ad Deum creatorem suum, per exercitia aliquarum virtutum caput cōuertere. Ex quo facile diiudicare queas, illam

*In prædestinato semper aliqua indicia prædestinationis apparent*

*August. Cœlius lib. 59. anime picturam.*



illam ex numero electorū esse, & ad cœlestia illa bona; quæ neq; ocul<sup>9</sup> vidit, neq; auris audiuit, ab æterno prælectam. Præcipiebat Deus lege veteri, quod ex piscibus maris, aut flauiorum, eos solos cōmederent, qui pennulas haberēt & schamas, eos autē qui nō haberent, reputarent execrandos. Sic enim inquit. Omne quod habet pennulas, & schamas, tam in mari, quā in fluminibus & stagnis cōmedetis. Quidquid autē pennulas & schamas non habet, eorū quæ in aquis mouentur & viuūt, abominabile vobis, execrandumquē erit. Rationem literalem huius legis Lyranus assignans, ait, quod Gentiles in suis sacrificijs huiuscemodi piscibus carentibus pinnulis & schamis utebantur. Isichius, & Isidorus, ad cœlestium contemplationem pennulas spectare existimant, vt ille pennulis carere dicatur, qui bona cœlestia non considerat, sed totus terrenis rebus inheret. D. Gregorius magis ad nostrum propositum sic explicat. Pisces, pinnulas habent & schamas, dare saltus super aquas solent. In pinnatis ergo piscibus electæ animæ figurantur, quæ solæ in cœlestis Ecclesiæ corpus transeunt, quæ pinnulis virtutum fultæ, per cœleste desiderium saliant ad contemplationem, quamuis in se relabantur per carnis fragilitatem. Iam ex hoc manifeste intuere, quomodo ex his qui in mari huius mundi versantur, ille execrandus & abominabilis habetur, qui semper in profundo & vitiorum ceno commoratur, & nunquam ad Deum per contemplationis pennulas, aut alia prædestinationis indicia aspirat. Fugiebant quidem hi duo discipuli à facie Domini, fidem amisserant, spem fere perdiderant: & tamen quasi Domini Discipuli de eius passione & morte in itinere agebant. Quid tibi videtur, o charissime frater Cleophas, aiebat Lucas de magistri nostri nece, & pontificum crudelitate, qui illum iniuste & inuidiose tradiderunt? Equidem mala pro bonis retribuerunt illi. Nam hominem non solum sermone, sed opere potentē, qui

qui suscitabat mortuos, illuminabat cæcos, curabat infirmos, & expellebat dæmones, de cuius virtutibus publica nostra non incongruē gloriari posset, turpissima morte affecerunt. Me quidē, aiebat Cleophas, quod in maximā admirationem rapuit ò Luca, fuit eius inaudita patientia in cruciatibus ferendis. Magna quidem fuit lobi patientia (vt scriptura nobis tradit) tamē clamabat præ dolore, & quasi cū Deo de iustitia sua cōtendere videbatur: & ad certamē cum illo descēdere: at magister noster tāta mansuetudinis lenitate in passione n̄ruit, quod sicut agnus corā tondente obmutuit, neq; vllum verbū fuit in ore eius, quod summā patientiā non ostenderet. Quid amplius? Fertur, quod cū vilissimus seruus corā Pontifice Anna, alapam ei in faciē dedisset, qua dētes eius sanguine perfudit, summa m̄suetudine respondit: Si male loquurus sum testimoniū prohibe de malo. Verum ò charissime Luca, si filius Dei erat (vt ipse fatebatur) quomodo pater ei<sup>9</sup> eū deseruit, neq; exaudiuit eū de cruce clamātem? Ignoro profusus (aiebat Lucas) hoc vnū scio, quod nunquā vel officiosum mēdaciū de ore eius est auditū, quapropter mihi persuasum habeo, in hoc nō fuisse mentitū, sed ipsum verū Deū esse, sicut & eius miracula ostēdebāt. Ex alia verò parte videtur fuisse homo mortalis & passibilis, siquidē pati, crucifigi, & mori potuit. Age dū amice Luca (inquit Cleophas) disputemus de hac veritate inter nos: rationes profer, quibus esse Deum persuaderis, & ego illas referam, quibus esse hominem existimo, quod si nemo nostrum alterum conuicerit, erit quidem neque solus Deus, neque solus homo, sed Deus & homo pariter.

*Qui sunt hi sermones, quos cōfertis ad inuicē inter vos. &c.*  
Dum hæc secū in via colloquerētur: ecce Dominus peregrini formā habēs, erat appropinquās cū illis, & interrogauit eos. Qui sunt hi sermones, quos cōfertis ad inuicē de ambulantes, & estis tristes? Qui illi responderunt.  
*Tu solus peregrin<sup>9</sup> es in Hierusalē, & hæc ignoras? Later omnes pere-*

Leuit. 11.  
& Deuter

14.

Isichius.  
D. Isid.

D. Greg.

peregrinos, Cleophas inquit, qui ad celebrationem Paschæ Hierosolymis venerunt, tu solus super omnes peregrinus es, & ea quæ his diebus in ciuitate acciderunt, ad tuam non peruenerunt notitiam? Redarguit peregrinū incuriositatis, quòd ea quæ gesta erant, & adeò cunctis nota, & manifesta, vt per angulos & triuia ciuitatis decã tarentur, ipse solus ignoraret. Vbi D. Hilarius ait. Adeò crux Christi decantata erat, etiam per angulos in Hierusalem, vt Cleophas responderit Christo tanquam harum rerū incurioso, perinde dicat. Valde mirabile est, quòd

D. Hilari.

Christus  
multis ra-  
tionib⁹ pe-  
regrinus  
appellatur.  
Ierem. 14.

Psalm. 63.

Matthæ. 8.

Isai. 28.

Christ⁹ nō  
tanquã pe-  
regrin⁹ &  
hospes non diu in domo commoratur, hodie recipitur,  
& mane

solus tu nescias, quæ omnes sciunt. Sed obserua, quòd peregrinum eum appellat, & rectè quidem, quia multis nominibus, peregrini nomen illi conuenit. Primò, quia magnam pro nobis peregrinationem suscepit, cū de cœlis ad terram descēdit, & veste nostræ mortalitatis se induit. Nam vt Ieremias inquit, factus est sicut colonus in terra, & quasi vir viator profugus & declinans ad manendum. Deinde, quia peregrini vitam egit in mūdo, vt nos peregrinos esse ostenderet. Extraneus factus sum fra tribus meis, aiebat, & peregrinus filijs matris meæ. Non ne quasi peregrinus vitam transegit, qui de seipso ingenuè fatebatur? Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidus, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Tertio fuit peregrinus in morte sua, nam cum Deus esset, tam acerbam mortem pro nobis sustinere voluit. Vt faceret opus suum, Isaias inquit, peregrinum est opus eius ab eo. Sed dices, quòdnam fuit hoc peregrinū Christi opus? cui dicã ego: Quin potius, quòd fuit Christi opus in morte, quòd peregrinum non esset, & à sua maiestate alienum? Innocens comprehenditur, Rex gloriæ flagris lauciatur, iustitia & sanctitas, inter sceleratissimos homines crucifigitur, vita moritur, & Deus occiditur. Denique, peregrini nomen ab eo non abhorret,

& mane dimittitur. Accedit hospes aliquis ad domum vestram: prima die, libenter eum suscipitis, magnoq; lætitiæ applausu: secunda, non tanta lætitiæ signa ostenditis: tertia verò, tædio & molestia afficimini, vt vel sic ædes vestras egredi cogatur, & domum vestram desistere. Sic sunt non perpauci (quod valde dolendum est) qui in hoc festo Paschatis, tanquam hospitem & peregrinum intra lares conscientia sue Christum recipiunt. Conitentur quidem peccata sua, vt tanto hospiti hospitium præparent, eucharistiam sumunt, & aliqualem morum mutationem ostendunt: tamen duobus, aut forte tribus diebus transactis ad vitia reuertuntur, & sceleribus suis Deum cogunt à domo abscedere, & hospitium derelinquere. Nollunt Deum recipere, nisi ad tempus solum. *pareceles que es mucho Dios en casa.* Suscipiamus Christum, non tanquam peregrinum & aduenam, sed tanquam domesticum & domus ipsius dominum, vt semel receptum, nunquam ab animabus nostris expellamus. Inueni quem diligit anima mea, sponsa illa sancta aiebat: tenui, nec dimittam eum. Tenendus est intra parietes animæ nostræ: non vi, sed virtute: non fure, sed amore: non ferreis compedibus, sed charitatis laqueis. Quomodo suscipiendus sit Christus, aperit nobis D. Paulus in ea, quam ad Romanos scripsit, cap. 6. Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Surrexit Christus per gloriam Patris, non amplius moriturus, neque sepulchrum reuersurus, sed ad vitam nouam, immortalem, & gloriosam. Sic nos post extinctionem peccati debemus in vitam nouam resurgere, & ad peccati sepulchrum non reuerti. Non otiose inquit, sicut Christus surrexit: quia alij quidem etiam surrexerunt, verum statim morituri, sicut Lazarus, & alij quos Iesus suscitauit, & hoc adumbravit sudarium, quo prodijt de sepulchro Lazarus. Christus enim sine sudario exijt; Lazarus verò cum illo, quòd non à mysterio vacare exi-

hospes, sed  
tanquã ani-  
ma habita-  
tor susci-  
piendus.

Cant. 3.  
Perseuerã  
dum in vi-  
ta gratia.

Rom. 6.

simile.

stimandum est. Nimirum, quia Christus iam immortalis factus. Lazarus adhuc morti subiectus. Quando remiger aliquis coactus, e triremi egreditur frustra catena e tibia pendens secum portat, in lignum quoddam coactus est, & velit nolit, ad triremem est reuerturus. Sic Lazarus egrediens de sepulchro, sudarium & ligamenta illum insequuntur: ut intelligat remigerum esse mortis, & quod ad sepulchrum iterum reuerturus est. At Christus, surrexit sine sudario, quia a lege mortis iam erat solutus. Inquit igitur D. Paulus, quod sicut Christus surrexit, iterum non moriturus, sed ad nouam & immortalem vitam: sic nos qui per Christi liberalem gratiam, de morte peccati suscitati, ad vitam spiritualem surreximus, debemus in illa permanere, & in nouitate vitæ ambulare, ut non amplius ad mortifera vitia reuertamur.

*Quæ?* Cum dixisset illi Cleophas: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & hæc ignoras? Respondit peregrinus: *Quæ?* Multa sese notatu digna, in hoc vno verbo offerebant: quæ breuitati consulentes missa faciemus, ne in longum orationem protrahentes, tædiosi legenti videamur: & duo solum adnotabimus. Primum, quod interrogatio illa, significat in gentem Christi amorē, quo omnia quæ pertulit pro nobis, passus est. *Quæ?* inquit, pertulit? Quasi diceret, exigua sunt, quæ passus est, si cum amore patienda conferantur. Eram enim paratus multo maiora pati, si necessitas afforet, aut expediret, hominum redemptioni. Fenestra ille quibus Salomonis templū abūdabat, obliquæ erant, vt. 3. Reg. c. 6. dicitur. Id est, a parte interiori maiorem latitudinē habentes, quā a parte exteriori. Sic vulnera illa in templo illo sacrosancte Christi humanitatis, quæ fenestræ, quædam sunt, per quas infinitum eius amorē intueri possumus, licet a parte exteriori magna videantur, tamen a parte interiori multo maiora, si interiorē animæ charitatē, qua illa pro nobis pertulit, contēplemur. Præponderat enim passioni charitas,

&amp; vul.

& vulneribus, patiendi voluntas. Secundum, quod licet tot verbera & ludibria, tot & tam atrocía vulnera pro nobis passus fuerit: tamen cum de his agitur, quantum fuerint interrogat, & quasi nihil horum sibi acciderit, loquitur. Nunquid Domine, dolorum & passionum tuarum iam es oblitus? Tam leue fuit pro nobis pati, & inter latrones cruciungi, quod illa obliuioni mādaueris, & quasi horū ignarus, quæ nā illa sint interrogas? Quorsum simulatio hæc? Discoperi peregrini vestē, & proculdubio vulnus lateris apparebit. Ostende nobis manus & pedes, & certē clauorum signa patefient. Quid ergo tibi vult interrogatio, Quæ? quasi omnia hæc e tua memoria lapsa fuissent? O foelix beatorum sors, o stat⁹ quolibet desiderio dignus. En fratres breui sermone, illius foeliciissimi status imago depicta est. Nō enim Christus seruator noster laborū suorum est oblitus, sed quasi

Beati laborū oblitus cunctur.

Isai. 31.  
Apoc. 7.psal. 48.  
sapiens. 5.

Rr 2 obierat

3. Reg. 6.

obierat diues ille, & iam omnium bonorum suorum, & antiquæ suæ felicitatis erat oblitus: iam enim quasi nunquam fuissent, de sua exciderant memoria. Nec recordatur, qua induebatur purpura, nec altitium quibus quotidie vesceretur, nec diuitiarum quibus abundabat, neque antiquæ suæ felicitatis villo modo reminiscitur. Id ipsum & multo melius de beatis dicendum est. Beatorum statui, dolorum & laborum obliuio est annexa: non enim eorum recordatur ad poenam. Nam tanta est presentis gloriæ dulcedo & suauitas, quod omnium passionum quæ præcesserunt, obliuionem parit. Si vnica tantum gutta (Agust. inquit) caelestis beatitudinis, in damnatorum poenas deflueret, tanta dulcedine repletur gehenam, vt nullum dolorem, aut tormentum paterentur. Gene. 41. memoria mandatur, quod Ioseph, qui tota uersa à fratribus & domina sua pertulerat: potiusquam è carcere eductus, ad aliquantulam gloriam fuit euectus, primum filium quem genuit, Manasem vocauit, quod obliuionem sonat, & rationem æthimologiæ assignans, ait: quia obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum. O Deus sancte, si Ioseph propter gloriolam illam temporalem, quam apud Regem Aegypti consequutus est, eo solum quod Prorex est creatus, & ad gubernationem Regni assumptus, tantorum laborum obliuiscitur, nempe persecutionis quam à fratribus pertulerat, venditionis, falsæ accusationis, & carceris: quid de supra mailla gloria in qua beati constituti sunt, erit existimandum? Quid de illis bonis, de quibus Paulus inquit, 1. Cori. 2. quod neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt? Statim enim ac coelum quis ingreditur, omnium laborum suorum, quos in hac pertulit vita obliuiscitur, & quasi nunquam pertulisset, reputantur. Si enim D. Laurentium interrogasses: Laurenti recordaris tormentorum tuorum, illius craticula & ignis & aliorum quæ pertulisti? Responderet idem prorsus quod Christus, Quæ? Si à D. Francisco scisciteris:

Fran-

Francisce, Nunquid tenes memoriae duram illam poenitentiam, qua corpus tuum affligebas? Flagella quibus illud castigabas? Recordaris niuis, in qua nudus iacebas? Quid aliud existimas responderet, nisi? Quæ? Quænam sunt illa de quibus me interrogatis? Iam enim laborum perijt memoria, & sempiternæ obliuioni sunt traditi. Explicuit ad hunc sensum D. Agust. locum illū Esaiæ, cap. 65. Quia obliuioni traditæ sunt angustia priores, & quia absconditæ sunt ab oculis eorum. Ecce ego creo caelos novos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora & non ascendent super corde. Si enim mulier cum peperit filium masculum, statim pressuræ, & omnium dolorum partus obliuiscitur, vt Saluator inquit, Quid non obliuiscetur beatus post partum illum foelicem æternitatis?

Cum peregrinus interrogasset, Quænam essent, quæ Hierosolymis acciderant: dixerunt illi: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta; potens in opere & sermone coram Deo & omni populo, & quomodo tradiderunt eum summi Sacerdotes, & Principes nostri in damnationem mortis: & crucifixerunt eum. Hoc enim est, quod Hierosolymis factum est; hoc quod inter nos conferimus, & hæc nostræ tristitiæ causa. Sperabamus in super, quod redempturus esset Israel, & tertia die surrecturus: tamen iam tertia dies est, & aliquid certi suæ resurrectionis non habemus. Tunc peregrinus stultitiæ illos redarguit, dicens. O stulti & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ loquuti sunt Prophetae. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Tarditatis & stultitiæ arguuntur, cum resurrectione eius per tot Prophetas fuerit prænunciata. Dicitur enim Osee. 12. Ego loquutus sum per Prophetas, & ego visionem multiplicauit eis, & in manibus Prophetarum assimilatus sum. Prophetarum visiones multiplicauit, quia ab initio seculi usque ad Christum, quid futurum esset, vel patrum typis, vel Prophetarum vaticinijs prænuntiare non desistit. Est etiã in manibus Prophetarum assimilatus, id est, in eorum operibus,

Agusti.  
de Ciuitat.  
lib. 20. cap.  
21.

Osee. 12.  
Christus in  
manibus  
Propheta-  
rum deli-  
ncatus.

D. Agu.  
serm. de  
beatitu.  
caelest.  
Gen. 41.

1. Cori. 2.

Acto. 3.

ribus, ut in immolatione Isaac, venditione Ioseph, euo-  
 matione Iona & alijs. Ex his argumentum sumpsit. D  
 Petrus in Actibus Apostolorum cap. 3. ad probandam  
 Christi resurrectionem. Deus, qui prænuntiauit per os  
 omnium Prophetarum pati Christum suum, impleuit  
 sic. Eodem argumento videtur nunc Christus ad proban-  
 dam suam resurrectionem, & discipulos reuincendos,  
 insinuans illis, quomodo hoc in Prophetis fuerit præ-  
 nuntiatum, & incipiens à Moyse interpretabatur illis  
 scripturas, quæ de sua resurrectione loquebantur. Quis  
 referre vobis, queat fratres, quanta discipuli illi, ex pere-  
 grini sermone & colloquio, afficiebantur dulcedine &  
 suauitate: bene quidem hoc explicant verba illa quæ  
 postmodum dixerunt, quando cognouerunt eum in fra-  
 ctione panis. Nonne cor nostrum ardēs erat in via, dum  
 loqueretur nobis? Profecto sic eos suspensos habuit,  
 quod itinere labore omnino non sentirent. Non enim  
 (vt Salomon inquit) habet amaritudinem conuersatio  
 eius, sed lætitiā & gaudium.

sapi. 8.

Adinere peracto, ecce Castellum quo ibant apparuit.  
 Tunc Dominus finxit se longius ire, ipsi verò volebant  
 eum dimittere, sed cōgebant, vt cum illis ibi maneret.  
 Mane nobiscum Domine, aiebant, quoniam ad uespe-  
 rascit, & inclinata est iam dies. Acquieuit eorum pre-  
 cibus, & ingressi sunt diuertorium. Et cum recumberet  
 cū eis ad cocandum: factum est, quod aperirentur eorū  
 oculi, & cognouerunt eum in fractione panis. Dicit Eu-  
 sebius Emisenus, quod ideo dicitur in fractione panis  
 eum cognouisse, quia dum adhuc viueret & inter eos  
 conuersaretur, hunc ordinem obseruabat, quod bene-  
 dicebat panem, frangebat, & porrigebat illis & viden-  
 tes eundem ordinem nunc obseruasse, cognouerunt il-  
 lum in fractione panis. Non desunt qui dicant, quod  
 Christus Redemptor noster panem illum consecrauit,  
 sicut in cœna fecerat, & in corpus suum cōue-  
 tit, quod dedit illis manducandum, & in verbis, quibus tunc usus  
 est,

1. Cor. 10.

Christus  
 panem conse-  
 cravit in  
 corpus.

D. Aug.

Act. 4.

Theobi.

1. Reg. 14.

est, eisdem, videlicet, quibus in mensa, cognouerunt il-  
 lum. Et huius sententiæ est D. Aug. sermo. 140. de tem-  
 pore. Quinimo verba ipsa quibus videtur Euangelista,  
 in fractione panis id indicant. Nam est phrasis scriptu-  
 ræ ad significandam factam Eucharistiam. Dicitur enim  
 Actorum. 4. Erāt quotidie fideles in fractione panis, au-  
 dientes verbum Dei, vbi per fractionem panis, factam  
 communionem intelligit. Ad stipulatur huic sententiæ  
 Theophilatus super Luc. inquit. Insinuat autem  
 quod oculi eorum, qui benedictum panem assumunt  
 aperiuntur, vt agnoscat Christum. O quantum illuminat  
 oculum mentis caro Christi sacrosancta. Si oculi Ionatæ  
 famelicis aperti sunt degustato melis fauo, quem in  
 via reperit, quanto magis fauus ille suauissimus, omni-  
 què dulcedine dulcior, oculos animæ nostræ cacu-  
 tientes illuminabit, vt eum possimus agnoscere, &  
 mysteria fidei penetrare. Accedite, accedite ad eum fra-  
 tres, & illuminamini & facies vestre non confundentur.  
 Si enim dignè vt decet, ad eum fide, deuotione, & chari-  
 tate accedamus, illuminabit nos lumine suæ diuinæ gra-  
 tiæ, quæ medium est ad consequendum lumen gloriæ.

LAVS DEO.

# INDEX LOCUPLETISSI- mus sententiarum, & rerū memo- rabiliū, quæ in hoc quadragesima li opere continentur.

## A

**A** BBA dictio, quid signi-  
ficet. concio. 1. fer. 3  
hebdo. sanctæ. fol. 209.  
pag. 2.

Abrahæ obedientia pondera-  
tur. concio. fer. 2. hebdo. sanctæ  
fol. 195. pag. 2.

Abundantia spiritalis Eccle-  
siæ. concio. fer. 6. domi. 1 qua-  
drage. fol. 67. pag. 2.

Abundantia, in pane, & vino  
significata. concio. 2. fer. 5. in  
cena. fol. 254. pag. 2.

Accerui Mercurij. quid appe-  
llabat Gentilitas. concio. domi.  
2. fol. 78. pag. 1.

Accusator, & reprehensor alio-  
rum, debet esse expers criminis.  
concio. fer. 4. domi. 3. fol. 111.  
pag. 1. & 2.

Adam à suo delicto eductū,  
ex scriptura ostenditur. concio.  
fer. 6. dom. 1. fol. 66. pag. 2.

Adam rerum omnium natura-  
lium cognitionē habu. concio.  
fer. 4. dom. 2. fol. 92. pag. 1.

Aduentus filij Dei fuit à Pro-  
phetis prænunciatus. concio. fer.  
4. dom. 1. fol. 69. pag. 2.

Adulatio fugienda. concio.  
feriæ. 4. domi. 1. fol. 60. pag. 2.

Agnus paschalis immolādus,  
quomodo ingrediebatur ciuita-  
tem. concio. dom. palmi. fol.  
191. pag. 2.

Alexander militibus suis pro-  
ponebat spolia, & premia, vt eos  
animaret ad certamen. concio.  
septuagesi. fol. 6. pag. 1.

Alexandri notabilis confiden-  
tia erga medicū. concio. fer. 4.  
hebdo. sanctæ. fol. 232. pag. 2.

Ambitio vniuersale vitium.  
concio. fer. 4. dom. 2. fol. 89.  
pag. 1.

Amoris, & mortis pictura. cō-  
cio. septuag. fol. 7. pag. 2.

Amoris dignitas, & excelētia.  
concio. fer. 6. post cineres. fol.

37. &amp; 38.

Amor, & odium occultari nequeunt. concio. fer. 6. passio. fol. 178. pag. 1.

Amor ignis appellatur: concio. fer. 5. in cen. fol. 241. pa. 1. & 2.

Amor habet virtutem transformantiam. concio. 2. fer. 5. incq. fol. 250.

Amare, & sapere vix Deo conceditur. concio. fer. 4. domi. 1. fol. 64. pag. 2.

Amicitia vera. concio. fer. 6. dom. 4. fol. 150. pag. 1.

Amicos suos, cur Deus laboribus prosequatur. concio. fer. 6. dom. 4. fol. 150. & 151.

Angelis datae sunt mortuae ad merendum. concio. fer. 4. dom. 4. fol. 126. pag. 2.

Angeli non sunt per naturam in peccabilis concio. dominice passionis. fol. 158. & 159.

Angelus qui confortauit Xpm. in sua passione fuit Gabriel. concio. fer. 3. hebdo. sanctæ fol. 210. pag. 2.

Animadicitur gladius Dei, concio. dom. 1. quadra. fol. 47. pag. 2.

Animam nostra in latere Ezechielis depicta. con. dom. 3. fo. 100.

Anima a Deo derelicta, quantum incurrat mala. concio. domi. 4. fol. 127. pag. 1.

Animorum concordia. concio. fer. 6. cine. fol. 38. pag. 1. & 2.

Appelles cognitus ex lieta. concio. fer. 4. domin. 1. fol. 58. pag. 1. & 2.

Apostoli, & cōcionatores eorum vices gerentes, faminat. res vbi Dei dicuntur. concio. fer. xage. fol. 12. pag. 1.

Apostoli, Christi mortem nō intelligebant. concio. quinquage. fol. 23. pag. 2.

Apostoli ex miraculis cognouerunt Christum concio. fer. 4. dom. 1. fol. 57. & 58.

Apostoli, Ecclesie duces. concio. dom. passio. fol. 160. pag. 1.

Apostolorum munus, peccatores tollere, concio. dom. Palmariū, fol. 187. pag. 1.

Aqua voluptatum aut diuinitatum nō satiat, concio. fer. 6. do. 3. fol. 121. & 122.

Aqua diuinæ gratiæ satiat animum, ibidem.

Arthemisiæ factū. concio. fe. 2. in cena. fol. 250. pag. 1. & 2.

Aspis obturat aures. concio. fe. 4. dom. passio. fol. 192. pag. 2.

Athenienses cepturi bella, cur Musis sacrificabant, concio. 2. fer. 5. in cena. fol. 148.

Auaritiā damnatur. concio. sexage. fol. 17. pag. 1.

Audire verbum Dei, predestinationis signum. concio. fer. 4. dom. passio. fol. 173. & 174.

Auxiliū Dei ad perseuerandum

in bono, esse necessariū. concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ fol. 215. pag. 1. & 2.

## B

Beatitudinis memoria inebriat mentes. concio. dom. 2. fol. 82. pag. 1. & 2.

Benefacere inimicis, signū est filiorum Dei. fer. 6. post cines. fol. 44. pag. 2.

Beneficio redemptionis quantum teneamur. concio. fer. 4. dom. 2. fol. 82. pag. 1. & 2.

Bethania interpretatur domus obedientiæ, concio. fer. 2. dom. palma fol. 195. pag. 1.

Bethanias duas habuit Christus, ingrediens, & egrediens mundum: ibidem.

Binarius numerus diffusionem significat, concio. fer. 6. post cine. fol. 38. pag. 2.

Boni euentus pictura, concio. 2. fer. 5. incena domini. fol. 255. pag. 1.

## C

Cambisis crudelitas, concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ fol. 223. pag. 1.

Canes Aegyptij cursim, & raptum bibunt ex flumine, concio. dom. in ramis. fol. 193. pag. 1.

Caput cur inclinauerit Chris-

tus, priusquā tradiderit spiritum cō fer. 5. in carn. fo. 239. & 240.

Carmē homericum, omnia alia excēdes, concio eadem. fo. 184.

Caro nostra, non nisi ieiunio vincitur, concio. fer. 4. cine. fol. 32. & 33.

Caro ieiunij affligenda. Ibidē Capilli Magdalene cōmendatur, concio. fer. 2. hebdo. sanctæ. fol. 202. pag. 1. & 2.

Capilli spōsi cur elati dicantur, fer. 3. heb. sanctæ. fo. 202. pa. 2.

Cæci illuminatio, probatio diuinitatis Christi, concio. fer. 4. dom. 4. fol. 143. pag. 1. & 2.

Cælum, quare Deus non approbauerit, concio. fer. 6. post cine. fol. 33. pag. 2.

Cælum in morte Christi fuit expugnatū, concio. fer. 4. heb. sanctæ. fol. 234.

Centurio, in quo cognouit Christū esse Deum, concio. fer. 6. post cine. fol. 46. pag. 1.

Cerastes solo afflatu necat. concio. dom. 1. quadrage. fol. 54. pag. 2.

Ceremoniæ Ecclesie cōmendantur. concio. fer. 6. domi. 1. fol. 48. pag. 1.

Ceti illusio. concio. domi. 1. fol. 49. pag. 1.

Chirotecam proiicere, cōsuetudo antiqua in bellis. concio domini. 1. fol. 49. pag. 1.

Coadiutores, & cooperatores  
sumus Dei. concio. septuag. fol.  
4. pag. 2.

Cognitio sui difficilis. concio.  
fer. 6. dom. 2. fol. 91. & 92.

Cognitio proprii sceleris ne-  
cessaria. concio. fer. 4. hebdo.  
sanctæ. fol. 230.

Concionator verbi Dei, ver-  
bo, & opere concionari debet.  
concio. sexag. fol. 14. pag. 1.  
& concio. domi. passio. fol. 160:  
pag. 1. & 2.

Concionator quomodo se de-  
beat habere in suis concionibus.  
concio. fer. 4. dominicæ. 1.  
fer. 60. & 61.

Concionator debet esse Ange-  
lus in puritate vitæ. ibidem fol.  
61.

Concionator debet reprehē-  
dere vitia ibidem

Concionator verbum Dei a-  
dulterans reprehenditur, eadē  
concio fol. 61. pag. 2:

Conducit nos Deus valde ma-  
ne. concio. septuag. fol. 2.  
pag. 2.

Conductio ex denario diur-  
no, magni momenti ad meritū,  
ibidem. fol. 5. pag. 1

Confessionem peccati, aliquā  
do Deus per vim extorquet.  
concio. dominicæ. 3, fol. 105.  
pag. 2.

Confessio debet esse integra.

eadem concio. fol. 107. pag.  
1. & 2.

Confidentia nostra, non nisi in  
Deo reponenda. concio. 2. fer.  
3. hebdo. sanctæ. folio. 215.  
pag. 2.

Consideratio sui humiliat. cō-  
cio. fer. 4. cine. fol. 29. &  
30.

Consilium moriendi inter la-  
trones, ex infinita Dei sapientia.  
concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fol.  
227.

Consensus adulti, ad eius iusti-  
ficationē necessarius. concio. fer.  
6. domi. 1. fol. 71. pag. 1.

Consuetudo peccandi, diffici-  
lis victu. concio. septuage. fol.  
8. pag. 1.

Consuerudo praua peccandi.  
concio. fer. 4. dom. 1. quadra-  
ge. fol. 59. pag. 2.

Consuetudo Ecclesiæ Grecæ  
circa Eucharistiā. concio. 2. fer.  
5. in cena. fol. 256. pag. 2.

Conuersio peccatoris quanti-  
momenti sit. concio. fer. 6. do-  
mi. 3. fol. 117 & 118.

Creaturæ aduersus hominem  
coniurarunt propter peccatum,  
concio fer. 6. dom. 3. fol. 119.

Creaturæ, in sua passione cog-  
nouerunt Christum. eadem cō-  
cio. fol. 119. & 120.

Creaturæ irrationales, etiam  
contra proprias inclinationes,  
creato-

creatori suo obediunt. concio.  
fer. 6. post cine. fol. 41. & 42.

Christus granum frumenti: cō-  
cio. sexage. fol. 10. pag. 2.

Christus verbo, & opere semi-  
nauit semen euangelicū. eadem.  
concio. fol. 11. pag. 2.

Christus Lybano comparatur  
concio. quinq. fol. 19. pag.  
1.

Christus mortis suæ conscius.  
concio. quinq. fol. 20. pag. 1.

Christus sine sanguine perit  
mūdum redimere. ibidem.

Christus cur capræ similis di-  
catur. ibidem.

Christus in manibus Prophe-  
tarum assimilatus, eadem concio.  
fol. 22. pag. 1. & concio. fer. 4.  
domi. 1. fol. 56. & 57. & cōcio.  
fer. 4. domi. passio. fol. 166.

Christus botrus fuit in sua pa-  
ssione. concio. quinquage. fol.  
23. pag. 1.

Christi opus peregrinū in  
sua passione. eadem. concio. fol.  
24. pag. 1.

Christus docuit veram intelli-  
gentiam scripturæ sacræ. cōcio.  
fer. 6. post cine. fol. 41. pag. 1.

Christus ira, & adulatione su-  
perior, concio. fer. 4. domi. 1.  
fol. 60. pag. 2.

Christi sanguis in sacramentis  
contentus. concio. fer. 6. do-  
mi. 1. fol. 67. pag. 2.

Christus cur dominus gloriæ  
appellatus, concio. dom. 2. fol.  
75. pag. 1.

Christus fuit viator, & com-  
prehensor. eadem, concio. fol.  
78. & 79.

Christus frequenter de sua pa-  
ssione agebat, concio. fer. 4. do-  
mi. 2. fol. 83. pag. 2.

Christi vulnera ex amore, pro-  
cesserunt, concio. fer. 4. domi.  
2. fol. 84. pag. 2.

Christus, quantum mori desi-  
derabat, eadem concio. fol. 85.  
pag. 1. & 2.

Christus cur in tertia persona  
de passione sua loqueretur, eadē  
concio. fol. 85. pag. 2.

Christus nō secundum quod  
Deus, sed secundum quod ho-  
mo, passus est, eadem, concio.  
fol. 86. pag. 1. & 2.

Christus non pro se, sed pro-  
nobis est passus, eadem concio.  
fol. 87. pag. 1.

Christus filius olei dicitur pro-  
pter eius lenitatem, & mansuetu-  
dinem. concio. fer. 6. domi. 2:  
fol. 93. pag. 2.

Christum desiderauerunt iu-  
dei, concione. fer. 4. domi. 3.  
fol. 108. pag. 1. & 2.

Christus vniuersalis est causa  
effectuum gratiæ, concio. fer.  
6. dom. 3. fol. 115. pag. 2.

Christus ex euangelio, ignem



charitatis misit in terram, concio.  
fer. 6. post cine. fol. 39. pag.  
1. & 2.

Christus cur Galinæ compare  
tur, concio. fer. 6. domi. 3. fol.  
118. & 119.

Christus Deus absconditus,  
concio. fer. 6. dom. 3. fol. 119  
pag. 2.

Christi misericordia, concio.  
fer. 4. domi. 4. fol. 135. pag. 2.

Christus soli comparatur. con  
cio. fer. 4. dom. 4. fol. 136.

Christus ad præsentiam Muga  
lenæ fleuit, non Marthæ, concio.  
fer. 6. dom. 4. fo. 154. & 155.

Christi erga nos dilectio, ea  
dem concio. fol. 155. pag. 2.

Christus ab omni peccato alie  
nus, concio. dom. passio. fol. 158  
pag. 2.

Christus rex, & dux, concio.  
dom. in ramis. fol. 183. & 184.

Christi triumphus, ibidem.  
Christus ante victoriam triumpat  
eadem concio. fol. 185. pag. 1. & 2.

Christus an fuerit rex tempora  
lis, eadem, concio. fol. 188. & 189.

Christi aduentus in mansuetu  
dine, ibidem. fol. 190. pag. 1. & 2.

Christus cur fleuerit Hieroso  
limam ingrediens, ibidem. fol.  
191. & 192.

Christi clementia, ibidem.

Christus in cruce inclinavit  
caput in obedientiæ signum, cō.  
fer. 2. hebdo. sanctæ. fo. 166. pag. 2.

Christus cur in horto, passio  
ni suæ initiū dederit, concio. fe.  
3. hebdo. sanctæ. fol. 206. pag. 1.

Christus templū appellatur,  
eadem, concio, & fer. .fol. 209,  
pag. 1.

Christus vir dolorum cur sus  
cit appellatus, ibidem pag. 2.

Christus mortē suam quantū  
desiderauerit, concio. fer. 3. heb.  
sanctæ. fol. 212. pag. 1. & 2.

Christus cur inter latrones  
mori disposuerit, concio. fer. 4.  
hebdo. sanctæ. fol. 228. & 229.

Christiani, quantū ab antiqua  
gloriā deuiauerint, concio. fer.  
4. dom. 1. quadrage. fo. 52. & 63.

Christus solus redemptor, cō.  
cio. fer. 4. heb. fact. fo. 228. 229.

Crux Christi scala est per quā  
ad deum ascendimus, concio.  
quinquage. fol. 20. & 21.

Cruce debemus sequi. Chris  
tum, concio. fer. 4. hebdo. san  
ctæ. fol. 230. & 231.

## D

**D**amnatur Christus ad mor  
tem, concio 1. fer. 6. hebdo.  
sanctæ. fol. 274.

Dauid à semet maledicitur ma  
ledictione multiplici, concio,  
fer. 6. cine. fol. 42. pag. 2.

Dauid quare vir iuxta cor Dei  
dicatur, eadem, concio. fol. 44  
pag. 2.

Dauid

Dauid saulem inimicū dile  
xit, eadem, concio. fo. 45. pag. 1.

Dauid erga pauperes fuit mi  
sericors. concio. fer. 2. hebdo.  
sanctæ. fol. 207. pag. 2.

Dauidis cōfidētia, & præsum  
ptio, concio. 2. fer. 3. hebdo. san  
ctæ. fol. 215. pag. 2.

Demoniacus mutus, figura pe  
ccatoris, concio. dom. 3. fo. 103.

Desideria iustorum complet  
Deus, con. dom. 2. fol. 80. pag. 2.

Deus naturali discursu non  
perfectè inuenitur, dom. septua  
ge. fol. 1. pag. 2.

Deus quatenus finis naturalis,  
ratione potest cognosci, non  
quatenus supernaturalis, ibidem.

Deus exijt valde mane ad con  
ducendos operarios, ibidem. pa. 2.  
Sine Deo nihil possumus, eadem  
concio. fo. 2. pag. 2.

Deus pro nobis colonus fa  
ctus est, concio. sexa: fol. 9.  
pag. 2.

Deus duos habet filios, natura  
lēs, & adoptiuū, ibi fo. 10. pa. 2.

Deus ad parcendū facilis. fer.  
6. post cine. fol. 45. pag. 1. & 2.

Deus quare dicatur homo, cō  
cio. fer. 6. dom. 3. fol. 93. pag. 2.

Deū aliquē derelinquere, gra  
ue supplicij genus, concio. dom.  
4. fol. 126. pag. 1. & 2.

Deus est oculus immortalis  
ouidentia, eadem, concio.

fol. 128.

Deus est oculus hominis, ibidem  
Deus liberaliter omnibus pro  
uidet victū, eadē cō. fo. 132. pa. 2.

Deus consulendus, concio. fe.  
6. dom. 4. fol. 147. pag. 1.

Deus quos diligit corrigit,  
eadem, cō. fo. 151. pag. 1. & 2.

Deus adiutor in magnis tribula  
tionibus, eadem, concio. fo. 153.

Deus liberalis in retribuendo  
mercedē, concio. fer. 4. dom. pa  
ssio. fol. 167. & 168.

Deus peccatores nō abhorret,  
si ad eū cōuertantur, concio. fer.  
2. hebdo. sanctæ. fo. 199. pag. 1.

Deus peccatores ad se cōuer  
sos, magnis fauoribus prosequi  
tur, ibidem. pag. 2.

Deus in suis cōsilijs humana ra  
tione nō cōprehenditur. cō. fer.  
3. heb. sanctæ. fol. 104. & 105.

Deo omni viuunt, concio. fer.  
6. dom. 4. fo. 156. pag. 1.

Deus nō nisi inuitē suos dēse  
rit, eadē, concio. fol. 207. pag. 1.

Deus faciliter à peccatore inue  
niri potest eadem, concio. fol.  
207. & 208.

Deus, cur Deus Abraham, & ti  
mor Isaac appelleretur. cō. 2. fer. 3.  
hebd. sanctæ. fol. 216. pag. 1.

Deus quasi vnigenitus depor  
tus est, eadē, cō. fo. 224. pag. 2.

Deus in suis consilijs terribi  
lis, cō. fe. 4. heb. sanctæ. fo. 227.

pag. 1. **Deo;**

Deorum pluralitas unde habuit  
ortum, concio. fer. 4. dom. 4.  
fol. 134. pag. 2.

Detractio damnatur, concio.  
fer. 4. dom. 3. fol. 109 & 110.

Detractoris lingua gladio cõ-  
paratur, ibidem.

De tractor nulli parcit, ibidẽ.  
fol. 110. pag. 2.

Diaboli vires per Christum  
sunt contractę, & imminutę, cõ  
cio. dom. 1. quadrage. fol. 48.  
pag. 1. & 2.

Diaboli fames ad persecudũ  
hominem, eadem, concio. fol.  
49. pag. 1.

Diabolus filios Dei persecutur,  
eadem, concio. fol. 50. pag. 1.

Diabolus magnus tentandi ar-  
tífex, qui non nudã sed fucam  
tentationẽ offert, concio. dom.  
1. quadrage. fol. 52. & 53.

Diabolus mortuas tentationes  
vivificat, eadem, concio. fol. 53.  
pag. 1.

Diabolus exultat ad deiciendũ  
eadem, concio, & fol. pag. 2.

Diaboli superbia eadem, con-  
cio. fol. 54. pag. 1.

Diabolus a minoribus ad ma-  
iora procedit in suis tentationi-  
bus, eadem concio, & fol. pag.  
1. & 2.

Diabolus cur hominẽ persequi  
tur. cõc, dom. 3. fol. 99. pag. 2.

Diabolus quare pater menda-

cij distus, cõcio. fer. 4. dom. 4.  
pag. 2. fol. 134

Diabolus homicida fuit ab ini-  
tio, concio. fer. 6. dom. passio.  
fo. 175. pag. 2.

Diabolus Christi mortem ap-  
petijt. ibidem

Dignitates, dignioribus debẽ  
tur, concio. Dom. 2. fol. 77. &  
78.

In Dignitatibus quantũ sit põ-  
deris, concio. fer. 4. dom. 2.  
fol. 89. 90.

Dignitates, non meritis sed fa-  
uore conferuntur, concio. 7.  
fer. 3. hebdo. sanctę, fol. 217.  
pag. 1.

Dilectionis ordo, concio. fer.  
6. dom. 4. fol. 149. pag. 1.

Dilectio Christi vsque ad mor-  
tem perseverans, concio. fer. 3.  
incana. fol. 140.

Discipuli culpa in magistrum  
redũdat, fol. 109. pag. 1.

Dispositio, & reuerentia ad,  
eucharistiam necessaria, concio.  
2. fer. 5. in cæna. fol. 256. &  
257.

Diuinandi per sortes supersti-  
tio, fer. 6. dom. 4. fol. 146 &  
147.

Diuitię quare spinq dicantur,  
concio. sexag. fol. 16 & 17.

Diuitię suam habent dispen-  
dium, eadem concio. & fol.

**Diues**

**Diues crudelis, & immiseri-  
cors eadem, concio. fol. 17. pa. 2.**

Diuites immisericordes erga  
pauperes, concio. fer. 2. hebdo.  
sanctę. fol. 201. pag. 2.

Doctrina operibus est confir-  
manda, cõcio. dom. 4. fol. 127.

Dolor pro amore, & amor pro  
dolore in scriptura accipitur, cõ  
cio. fer. 6. hebdo. sanctę, fol. 259

Dona diaboli qualia sint, con-  
cio. dom. 1. quadrage, fol. 51.

Dux perfectus, verbis, & ope-  
ribus debet exortari ad bellum,  
concio. dom. in passio. fol. 160.

Dux perfectus depingitur, cõ-  
cio. dom. in ramis. fol. 184. pa. 2.

## E

**E**cclēsia, quare malo punico  
comparetur, concio. septua-  
ge. fol. 5. pag. 1.

Ecclesię abundantia ex prædica-  
tione euangelica. concio, sexag.  
fo. 11. pag. 1.

Ecclesia, hortus nucum cur di-  
catur concio. quinquage. fo. 21.  
pag. 1.

Ecclesia in vnitatem a moris fun-  
data. concio. fer. 6. post cine. fol.  
38. pag. 2.

Ecclesię calamitas deploratur,  
concio. fer. 4. dom. 1. fol. 61. &  
62.

Ecclesia ex iudais & Gentili-  
bus. concio. dom. Palma. fo. 186.  
pag. 2.

Ecclesię fructus, ex Gentilitate  
concio. fer. 3. hebdo. sanctę.  
fol. 206. pag. 2.

Ecclesiã palmę assimilatur. cõ-  
cio. fer. 4. hebdo. sanctę. fo. 231.  
pag. 1.

Ecclesiastici, quanta debeant  
puritate & sanctitate nitere, con-  
cio. fer. 4. dom. 3. fo. 111. & 112.

Elephãs quomodo capiatur,  
concio. fer. 6. dom. 1. fol. 74.  
pag. 1.

Eleemosina commendatur, cõ-  
cio. sexage. fo. 17. & 18.

Eleemosina non diuitibus aut  
amicis, sed pauperibus facienda  
est, concio. fer. 6. dom. 1. fo. 68.  
pag. 1. & 2.

Eleemosina, bona multiplicat,  
concio. dom. 4. fo. 133. pag. 1.

Eleemosina, lucrum. ibidem.  
Enccnię quid sint, concio. fer.  
4. domi. in passione, folio. 167.  
pag. 1.

Enccnię troiani electio & pietas,  
concio. fer. 6. dom. 4. fol. 149.  
pag. 1.

Epitaphium smilij Romari,  
concio. fer. 6. den. 1. fol. 70.  
pag. 1.

Error Scribarum circa dilectio-  
nem inimicorum, concio. fer. 6.  
post cine. fo. 39. & 40.

Eucharistia, quare sacrificium laudis dicatur, concio. 2. fer. 5. in cena domini, folio. 248. pag. 1. & 2.

Eucharistia honorem deo ablatum in sua passione, restituit ibidem.

Eucharistiæ sacramentum, fide credendum est, non ratione inuestigandum. ibidem. fo. 249. pag. 1. & 2.

Eucharistiæ sacramentum amoris signum, eadem concio. folio. 250. pag. 1.

Eucharistia, in se transformat comedentem, eadem concio. & fo. pag. 2.

Eucharistiam instituire, valde desideravit Christus, eadem concio. fo. 253. pag. 2.

Eucharistiã sumpsit Christus, ut se animaret ad passionem, ibidem. fo. 254. pag. 1.

Eucharistiæ sacramentum, quare sub speciebus panis & vini est institutum, eadem concio. fo. 254. pag. 2.

Eucharistiæ necessitas, ibidẽ.

Eucharistia appetitum nostrũ faciat. ibidem. fo. 255. pa. r.

Eucharistia, quasi animæ veneficium est. ibidem. pag. 2.

Examinatio conscientie ad eucharistiam necessaria, ibidem. fo. 256. & 257.

Excercatio mentis in supliciu

grauissimorum peccatorum datur, concio quinquage. folio. 26. pag. 1.

Excercare quomodo dicatur Deus, concio. dom. 3. fo. 104. pa. 2.

Exemplum maiorum, quantum rempublicam deturbet, concio. fer. 4. dom. in passio. folio. 109. pag. 1.

## F

Fatigatur Deus ex peccatis nostris, concio. fer. 6. dom. 3. fo. 118. pag. 2.

Fauor humanus, indignum eleuat, ad dignitates, concio. dom. 2. fo. 78. pag. 1. & 2.

Fauor mulierum iustitiam peruertit, concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 217. pag. 2.

Ferebatur Christus manibus suis incena. concio. 2. fer. 5. in cena dom. fo. 253. pag. 1.

Fidei nostre probabilitas, concio. fer. 4. dom. in passio. folio. 166.

Fideles in suis officijs, ad dignitates sunt assumendi, concio. dom. 2. fo. 78. pag. 2.

Fiducia nostra non in alio quã in deo collocanda est, concio. dom. 4. fo. 121. & 124.

Fiducia in principibus posita fallax,

fallax, ibidem.

Filius hominis, cur passim Christus fuerit appellatus, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 280. pag. 2.

Filiorum ingratitude erga parentes, concio. fer. 4. dom. 3. fol. 103. pag. 1. & 2.

Filij parentes honorantes, longeuum super terram, concio. fer. 4. dom. 3. fo. 113. & 114.

Filiorum notabilis disceptatio erga paternam hereditatem, concio. fer. 4. dom. 3. folio. 114. pag. 1. & 2.

Filij diaboli sunt, qui illum imitantur, concio. fer. 6. dom. in passio. fo. 175. pag. 2.

Finis laborum aspiciendus est, concio. dom. 2. folio. 77. & 78.

Flagellatur Christus triplici disciplina, concio. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 271. & 272.

Fomes peccati, quid, concio. dom. in passio. fo. 158. pag. 1.

Fructus bonorum operum, & non solum ceremoniarum folia, a nobis exigit Deus, concio. fer. 6. dom. 2. folio. 97. & 98.

Fugienda est caro nostra, ut de illa victoriam reportemus, concio. fer. 3. hebdo. sanctæ, fo. 218. & 219.

Fuga discipulorum, concio.

1. fer. 6. hebdo. sanctæ, fol. 162. pag. 2.

Funeralibus Christi exequijs, angelos affuisse in assumptis corporibus, concio. sabbathi sancti, fo. 194. pag. 2.

## G

Gabaonitarum scelus, quale fuerit, concio. fer. 6. dom. passio. fo. 177. pag. 2.

Gabriel, nuncius resurrectionis, mittitur ad virginem, concio. dom. resurrectio. folio. 204. pag. 2.

Gentium vocatio ad vineam excellendam, concio. septuage. fo. 7. pag. 1.

Gentilitas primo perfidẽ Christum recepit, concio. dom. 1. quadrage. fo. 48. pag. 1.

Generatio Cain, cur in scriptura non narratur, concio. fer. 6. dom. 1. fo. 70. pag. 1.

Gladius Simeonis cor Virginis penetras, quis fuerit, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 284. pa. 2.

Gloria nostrorum operum, foli Deo debetur, concio. fer. 4. cin. fo. 36. & 37.

Gloria fuit Christo naturalis, nobis aduentitia, concio. dom. 2. fo. 75. pag. 2.

Gloriam suam Christus aliquando occultavit, aliquando notam fecit. *ibidem*.

Preter gratiam, acceptatio ad meritum de condigno, requisita, concio. septuage. folio. 5. pag. 1.

Gratiæ sunt Deo agendæ pro conuersione nostra, concio. fer. 6. dom. 3. fol. 117. 118.

Cræcus Alexiades, amicos suos probauit, concio. dom. resurrectionis. fo. 298. pag. 2.

## H

**H**abitator, non hospes non iter sit Christus, concio. fer. 2. resurrectionis. fol. 313.

Hæretici abigendi, concio. dom. 1. fo. 56. pag. 1.

Homo per culpam, damnatus est ad laborem, concio. septuage. fo. 4. pag. 1.

Homo munus agricole exercet in vinea Ecclesiæ. *ibidem*.

Hominem formant deus de terra, ut ipsum humiliaret, concio. fer. 4. cine. folio. 29. pag. 2.

Homo ipsa obliuio dicitur. *ibidem*.

Homo post paradisi cladem, quantum demonem timebat, con-

cio. dom. 1. quadrage. fo. 46. 47. & 48.

Homo in paradiso à demonibus fuit spoliatus, concio. fer. 6. dom. 1. fol. 67.

Homo Dei imago, concio. dom. 3. fol. 99. pag. 1. & 2.

Homo in suis operibus, quantum à deo dependeat, concio. fer. 6. dom. 3. folio. 112. & 113.

Homo ad disidendum facilis, concio. dom. 4. folio. 130. pag. 1.

Homo per traditionem occisus in paradiso, concio. fer. 2. resurrectionis. fo. 308. pag. 2.

Homo per peccatum cæcitate incurrit, concio. fer. 4. dom. 4. fol. 134. pag. 1. & 2.

Homo demone crudelior, concio. sabba. sancti. folio. 290. pag. 1.

Homo ad operandum natus. eadem concio. fo. 136.

Hominis crudelitas, feras superat, concio. sabba. sancti. fol. 289. pag. 2.

Humanitas Christi dicitur calcamentum, concio. dom. 1. fol. 47. pag. 2.

Humanitas Christi, templum appellatur, concio. sabba. sancti. fo. 287.

Horæ quibus Deus existit ad conducendos operarios. Ecclesiæ,

fiæ, concio. septuage. folio. 2. pag. 1

Hora mortis, quare Christi hora vocatur, concio. 1. fer. 5. in cena. fo. 238. pag. 2.

Humilitas Christi commendatur, concio. 1. fer. 5. in cena. fol. 244. pag. 2.

Hypocritis depingitur, concio. feri. 4. cine. folio. 33. & 34.

Hypocritæ iugium, *ibidem*.

Hypocritæ sepulchris dealbatis comparantur, *ibidem*.

Hypocritis definitur, *ibidem*.

Hypocrita est fictor, vel simulator alterius personæ, *ibidem*.

Hypocritis deludit meritum, *ibidem*.

Hypocrita, suam non Dei gloriam querit. eadem, concio. fol. 36. pag. 2.

## I

**I**acob fidutiæ symbolum, concio. domi. 4. fol. 124. pagina. 2.

Idumæi in calamitate constituti, ad Deum clamabant, concio. septuage. fo. 3. pag. 1.

Ieiunij necessitas, concio. fer. 4. cine. fo. 32. 33.

Iesus deponitur de cruce, concio. sabba. sancti. folio. 294. pag. 1.

Illuminatio generis humani in cæci curatione adumbrata. concio. fer. 4. domi. 4. folio. 135. pag. 1.

Imago Dei, quæ est in homine, in quo consistat, concio. dom. 3. fo. 99. pag. 2.

Imago Veneris imperfecta, ab Appelle depicta, concio. fer. 4. dom. 4. fo. 143. pag. 2. 134. pag. 1.

Inamissibilis est charitas, quantum est ex se, concio sabba. sancti fo. 292.

Inceptores bonorum, aut malorum, concio. fer. 4. dom. in passione. fo. 168. & 169.

Infirmitas in Christo, ex humana natura. concio. fer. 6. dom. 3. fo. 119.

Infideles possunt operari aliqua opera moraliter bona, concio. fer. 4. dom. in Passio. folio. 168.

Ingratitudinis aquæ, non poterunt ardentem Dei charitatem extinguere, concio. fer. 5. incæna, fo. 241. pag. 1. & 2.

Inimicorum dilectio, concio. fer. 6. post. cineres. fo. 40.

Inimicum diligere, quam vtili-

I N D E X.

le & expediens, eadem. concio fo. 42. pag. 2.

Inimicum qui non diligit, sibi ipsi nocet, eadem concio. & fol.

Inimicorum vindicta, in api adumbrata, eadem concio. fo. 43. pag. 1.

Inimicus potius prodest quā nocet. ibidem, pag. 2.

Inimicus api & igni comparatur, ibidem, fo. 44. pag. 1.

Inimicus purificat sicut ignis ibidem pag. 2.

Inimicus manifestus & oculus, concio. fer. 6. dom. passionis. fo. 180. pag. 2.

Iniquitas, nescit quiescere, concio. fer. 6. dom. passionis. fo. 178.

Innocentia Christi ad redemptionem necessaria, concio. dom. in passione. folio. 157. & 158.

Inopia ex prodigalitate nata, concio. domi. 4. folio. 131. pag. 2.

Intellectus est captiuandus in obsequium fidei, concio. 2. fer. 5. incarna. fo. 149. pag. 2.

Interpres scripturę sacrę, debet esse à passione alienus, concio. fer. 6. cinerum. folio. 40. pag. 2.

Introductus in mundum bis Christus, concio. dom. resurrectionis. fo. 302. pag. 2.

Inuidiam, genus maximum tormenti, concio. fer. 4. dom. passionis. fo. 179. pag. 2.

Inuidia mala pro bonis retribuit, concio. fer. 6. dom. passionis. fo. 179. pag. 2.

Ioab, quomodo arceusson expugnauerit, concio. fer. 4. heb. sanct. fo. 131.

Ioannes Euangelista, magna misteria selet silentio tegere, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ: fo. 277. pag. 2.

Ioannes Euangelista in filium Virginis adopratur, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. folio. 284. pag. 1.

Ioannes, Benjamin Virginis. ibidem. fo. 285. pag. 1.

Jonas fuit Christi figura & ty pus, concio. fer. 4. dom. 1. fo. 63. pag. 2.

Iratus homo, api similis & viperę, concio. fer. 6. post cineres, fo. 43. pag. 1.

Isaię mors, concio. fer. 3. hebdomadæ sanctæ. folio. 205. pag. 1.

Iudas, primus lauatur in cęna, concio. fer. 5. incarna. fo. 245. pag. 1.

Iudæi immisericordes, concio. fer. 6. dom. 1. fo. 73. pag. 1.

Iustitia vera, non solum in exteriori ornatu, sed potius in interiori virtute consistit, concio.

I N D E X.

cio. fer. 4. cine. folio. 35. pag. 2.

Iustitię exequutio necessaria, concio. dom. 1. fo. 129. pag. 1.

De iustitia sua nemo debet esse securus, concio dom. passionis. fo. 159. pag. 1. & 2.

Iustitia, iaspidi assimilatur, concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 217. pag. 1.

Iusti præpediuntur à peccatoribus, ne ad Deum properent, concio. quinquage. folio. 26. & 27.

Iusto omne tempus vitę ad scribitur ad premium, concio. fer. 6. domi. 1. folio. 70. pag. 2.

Iustus semper debet timere, concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 216. pag. 1.

Iudicis virga debet esse recta, concio. dom. 4. fo. 129. pag. 1.

Iuditium Salomonis dolori Virginis adaptatur, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. folio. 280. & 281.

L

Labor Adę in paradiso, qualis fuerit, concio. septuage. fo. 3. pag. 2.

Labores, semina sunt glorię,

concio. quinquag. folio. 21. pag. 2.

Labores patienter sunt ferendi, concio. fer. 6. dom. 1. fol. 69. & 70.

Laborum tolerantia, necessaria, concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 231. pag. 1. & 2.

Laborum suorum oblicuscantur beati, concio. fer. 2. resurrectionis, fo. 314. pag. 1. & 2.

Laborantes & operarios vocat Deus, ad vineam suam excolendam, concio. septuag. fo. 30. pag. 2.

Lachrimę, mortuos suscitant, concio. fer. 6. dom. 4. folio. 155. pag. 2.

Lachrimę cor exonerant, concio. 2. fer. 3. habdo. sanctæ. fol. 222. & 223.

Lachrimę debent esse verę, non fictę, ibidem.

Lachrimę Crocodili, ibidem.

Lachrime, cur panes appellentur, conc. eadem. fo. 221. pag. 2.

Lachrimę cibus animę, ibidem.

Lachrimis lenigatur pena cordis. ibidem. fo. 222. pag. 2.

Lancea, cur dira dicatur, concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 212. pa. 1.

Languorem naturę humanę, solus Christus potuit curare, concio. fer. 6. dom. 1. fo. 66. & 67.

Lapistirius, amicitie, symbolu,  
concio. fer. 6. cinerum, fol. 38.  
pag. 1.

Latronis boni confidentia,  
commendatur, concio. fer. 4.  
hebd. sancte. fol. 232. pag.  
1. & 2.

Latro, pportuno tempore co-  
uersus est, concio. fer. 4. hebdo.  
sancte. fo. 233. pag. 2.

Laus impiorum breuis, concio.  
dom. 1. quadrage. fo. 53. pag. 2.

Laus Christi, ex ore puerorum  
perfecta, concio. dom. in Ramis.  
fo. 191. pag. 1. & 2.

Lazarus, cur cum sudario & lin-  
teaminibus de sepulcho exierit,  
Christus verosine illis, concio.  
fer. 2. resurrectionis. fo. 313. pa.  
1. & 2.

Leonum prouidentia, circa ca-  
tulos alendos, concio. dom. 4.  
fol. 125. pag. 1.

Leo, solo rugitu quandoque  
animalia interficit, concio. 1. fer.  
6 hebdo. sancte, fo. 274. pag. 2.

Lætitia Virginis, ex resurre-  
ctione filij sui, concio. dom. re-  
surrectionis. fo. 304. 305.

Lætitia Ecclesie, de resurre-  
ctione Christi, concio. fer. 2. re-  
surrectio. fo. 306. pag. 1. & 2.

Lex Euangelica, lex amoris,  
concio. fer. 6. cinerum, fo. 39.  
pag. 1.

In lege veteri, an liceret odio

habere inimicum ibidem. fo. 39.  
pag. 2.

Lex euangelica lex obliuio-  
nis. ibidem fo. 43. pag. 1. A Trasi-  
bulo Atheniensi instituta. ibi-  
dem.

Lex per sepem vinee intelle-  
cta, concio. fer. 6. dom. 2. fo. 49.  
pag. 1.

Lex, cur ignea appellatur, con-  
cio. fer. 2. in cæna. fo. 250. pag. 1.  
• Liberalitas Dei in retribuendo  
mercedem, concio. septuag.  
fo. 8. pag. 2.

Liberalitas commendatur, co-  
cio. dom. 4. fo. 133. pag. 1.

Liberalitas Christi cum latro-  
ne, concio. fer. 4 hebdo. sancte.  
fo. 233. pag. 1.

Liberalitas Christi in sua mor-  
te, concio. 2. fer. 6. hebdo. sancte  
fo. 285. pag. 1. & 2.

Liberalitas erga pauperes, co-  
cio. sabbathi sancti. fol. 290. pag.  
2.

Libie sitis in Dispsada adum-  
brata, concio. fer. 6. dom. 3. fol.  
122. pag. 2.

Lignum sancte crucis, in pisci-  
na Hierosolymitana abscondi-  
tum, concio. fer. 6. dom. 1. fo. 69.  
pag. 1. & 2.

Lucta inter appetitum sensiti-  
uum & rationalem Christi, con-  
cio. fer. 3. hebdo sancte. fo. 211.  
pag. 2.

Lucta

Lucta humilitatis inter Chri-  
stum & Petrum habita, concio.  
fer. 5. in cæna, folio. 246. pag. 1.  
& 2.

Lumen spirituale, corporali  
est præferendum, concio. quin-  
quag. fo. 25. & 26.

## M

Magdalenæ lachrimæ, con-  
cio. fer. 6. dom. 4. fol. 155.  
pag. 1. & 2.

Magisterium Christi, concio.  
fer. 5. in cæna. fo. 237. pag. 2.

Maiora in morte sua operatus  
est Christus, concio. fe. 5. in cæ-  
na, fo. 238 pag. 1.

Malis in suis principijs est  
obuiandum, concio. dom. 1. qua-  
drag. fo. 54. pag. 2.

Mala sub specie bonorum,  
valde nocent, concio. fer. 6. dom.  
passio. fo. 180. & 181.

Malitia sua excæcavit Phari-  
seos, concio. fer. 4. dom. passio-  
nis. fo. 166. pag. 2.

In manibus & operibus Pro-  
phetarum assimilatus est Chri-  
stus, concio. fer. 2. resurrectio.  
fo. 315. pag. 2.

Manes, obliuionem signifi-  
cat, concio. fer. 2. resurrectionis,  
fo. 307. pag. 2.

Martires, in malogranato sig-  
nificati, concio. fer. 3. hebdo. san-  
cte, fo. 207. pag. 1.

Medicinam respuit peccator  
obstinatus, concio. fer. 6. dom. 1.  
fo. 71. & 72.

Melchisedech, quis fuerit, co-  
cio. fer. 4. dom. 3. fo. 103. pag. 2.

Melchisedech, quo tempore  
panem & vinum obtulerit Abra-  
hæ, concio. fer. 5. in cæna. fo. 243.  
pag. 2.

Mensuram & ordinem, in om-  
nibus esse seruandum, concio.  
dom. 4. fo. 131. pag. 1. & 2.

Memoria bonorum celestiu,  
que per culpam amissimus ad la-  
chrimas prouocat, concio. fer. 3.  
hebdo. sancte. fo. 221. pag. 1.

Merita & opera nostra, super  
filiatione Dei debent fundari,  
concio. dom. 1. fo. 50. pag. 1.

Mercurius, Deus mercatorum,  
concio. dom. 2. fo. 78. pag. 1.

Mesie signa, quibus agnoscen-  
dus erat, concio. fer. 6. dom. 4.  
fo. 145. & 146.

Militum crucifigentium Chri-  
stum crudelitas, concio. sabbathi  
sancti. fo. 289. pag. 1. & 2.

Miracula sunt sigillum Dei,  
concio. fer. 4. dom. 1. folio. 57.  
pag. 1. & 2.

Miracula facere ex propria vir-  
tute, soli Deo competit. ibidem.  
fo. 58. pag. 1. & 2.

C

Mira-

Miracula Christi, in quo à Prophetarum miraculis distinguebantur, concio. fer. 4. dom. 1. fo. 58. pag. 2.

Mirra prima, quæ dicatur, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ. folio. 265. pag. 1.

Misericordia & gratia Dei, semper nos præuenit, concio. septuag. fo. 2 pag. 2.

Miseratio erga pauperes commendatur, concio. fer. 6. dom. 1. fo. 73. pag. 1. & 2.

Misericordia commendatur, concio. fer. 2. hebdo. sanctæ. fo. 202. pag. 2.

Miserij passionis Christi difficultas, conc. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 205. pag. 1.

Monumenta, cur in morte Christi aperta, concio. fer. 2. resurrectionis. fo. 307. pag. 2.

Mortis memoria humiliat, concio. fer. 4. cinerum, fo. 29. 30. & 31.

Mors Christi, amoris & pacis signum, concio. fer. 4. dom. 1. fo. 63. & 64.

Mors Christi, signum iustitiæ ibidem fo. 65. pag. 1.

Mors Christi, excessus amoris fuit, concio. dom. 2. folio. 80. & 81.

Mors Christi fuit gloriosa, concio. dom. 2. fo. 81. pag. 2.

Mortis & passionis Christi,

beati celebrant memoriam. ibidem.

Mors Christi fuit voluntaria, concio. fer. 4. dom. 2. fol. 83. & 84. Et concio. fer. 5. in cæna, fo. 229. pag. 1. & 2.

Mertis memoria utilis, concio. dom. 2. fo. 81 pag. 2.

Mortis suæ memoria, Christo gratissima, concio. fer. 4. dom. 2. fo. 84. pag. 1.

Mortis & passionis Christi, Dux rationes assignantur, concio. fer. 4. dom. 2. fo. 87. pag. 2.

Mortis Christi memoria inebriat. ibidem. fo. 88. pag. 1.

Mors Baptistæ, causa desertionis Hierosolymæ, concio. dom. 4. fo. 125. pag. 2.

Mors Lazari, quomodo in gloriam Dei cecidit, concio. fer. 6. dom. 4. fo. 152. pag. 2.

Mors Christi ex deliberatione & malitia Iudæorum, concio. fer. 6. dom. passio folio. 176. pag. 2.

Mortis Christi conuenientia. ibidem, fo. 182. pag. 1.

Mors Christi, ut fuerit necessaria, ibidem.

Mors Christi voluntaria, concio. fer. 2. dom. palma. folio. 193. & 194.

Mors Christi fuit gloriosa, concio. 2. fer. 5. in cæna. folio. 248.

Mors

Mors Christi deploranda, concio. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 258. pagin. 1. & 2. & folio. 259. & 260.

Mortem Christi, omnes creaturæ deplorarunt. ibidem.

Mors Christi, ex amore processit. ibidem, fol. 259. pagin. 1. & 2.

Mortem creatoris sui, creaturæ omnes deplorarunt, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ. fol. 279. pag. 1. & concio. 2. eiusdem. fer. fo. 266. pag. 1.

Mors cum amore comparatur, concio. sabbathi sancti. fol. 291. & 292.

Mors & amor omnia superat, ibidem.

Mors omnia æquat, ibidem.

Mors quam edax sit, concio. fer. 2. resurrectio. folio. 308. pag. 1.

Mors quos deglutierat euomit, in Christi resurrectione, ibidem.

Mori voluit Christus, ad ostensionem suæ iustitiæ, concio. fer. 4. dom. 2. fo. 88. & 89.

Moyse, Deus Pharaonis constituitur, concio. fer. 6. cinerum. fo. 45. pag. 2.

Moyse & Helias, cur in testes transfigurationis inter omnes Prophetas assumpti,

concio. domini. 2. folio: 79. & 80:

Moyse & Helias aliqualem gloriæ Dei similitudinem viderant. ibidem.

Moyse & Helias desiderarunt in hac vita, videre Dei faciem, ibidem.

Mosis dissidentia, concio. dom. 4. fo. 130 pag. 1.

Moyse idolum contriuit, & combusit, concio. 2. fer. 5. in cæna. fo. 251. pag. 1.

Mulierum clausura commendatur, concio. fer. 6. dom. 4. fol. 147. & 148.

Mulierum diuagatio reprehenditur, ibidem.

Mulieres imperant mundo, & iustitiam peruertunt, concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 217. pag. 1.

Mulier, arma diaboli, ibidem. fo. 218. pag. 1.

Mulierum familiaritas est fugienda, ibidem.

Multitudo angelorum, resurrectioni Christi affuit, concio. dom. resurrectio. folio. 302. pag. 1. & 2.

Mundi gloria, figuris in speculo, representatis comparatur, concio. dom. 1. fo. 54.

Mundus nos repellit, & ad Deum remittit, concio. septuag. fo. 3 pag. 1.

C 2

Mundi

Mundi gloria breuis, concio.  
dom. 1. fo. 54. & 55.  
Mundus mendax, concio. dom.  
1. fo. 55. pag. 1. & 2.  
Mundi gloria fallax. ibidem.  
Mundus assimilatur rei publi-  
cæ, concio. fer. 6. dom. 3. fo. 115.  
pag. 1. & 2.  
Mundi gloria breuis, concio.  
dom. Palma. fo. 192. pag. 2.  
Mundi gloria indiget modera-  
mine. ibidem.

## N

**N**A amam firus, quorsum ter-  
ram ex Israel asportauerit,  
concio. fer. 4. cine. fo. 31.  
pag. 2.  
Nasus Ecclesiæ, cur turri lyba-  
ni comparetur, concio. fer. 6.  
dom. 2. fo. 95. pag. 1.  
Natorum amor, quatum alios  
amores superet, concio. 2. fer. 6.  
hebdo. sanctæ, fo. 278. 279.  
Nemo de sua salute securus es-  
se debet, concio. fer. 3. hebdom.  
sanctæ, fo. 210. & 220.  
Nihil difficile amanti, conc.  
dom. resurrectio. fo. 300. pag. 1.  
& 2.  
Noe, cur sic fuerit appellatus,  
concio. sexage. folio. 10. pa-  
gin. 2.

Noe, primus aratri adinuen-  
tor. ibidem. fo. 11. pag. 1.  
Non deserit Deus suos in pe-  
riculo constitutos, concio. fer.  
2. resurrectio. fo. 300. pag. 1.  
& 2.  
Nouercam suam, filius Antio-  
chi adamauit, concio. sabbathi  
sancti. fo. 293. pag. 1.  
Nox, vinum, & amor, concio.  
dom. resurrectio. fo. 300. pag. 1.  
& 2.  
Numerus prædestinatorum,  
certus, concio. fer. 4. hebdo. san-  
ctæ. fo. 215. pag. 2.

## O

**O**bedientia commendatur,  
concio. fer. 2. dom. Palma.  
fo. 195. 196. & 197.  
In obedientiæ signum, Chri-  
stus inclinauit caput in cruce. ibi-  
dem.  
Obedientia, iter compendij,  
ibidem. fo. 197. pag. 2.  
Obedientiæ notabile exem-  
plum, ibidem. 198. pag. 1. & 2.  
Obediens mortuus dicitur.  
ibidem. fo. 197.  
Obstinati animi indicium, co-  
cilio. fer. 4. dom. 1. fo. 59. pag. 1.  
Occasio legationis Iudeorum  
ad Christum, delotione ma-  
nuum,

num, concio. fer. 4. dom. 3. fo.  
108. pag. 2.  
Occidit Christus mortem, mo-  
riendo, concio. fer. 2. resurre-  
ctio. fo. 307. pag. 2.  
Occisio Christi, quantum po-  
puli Israelitici peccatum non di-  
missum, concio. fer. 6. dom. pas-  
sionis, fo. 178. pag. 1.  
Occultatur Christus sub alie-  
nis vestibus in sacramento, con-  
cilio. 2. fer. 5. in cæna, fol. 252.  
pag. 2.  
Olea, in signe misericordiæ,  
concio. fer. 6. dom. 1. folio. 68.  
pag. 2.  
Omniapropter se met ipsum,  
operatus est dominus, concio.  
2. fer. 5. in cæna fol. 247. pag. 1.  
& 2.  
Operarios Deus requirit ad  
vineam, concio. septuag. fol. 3.  
pag. 2.  
Opera bona ad salutem neces-  
saria, ibidem. fo. 4. pag. 1.  
Opera facta ex gratia, sunt me-  
ritoria gloriæ de condigno, ibi-  
dem. fo. 5. pag. 2.  
Opera in peccato facta, me-  
ritoria non sunt, concio. dom. 1.  
fo. 50. pag. 2.  
Operum bonorum exercitiu,  
concio. fer. 4. dom. 4. fo. 136. &  
137.  
Operum necessitas, eadem,  
concio. fo. 137. & 138.

Opera nostra, ex Christi san-  
guine valorem accipiunt, con-  
cilio. quinquage. fo. 18. & 19.  
Opus redemptionis, supra om-  
nem creatum intellectum, con-  
cilio. fer. 3. hebdo. sanctæ, fo. 205.  
pag. 1.  
Opera peccatoris, nullius me-  
riti, concio sabbathi sancti, fol.  
293. pag. 1.  
Operire vultum, signum me-  
retriciis, concio. fe. 6. dom. 4. fo.  
148. pag. 1.  
Oratio commendatur, concio.  
fer. 3. hebdo. sanctæ fo. 208. &  
209.  
Orandum in nomine Christi,  
ibidem.  
Oratio est refugium tribulati-  
onum, ibidem.  
Oratio Christi, & Matris in  
passione. ibidem, fol. 210. pag.  
1. & 2.  
Ordo dilectionis, concio, fer.  
6. dom. 4. fo. 149. pag. 1.  
Ordo resurrectionis Christi,  
concio. dom. resurrectio. folio.  
300. & 301.  
Ostenditur Christus populo,  
concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ.  
fo. 274. pag. 1. & 2.

## P



**P**anem in corpus suum, conuertit Christus in castello Emaus, concio. fer. 2. resurre-  
ctio. fo. 315. & 316.

Parthi, quomodo punent, concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ, fol. 218. pag. 2.

Passionis Christi memoria, dulcis, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ, fo. 260. pag. 2.

Passionis instrumenta, cur dulcia dicantur, concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 212. pag. 1.

Passionis Christi memoria, in cælo celebratur, concio. fer. 4. dom. 2. fo. 24. pag. 1.

Pater plus latatur de prosperitate filiorum, mater, plus dolet de aduersitate, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. folio. 280. pagin. 1.

Patibulo crucis, Christus affigitur, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 271. & 276.

Pauper ab omnibus despicitur, concio. sexag. fol. 16. pagin. 1. & 2.

Pauperes sunt Christi pedes, concio fer. 2. dom. palma. folio. 201. pag. 1. & 2.

Peccatum ad mortem, quod nam dicatur, concio. fer. 4. dom. in passio. fo. 170. & 171.

Peccata in templo comissa, quantum grauitatis habeant, ibidem.

Peccatum duplex, ex fragilitate, & malitia, concio. fer. 6. dom. passio. fo. 176. & 177.

Peccata, animæ funes, concio. domin. in Ramis. folio. 187. pagin. 2.

Peccata usque ad ultimam uitæ lineam protracta. eadem. concio. fo. 188. pag. 1.

Peccatum, contractus usurarius, concio. fer. 2. dom. palma. fo. 200. & 201.

Peccatum filiorum Heli, quod nam fuerit, concio. 2. fer. 5. in cæna, fo. 256. pag. 1.

Peccatum, venenum animæ, ibidem. fo. 257. pag. 1.

Peccata aliena, non sunt vulganda, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 268. pag. 1.

Peccator, audit verbum Dei, sed non retinet, concio. sexage. fo. 15. & 16.

Peccator, cur aui comparetur, concio. dom. palma. fo. 200.

Peccator, cur peccati pondus non sentiat, concio. fer. 6. dom. passio. fo. 179. pag. 1. & 2.

Peccator, sanguinem Christi, & medicinam oblatam respuit, concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 214. pag. 1. & 2.

Pendens Christus in cruce, matris suæ curam habuit, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. fol. 283. & 284.

Pœnitentiâ nostra sine Christo, nullius est valoris, concio. quinquag. fo. 19.

Pœnitentiâ vera, qualis esse debeat, concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 224. 225.

Pœnitentiâ fera, periculosa, concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 235. & 236.

Per dix, aliena oua furatur, concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 226. pag. 1.

Peregrinus dicitur Christus, multis rationibus, concio. fer. 2. resurrectio. fo. 312. & 313.

Petrum, & Ioannem, & Iacobum, cur specialiter adorandum assumpserit, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 263. pag. 1.

Pictura abundantiae & saturitatis, concio. 2. fer. 5. in cæna. fo. 254. & 255.

Pictura Ephigemæ & sacrificij eius, dolori virginis adaptatur, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 278. pag. 1.

Pictura animæ a Platone tradita, concio. fer. 2. resurrectio. fol. 311. pag. 1.

Pharisæorum duritia, concio. fer. 4. dom. passio. folio. 172. pagin. 2.

Pharisæi, filij diaboli, in quo sensu dicantur, concio. fer. 6. dom. passio. fo. 175. & 176.

Pharisæi, serpenti & aspidi si-

miles, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 219. pag. 2.

Pilatus voluit Christum liberare, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 271. pag. 1.

Pilatus flagellauit Christum. ibidem. pag. 2.

Planctus, virginis ponderatur, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. per totam.

Planctus virginis, concio. sabbathi sancti. fo. 294. pag. 1.

Poma quædam venenosa, quæ circa mare mortuum nascuntur, conc. fer. 4. cinerum. folio. 35. pa. 1.

Ponopionis seruus, pro Domino suo, mutato habitu, morti se obtulit, concio. fer. 5. in cæna. fo. 140. & 141.

Pontifex scidit vestimenta sua, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 269. pag. 2.

Populus, quando utebatur tubis, concio. fer. 4. cinerum. fol. 28. pag. 1. & 2.

Portæ mali ominis siue auspicij, concio. sexage. folio. 14. pag. 2.

Porta stercorearia in Hierosolyma, ibidem. fo. 15. pag. 1.

Posse comedi & bibi, solet Deo repugnare, concio. 2. fer. 5. in cæna. fo. 251. pag. 1.

Potionem amarâ quasi nutritrix sumpsit Christus in sua passio.

passione, concio. 2. fer. 5. in cæna fo. 251. & 252.

Præceptum Dei quantam vim habeat, concio. fer. 6. cinerum. fo. 41. pag. 2.

Præcepto Dei omnes creature obediunt, ibidem.

Prædestinatum in peccato, magis diligit Deus quam presciturum in gratia, concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 226. pag. 1.

Prædestinatum Deus attrahit ad se, eadem concio. & fo.

Prædestinati à reprobis, in quo differant, concio fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 233. pag. 1.

Prædestinationis indicia, concio. fer. 2. resurrectionis. fo. 310. & 311.

Prædestinatus, semper habet aliqua indicia suæ prædestinationis, concio. fer. 2. resurrectionis. fo. 311. pag. 1.

Prædicatores nubes dicuntur, concio. sexage. folio. 12. pag. 1. & 2.

Premij propositio, quanti momenti sit, concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 231. & 232.

Primogenita mors, quænam dicatur, concio. sabbathi sancti. fo. 292. & 293.

Principum clementia, concio. dom. in Ramis, folio. 191. pag. 1.

Probatio dilectionis, est

opus, concio. sabbathi sancti, fo. 293. pag. 1.

Prophetia in Christo adimpleta, concio. quinquage. fo. 22. pag. 1.

Prophetia condicionata, ibidem. fo. 23. pag. 1.

Pulsus, amoris index, concio. sabbathi sancti. fo. 293. pag. 1.

Puritas, ad sacramentum Eucharistia requisita, concio. fer. 5. in cæna. fo. 243. pag. 2. & folio. 256. pag. 2.

## Q

**Q**uadragesima, primavera virtutum appellatur, concio. quinquage. fo. 19. pagin. 2.

Quatuor scelera scripturæ, quorum quartum non dimittitur, concio. fer. 6. dom. 1. to. 72. pag. 2.

## R

**R**acemus copher seu camphoræ, in medio aquæ ardet, concio. fer. 5. in cæna. fol. 243. pag. 1.

Redemptio Christi vniuersalis,

lis, concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 206. pag. 1.

Regnum cælorum, vi expugnandum, concio. fer. 4. cinerum, fo. 28. pag. 1. & 2.

Regale sceptum, quare tribui Iudæ fuerit datum, conc. fer. 4. dom. in passio. fo. 169. & 170.

Reges, quare antiquitus vngentur, concio. fer. 2. hebdo. sanctæ. fo. 203. pag. 1.

Religionis antiquæ casus, concio fer. 4. dom. 1. quadrage. fol. 63. pag. 1.

Religio, via compendij, concio. fer. 2. hebdo. sanctæ, fo. 197. pag. 2.

Religiosi, viuentes, seipso se peliunt, ibidem, pag. 1.

Reprobi, magis terrena quàm cælestia æstimaunt, concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 233. pag. 1.

Rerum perfectio, in amore consistit, concio. fer. 6. cinerum, fo. 37. & 38.

Rerum æstimatio, necessaria, concio. fer. 6. dom. 4. folio. 149. pag. 1.

Respexit Christus Petrum, non corporaliter, sed spiritualiter noctæ passionis, conc. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 220. pa. 1. & 2.

Resurrectioni Lazari veritas, concio. fer. 2. hebdo. sanctæ. fo. 198. pag. 2.

Resurrectio Christi argumen-

tum suæ diuinitatis, concio. dom. resurrectio. fo. 296. pag. 2.

Resurrectio Christi, fidei nostræ sigillum, ibidem.

Resurrectio Christi, exemplar nostræ resurrectionis, conc. fer. 2. resurrectio. folio. 305. & 306.

## S

**S**acramenta, in medicinâ peccati fuerunt instituta, concio. fer. 6. dom. 1. quadrag. fo. 67.

Sacum suæ humanitatis scidit Christus in sua passione, vt appareret diuinitas, concio. fer. 2. resurrectio. fo. 308. pag. 1. & 2.

Salomonis anullus, concio. 1. fer. 5. in cæna. fo. 242. pag. 1.

Salus animæ, salutis corporis est præferenda, concio. fer. 6. dom. 4. fo. 148. & 149.

Salutem nostram, quantum si tiebat Christus, conc. fer. 4. hebdo. sanctæ. to. 233. pag. 2.

Sancti Patres, de lybo edducuntur, concio. dom. resurrectio. fo. 303. pag. 2.

Sapientia, consilio augetur, concio. dom. 4. fo. 129. pag. 2.

Sathanas, in angelum lucis, se transfiguratur, conc. dom. 1. quadra. fo. 51. pag. 1. & 2.

Saturitas & abundantia, per panem & vinum significata, conc. 2. fer. 5. in cæna. fo. 254 & 255.

Saul, quot annis regnauerit in Israel, concio. fer. 6. dom. 1. fol. 70 pag. 1.

Scutum Acibladis, in quo habebat amorem depictum, & quid per hanc picturam significaret, conc. sabbathi sancti, fol. 291. pag. 2.

Scriptura sacra, dolores virginis, cur silentio præterierit, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ, folio. 277. & 278.

Sciruli factum, qui cicula coram filiis fregit, conc. fer. 6. cine. fo. 38. pag. 1.

Semen secus viam, quod nam fuerit, conc. sexag. fol. 14. pag. 1. & 2.

Semen inter spinas, & supra petram, eadem, conc.

Sensus in Eucharistia decipiuntur, conc. 2. fer. 5. in cæna. folio. 252. pag. 1. & 2.

Senum occiositas reprehenditur, conc. septuag. fo. 7. pag. 1.

Sepulchrum Christi, quare gloriosum dicatur, conc. sabbathi sancti, folio. 288. pagin. 1. & 2.

Sepulchri huius gloria, in quo consistat, ibidem.

Sepulchri Christi forma, conc. dom. resurrectio. fo. 302. pa. 1.

Sepulchri Christi gloria, conc. cio. dom. resurrectio, folio. 303. pag. 1. & 2.

Sepelitur Christus, conc. sabbathi sancti fo. 296. pag. 1.

Serapis, & Isis Diæ Aegyptiorum, conc. fer. 4. dom. passio. fo. 166. pag. 2.

Seruo antiquitus perforabantur aures, conc. fer. 2. dom. in Ramis. fo. 195. pag. 1.

Setim arbor, conc. fer. 6. dom. 1. fo. 67. pag. 2.

Signum obstinati animi, concio. fer. 4. dom. 1. quadrag. folio. 60. pag. 1.

Signa veri saluatoris, conc. fer. 4. dom. 1. fo. 57. pag. 1.

Sichar, ciuitas famosa, concio. fer. 6. dom. 3. fo. 116. pag. 2.

Sistitur ante Pilatum Christus, conc. fer. 6. hebdo. sanctæ. folio. 270. 271.

Sitis Christi, qualis fuerit, concio. fer. 6. dom. 3. fo. 121. pag. 1.

Sitis Christi in cruce, partim naturalis fuit, propter defectum sanguinis, partim amoris, propter salutem animarum, conc. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. folio. 283. pag. 1.

Sybila delphica, Christi illusiones cæcinit, conc. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 270. pag. 2.

Synagoga, vitis frondosa, concio. fer. 4. ciner. fo. 35. pag. 2.

Synago

Synagoga reprobatio, conc. quinquages. fo. 24. pag. 2. & concio. fer. 4. dom. 1. quadrag. fo. 65. pag. 1.

Synagoga perditio, in quo consistit, concio. fer. 6. dom. 2. fo. 96. pag. 2.

Synagoga fructus, qualis fuit, ibidem.

Synagoga fremuit quasi leo contra Christum, conc. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ, fo. 274. pag. 2.

Spes premij excitat ad laborem, conc. septuag. fo. 6. pag. 1.

Spes nostra, non in alio quam in Deo collocanda est, conc. fer. 6. dom. 1. fo. 73. & 74.

Spes premij inuitat ad laborem, conc. dom. 2. fo. 76. & 77.

Spes anchoræ comparatur, ibidem.

Spes humana depingitur, concio. dom. 4. fo. 124. pag. 2.

Spem nostram, in Deo esse reponendam, conc. fer. 2. resurrectio. fo. 309. pag. 1. & 2.

Spinæ sepi vineæ, sunt comminationes Prophetarum, concio. fer. 6. dom. 2. fo. 94. pag. 1. & 2.

Spinis coronatur Christus, conc. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ, fol. 273. & 274.

Spinea corona, ex marinis iunioris confecta, ibidem.

Sudor sanguineus Christi,

non ex infirmitate, sed ex fortitudine processit, concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 211. pag. 2. & concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 265. pag. 2.

Superbia, difficilis victu, concio. fer. 4. dom. 2. fo. 89. pag. 1.

Supplicij genus est, non iunior hic supplicium peccatorum, concio. fer. 6. dom. 4. folio. 152. pag. 1.

Suscitare mortuos propria virtute, opus solius Dei, conc. fer. 6. dom. 4. fo. 145. & 146.

## T

Templum Dei, quanta reuerentia sit dignum, conc. fer. 4. dom. passio. fo. 170. & 171.

Templi descriptio, Salomoni data, conc. sabbathi sancti. folio. 287. pag. 1.

Tempus nostrum illud dicitur, quod in Dei seruitio insumimus, concio. fer. 6. dom. 1. fol. 69. & 70.

Tentari, quare voluit Christus, conc. dom. 1. quadrag. folio. 46. pag. 1.

Tentari voluit Christus, ut inimici arma confringeret, eadem, concio. folio. 48. pagin. 1. & 2.

Tentat Deus, quos diligit, concio. dom. i. quadrag. fol. 49. pag. 2.

Tentator in humana effigie accessit ad Christum, eadem concio. fo. 51. pag. 1.

Tentatio Abrahamæ, non tam fidei quam amoris fuit, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ, fo. 279. pagin. 1.

Terra petrosi, cor durum significat, concio. sexag. fo. 15. pag. 1. & 2.

Tig' is musicæ inimicus, concio fer. 4. dom. passio. fo. 172.

Timet Petrus, & quicumquæ iustus a Deo separari, conc. fer. 5. in cæna. fo. 245. pag. 1.

Cum timore, & tremore ad Eucharistiam accedendum, concio. fer. 5. in cæna. folio. 244. pagin. 2.

Titulus psalmi. 50. conc. quin. quag. fo. 9. pag. 1.

Titulus Psalmi. 48. eadem, concio. fo. 22. pag. 1.

Titulus Psalmi. 33. explicatur, concio. 2. fer. 5. in cæna. fol. 252. pag. 2.

Titulus quem sibi erexit Absalon in regni præensione, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. fol. 278. pag. 2.

Tyranni quatuor vitæ humanæ, timor & spes, &c. concio. fer. 5. in cæna. fo. 244. pag. 1.

Tollit Deus de medio offensa, concio. dom. resurrectio. fo. 301. pag. 2.

Toricular vineæ, fuit templum synagogæ, concio. fer. 6. dom. 2. fo. 94. pag. 2.

Totus Christus secundum humanitatem, fuit ex virgine, sine patre temporali in terra, conc. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. fol. 280. pag. 2.

Traditio Christi, concio. 1. fer. 6. hebdo. sanctæ, folio. 266. pag. 1.

Transfigurari, cur voluerit Christus, concio. dom. 2. fo. 76. pag. 1. & 2.

Transfiguratio fuit desitio antiqui miraculi, concio. eadem, fo. 78. pag. 2.

Trafilus Attheniensis, clypei sui fecit periculum, concio. dom. resurrectio. fo. 299. pag. 1.

Tribunal Dei timendum, concio. fer. 4. dom. 4. fo. 138. pa. 2.

In tribulatione, ad deum confugiendum esse, concio. fer. 6. dom. 4. fo. 146. & 147.

Triumphus, quem Christus in sua resurrectione de morte est adeptus, per Prophetas prænunciatus, conc. fer. 2. resurrectio. fo. 307. pag. 1. & 2.

Turris vineæ Israeliticæ, fuit prophetia, concio. fer. 6. dom. 2. fo. 94. & 95.

## V

Veneri efficacia, concio. 2. fer. 5. in cæna. fo. 257. pag. 1.

Venit Christus redimere, & docere, concio. fer. 5. in cæna. fo. 236. & 237.

Verbum Dei, sine acceptione personarum debet prædicari, concio. sexag. fo. 12. pag. 1.

Dire, est prædestinationis signum passio, fo. 16. 2. pag. 1.

Verbi Dei efficacia, eadem concio. fo. 13. pag. 1. & 2.

Verbi Dei fortitudo, eadem concio. & fo. pag. 2.

Verbum Dei debet abscondi, ut radices agat. eadem concio. fo. 15. pag. 2.

Verbum Dei audire, est prædestinationis signum, conc. dom. passio. fo. 162. pag. 1.

Verbum Dei contemnere, reprobationis signum, ibidem, pagin. 2.

Verbum Dei, cordis aure debet audiri, concio. dom. passio. fo. 163. pag. 2.

Verba Christi ex cruce prolata, sagittæ cor virginis transfigentes, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. fo. 283. pag. 2.

Veritas odiosa, concio. dom. passio. fo. 160. & 161.

Veritas amara, ibidem. pag. 1. & 2.

Veritas resurrectionis Lazari comprobatur, conc. fer. 2. dom. palmarum, fo. 198. pag. 2.

Vera fides, non debet esse occiosa, concio. sabbathi sancti. fo. 292. pag. 2.

Vera fides, operibus comprobanda est, ibidem.

Vera amicitia, non solum in vita, sed in morte etiam ostenditur, concio. dom. resurrectio. fo. 298. pag. 1. & 2.

Verecundia, & timor, in quibus differant, conc. quinquag. fo. 250. pag. 1.

Via ad cælum, ante mortem Christi, prolixior, post mortem, brevior, conc. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 234. & 235.

Videndi naturale desiderium, concio. quinquag. folio. 25. pagin. 1.

Victoria amoris præcipua, fuit, deum & hominem copulare, concio. fer. 5. in cæna. fo. 242. pag. 1. & 2.

Vineæ Ecclesiæ deuastatio, conc. fer. 6. dom. 2. fo. 95. & 96.

Vino, cur comparetur amor, conc. sabbathi sancti, folio. 292. pag. 1.

Viperæ, matris viscera exedunt, concio. fer. 6. cine. fo. 43. pag. 1.

Virga Mosayca erecta, confidentiam auxit, conc. dom. 4. fol. 130. pag. 1. & 2.

Virga, dignitatis regie signum, conc. dom. in Rannis, folio. 189. pag. 2.

Virga amigdalina, ibidem.

Virginis dolor, ex determinatione Concilij contra Christum, conc. fer. 6. dom. passio. fo. 283.

Virgo Maria carne affuit cum Apostolis, conc. 1. fer. 6. hebdo sancte, fo. 261. pag. 2.

Virgo Maria, filio crucem ferenti obviam exit, conc. 1. fer. 6. hebdo. sancte, fol. 275. pagin. 1. & 2.

In Virginis corde, alia crux, & aliud sacrificium amoris exiit, conc. 2. fer. 6. hebdo. sancte, fol. 281. pag. 2.

Virginis dolor, omnes alios dolores excessit, eadem concio. fo. 282. pag. 1. & 2.

Virginis contritio, quare ve mare dicatur, ibidem.

Virginis dolor, cum Agar dolore comparatur, ibidem, folio. 283. pag. 1.

Virgo Maria, filium suum crucifixum, prima adorat, concio. 2. fer. 6. hebdo. sancte, fo. 286. pag. 1. & 2.

Virginis gaudium, ex resurrectione filij, concio dom. resurrectionis. fo. 204. & 205.

Virtus sanandi piscine Hierosolymitanæ, a quo fuerit, conc. fer. 6. dom. 1. fo. 69. pag. 1.

Virtus verbi Dei, conc. fer. 6. dom. 4. fo. 156. pag. 1. & 2.

Virtus sanguinis Christi, in cruce apparuit, concio. sabbathi sancti. fo. 288. pag. 2.

Virtutis difficultas, facile superatur, conc. dom. resurrectionis. fo. 301. pag. 1.

Vis diuini amoris, conc. sabbathi sancti, fo. 291. & 292. & concio. dom. resurrectionis. fo. 299. pag. 1. & 2.

Visitat Christus matrem post resurrectionem, conc. dom. resurrectionis. fo. 304. pag. 2.

Vita presens, non est locus sedendi, sed standi, concio. fer. 4. dom. 2. fo. 91. pag. 2.

Vitæ, tam longa spes, vnde homini contingat, conc. fer. 6. dom. 4. fo. 154. pag. 1. & 2.

Vitta, regni insigne, conc. fer. 4. dom. 2. fo. 91. pag. 1.

Vitia in senibus, difficile curantur, concio. septuage. fol. 8. pag. 12.

Vnitas, perfectio omnium rerum, conc. fer. 6. cine. fo. 38. pag. 1. & 2.

Vocatio ad fidem, necessaria ad salutem. dom. septuage. fo. 1.

Vocatio nostra, in Samuele adumbrata, ibidem, fo. 2. pag. 1.

Vocat

Vocat nos Deus, & tanquam paruuli insipientes, ad mundum accurrimus, ibidem. fo. 3. pag. 1.

Voluntas male inclinata, interdum intellectum trahit in errorem, concio. fer. 6. cine. fol. 40. pag. 2.

Voluntas hominis libera, concio. fer. 6. dom. 1. fo. 71. pag. 1.

Voluntatem nostram, Deus non cogit, ibidem.

Voluntates duæ, in Christo,

conc. 1. fer. 6. hebdo. sancte, fol. 274. pag. 1.

vulnera Christi, in fenestris templi, adumbrata, conc. fer. 2. resurrectionis. fo. 313. & 314.

## Z

Z Eleuchi locrensis, iustitiam Zelus. fer. 4. dom. 2. fo. 88. pag. 1.

D 4

Secun-

## SECVNDVS INDEX

*LOCORVM COMMVNIVM, QUAE  
in hoc opere continentur: in concionatorum verbi Dei gra-  
tiam, extractus: in quibus verbi Dei studiosus, reperiet  
perutiles conceptus atque discursus, qui nullo  
negocio, singulis dominicis, ac totius  
anni festiuitatibus, quae in  
Ecclesia praedicari so-  
lent, adaptari  
possunt.*

**L**OCVS Pro vocationi-  
bus Dei, quam cito vo-  
cat nos ad vineam suam,  
concio. septuage. folio.  
2. & 3.

Locus pro bonis operibus,  
ad salutem necessarijs, concio.  
septuage. fo. 3. 4. & 5.

Locus pro merito nostrorum  
operum, concio. septuage. fo. 5.  
pag. 1. & 2.

Locus pro spe premij, quae ad  
laborem excitat, concio. septua-  
ge. fo. 6. pag. 1. & 2.

Locus pro fenum occioitate  
conc. septuag. fo. 7. & 8.

Locus pro abundantia Eccle-  
siae ex praedicatione euangelica,  
conc. sexage. fo. 11. pag. 1. & 2.

Locus pro verbo Dei, quod si

ne personarum acceptione debet  
praedicari, eadem concio. fo. 12.  
& 13.

Locus pro efficacia & fortitu-  
dine verbi Dei, conc. sexage. fo.  
13. & 14.

Locus pro peccatorum cordi-  
bus, quae omni vitiorum generi  
patent, conc. sexage. fo. 14. & 15.

Locus pro audientibus ver-  
bum Dei aure, sed non retinenti-  
bus corde, conc. sexage. fol. 15.  
& 16.

Locus pro diuitibus & diui-  
tibus, conc. sexag. fo. 16. & 17.

Locus pro eleemosina, conc.  
sexag. fo. 17. & 18.

Locus pro laborum perpessio-  
ne, concio. quinquage. folio. 20.  
& 21.

Locus pro prophetijs in  
Christo adimpletis, concio.  
quinquage. fol. 22. & 23.

Locus pro Christi opprobrijs  
concio. quinquag. fol. 24. 5.

Locus pro lumine spiritali  
gratiae, quod corporali preferen-  
dum est, concio, quinquag. folia.  
25. 26.

Locus pro virtutem impediē-  
tibus, concio. quinquage. fol.  
26. & 27.

Locus pro cognitione sui,  
quae humilitatem parit, concio.  
fer. 4. cine. fol. 29. & 30.

Locus pro mortis memoria,  
concio. fer. 4. cine. fol. 29. 30.  
& 31.

Locus pro hypocrisis, & hypo-  
critis, concio. fer. 4. cine. fol.  
33. 34. & 35.

Locus pro gloria nostrorum  
operum, soli deo tribuenda, cō-  
cio. fer. 4. cine. fol. 36. & 37.

Locus pro excelentia, & dig-  
nitate amoris, concio, fer. 6. ci-  
ne. fol. 37. & 38.

Locus pro animorum concō-  
dia, concio. fer. 6. cine. fol. 38.  
pag. 1. & 2.

Locus pro lege euangelica  
quod sit lex amoris, concio. fer.  
6. cine. fol. 39. pag. 1. & 2.

Locus pro voluntate malè in-  
clinata, quae interdum trahit

in interiorē, concio. fer. 6. cine.  
fo. 40. pag. 1. & 2.

Locus pro virtute praecpto-  
rum Dei, quae vim habeant,  
etiam apud irracionales creatu-  
ras, concio. fer. 6. cine. folio.  
41. & 42.

Locus pro dilectione inimi-  
corum, concio. fer. 6. cine. fol.  
42. 43. & 44.

Locus pro misericordia Dei,  
& facilitate ad parcendū, concio.  
fer. 6. cine. fol. 45. & 46.

Locus pro imbecillitate ho-  
minis, qui Dei auxilio indige-  
bat ad demonem profligandū,  
con. do. 1. quad. fol. 46. & 47.

Locus pro tentacionibus de-  
monis, quas dominus sua tenta-  
tione vicit, concio. do. 1. quadra-  
ge. fol. 48. & 49.

Locus pro persecucionibus  
diaboli, qui filios Dei persequi-  
tur, concio. dom. 1. quadrage.  
fol. 50. & 51.

Locus pro insipientia peccato-  
ris, qui pro vili voluptate cae-  
lesti commutat, concio. domi-  
1. quadrage. fo. 51. & 52.

Locus pro tērationibus quas  
nō nudas offert diabolus, sed  
sfucis, & coloribus ornatas, con-  
do. 1. quadrage. fol. 52. & 53.

Locus pro his qui opera dia-  
boli exaltantur ad dignitates dia-  
bolicas.

Locus pro prophetijs in Christo adimpletis, concio. quinquage. fol. 22. & 23.  
 Locus pro Christi opprobrijs concio. quinquage. fol. 24. & 25.  
 Locus pro lumine spirituali gratia, quod corporali preferendum est, concio, quinquage. folio. 25. & 26.  
 Locus pro virtutem impediētib; concio. quinquage. fol. 26. & 27.  
 Locus pro cogitatione sui, quae humilitatem parit. concio. fer. 4. cine. fol. 29. & 30.  
 Locus pro mortis memoria, concio. fer. 4. cine. fol. 29. & 30. & 31.  
 Locus pro hypocrisis, & hypocritis, concio. fer. 4. cine. fol. 33. 34. & 35.  
 Locus pro gloria nostrorum operum, soli deotribuenda, concio. fer. 4. cine. fol. 36. & 37.  
 Locus pro excelentia, & dignitate amaris, concio, fer. 6. cine. fol. 37. & 38.  
 Locus pro animarum concordia, concio. fer. 6. cine. fol. 38. pag. 1. & 2.  
 Locus pro lege euangelica quod sit lex iuris, concio. fer. 6. cine. fol. 39. pag. 1. & 2.  
 Locus pro voluntate malè inclinata, quae interdum trahit

in errorem. concio. fer. 6. cine. fol. 40. pag. 1 & 2.  
 Locus pro virtute præceptorum Dei, quatenus vim habeant, etiam apud irracionales creaturas, concio. fer. 6. cine. folio. 41. & 42.  
 Locus pro dilectione inimicorum, concio. fer. 6. cine. fol. 42. 43. & 44.  
 Locus pro misericordia Dei, & facilitate ad parcendū, concio. fer. 6. cine. fol. 45. & 46.  
 Locus pro imbecillitate hominis, qui Dei auxilio indigebat ad demonem profligandū, concio. do. 1. quad. fol. 46. & 47.  
 Locus pro tentacionibus demonis, quas dominus sua tentatione vicit. concio. do. 1. quad. fol. 48. & 49.  
 Locus pro persecutionibus diaboli, qui filios Dei persequitur. concio. dom. 1. quad. fol. 50. & 51.  
 Locus pro insipientia peccatoris, qui pro vili voluptate celestis commutat, concio. dom. 1. quad. fol. 51. & 52.  
 Locus pro reſationibus quas nō nudas offert diabolus, sed fūcis, & coloribus ornatas, concio. dom. 1. quad. fol. 52. & 53.  
 Locus pro his qui opera diaboli exaltantur ad digēitates. diabolus

enim exaltam, vt deiecit; concio. dom. 1. quad. fol. 53. pag. 2.  
 Locus pro astutia sethanae tentandō, qui prius hostis, dein de graua suadet, concio. dom. 1. quad. fol. 54. pag. 1. & 2.  
 Locus pro gloria mundi, quā breuis sit, concio. dom. 1. quad. fol. 56. & 57.  
 Locus pro aduentu filij Dei, quōd fuerit a Prophetis præſentiatu, concio. fer. 4. dom. 1. quad. fol. 57. & 58.  
 Locus pro cōcionatoribus, concio. fer. 4. dom. 1. quad. fol. 60. 61.  
 Locus pro his qui discunt a virtute parentum. concio. fer. 4. dom. 1. fol. 62. pag. 1. & 2.  
 Locus pro elemosina, concio. fer. 6. do. 1. fol. 68. pag. 1. & 2.  
 Locus pro laborum patientia, concio. fer. 6. do. 1. fol. 69. & 70.  
 Locus pro contemptibus spirituales medicinas. concio. fer. 6. dom. 1. fol. 71. & 72.  
 Locus pro miseratione pauperum. concio. fer. 6. dom. 1. fol. 73. pag. 1. & 2.  
 Locus pro spe, & fiducia nostra in Deo collocanda. concio. fer. 6. dom. 1. fol. 73. & 74.  
 Locus pro premia adipiscēdo. concio. dom. 2. fol. 76. & 77.

Locus pro electionibus. concio. dom. 2. fol. 77. & 78.  
 Locus pro memoria, & recordatione beatitudinis. concio. dom. 2. fol. 82. pag. 1 & 2.  
 Locus pro Christi mortē voluntaria. concio. fer. 4. dom. 2. fol. 83. & 84.  
 Locus pro ambitione. concio. fer. 4. dom. 2. fol. 89. & 90.  
 Locus pro dignitatibus fugiēdis, & ealium pondere. concio. fer. 4. dom. 2. fol. 90. & 91.  
 Locus pro cognitione sui, concio. fer. 4. do. 2. fol. 91. 92. & 93.  
 Locus pro parabolis, quae spēsula sunt animae. concio. fer. 6. dom. 2. fol. 2. & 53.  
 Locus pro calamitate Ecclesiae & v. statione vineae deploranda. concio. fer. 6. dom. 2. fol. 95. & 96.  
 Locus pro fructu bonorum operum quae requirit Deus in vinea Ecclesiae. concio. fer. 6. dom. 2. fol. 97. & 98.  
 Locus pro odio quo diabolus hominē persequitur, & vnde pugnam hoc habeat ortum. concio. dom. 3. fol. 99. & 100.  
 Locus pro confessione peccatorum, concio. do. 3. fol. 105. & 106.  
 Locus pro integritate confessionis. concio. dom. 3. fol. 107. pag. 1. & 2.  
 Locus pro detractoribus. concio. fer. 4. dom. 3. fol. 109. & 110.

Locus pro iudicibus, prelatiis, & concionatoribus, quod debet esse a culpa alieni, concio. fer. 4. dom. 3. fol. 111. & 112.

Locus pro Ecclesiasticorum f. citate. concio. fer. 4. dom. 3. fol. 111. & 112.

Locus pro parentibus honorandis, concio. fer. 4. domi. 3. fo. 112. & 113.

Locus pro gratijs Deo redendis pro nostra conuersione, concio. fer. 6. dom. 3. fol. 117. & 118.

Locus pro voluptatibus, & diuitijs, quæ nō satiāt animam, concio. fer. 6. dom. 3. fol. 121. 122. & 123.

Locus pro cōsilijs in Deo ponenda, concio. dom. 4. fol. 129. & 124.

Locus pro sequentibus Deū, quōd non deficiet eis quæ bonum, concio. dom. 4. fol. 124. & 125.

Locus pro desertione diuina, quæ graue suplicium sit, Deum alique nō derelinquere, concio. dom. 4. fol. 126. & 127.

Locus pro doctrina operibus confirmanda, concio. dom. 4. fol. 127. & 128.

Locus pro prelatorum, & principum pro silentijs, concio. dom. 4. fol. 128. & 129.

Locus pro iudicijs, concio.

dom. 4. fol. 128. & 129.

Locus pro executione iustitiæ, concio. do. 4. fol. 125. pag. 1.

Locus contra diuites. immisericos, concio. dom. 4. fol. 130. & 131. etiam pro eleemosina ibidem.

Locus pro mensura, & ordine in omnibus seruandis, concio. dom. 4. fol. 131. pag. 1. & 2.

Locus pro liberali Dei prouidentia, qua omnibus creaturis victū parat, concio. dom. 4. fol. 132. pag. 1. & 2.

Locus pro eleemosina, concio. dom. 4. fol. 133. pag. 1.

Locus pro miseratione principis, concio. fer. 4. dom. 4. folio. 135. & 136.

Locus pro bonis operibus exercendis, concio. fer. 4. dom. 4. fol. 136. & 137.

Locus pro Deo cōsulendo in necessitatibus, concio. fer. 6. do. 4. fol. 147. pag. 1. & 2.

Locus pro mulierum clausura, concio. fer. 6. domi. 4. fol. 147. & 148.

Locus pro illis qui magis damna temporalia, quam spiritualia sentiunt, concio. fer. 6. dom. 4. fol. 148. & 149.

Locus pro laboribus f. rēlis. concio. fer. 6. do. 4. fol. 150. pag. 2.

Locus pro fiducia in Deo ponenda,

ponenda, concio. fer. 6. dom. 4. fol. 153. pag. 1.

Locus pro vitæ breuitate, concio. fer. 6. do. 4. fol. 153. & 154.

Locus pro lachrimis, concio. fer. 6. dom. 4. fol. 155. pa. 1. & 2.

Locus pro innocentia Christi late tractatur, concio. domi. in passio. fol. 157. & 158.

Locus pro concionatoribus verbi Dei, quōd opere compleant, quōd a verbo docent, concio. dom. in passio. fol. 159. & 160.

Locus pro veritate, concio. dom. in passio. fol. 161. & 162.

Locus pro contemnentibus verbum Dei, concio. domi. in passione. fo. 162. & 163.

Locus pro audiendis concionibus, non solum aure corporis sed cordis, concio. dom. in passio. fol. 163. 164. & 165.

Locus pro liberalitate Dei in retribuendo mercedem, concio fer. 4. dom. in passio. fol. 167. & 168.

Locus pro adiuuentoribus virtutum, & vitiarum, concio. fer. 4. dom. in passio. fol. 168. & 169.

Locus pro maiorum exēplo, concio. fer. 4. dom. in passio. fo. 169. & 170.

Locus pro reuerentia templo Dei exhibenda, concio. fer. 4. dom. in passio. fo. 170. & 171.

Locus pro inuidia, concio. fer. 4. dom. in passio. fo. 172.

Locus pro cordis duritia. concio. fer. 4. dom. in passio. fol. 172. & 173.

Locus pro prædestinatis, qui verbum Dei audiunt, & vocatori non resistunt, concio. fer. 6. domi. in passio. foli. 173. & 174.

Locus pro peccatis ex fragilitate, & malitia, concio. fer. 6. dom. passio. fol. 176. & 177.

Locus pro peccati pondere, concio. fer. 4. dom. passio. fo. 179.

Locus pro ingratitude. concio. fer. 6. dom. passio. fol. 180. pag. 1.

Locus pro laqueis peccatorū concio. dom. in ramis. fol. 187. & 188.

Locus pro principum clementia. concio. dom. in ramis. fol. 191. & 192.

Locus pro Christi morte voluntaria, concio. fer. 2. dom. in ramis. fol. 193. & 194.

Locus pro obedientia, concio. fer. 2. dom. in ramis. fol. 195. & 196.

Locus pro penitentia, concio. fer. 2. dom. pal. fol. 200. & 201.

Locus pro eleemosina, concio. fer. 2. domi. palma. fol. 201. pag. 1. & 2.



folio. 225. & 226.

Locus pro cognitione peccatorum, ad consequendam salutem necessariis, concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 236. pag. 2.

Locus pro cruce, quod per eam esse debemus sequi Christum cō. fe. 4. hebdo. sanctæ. fol. 230. & 231.

Locus pro laborum tolerantia in filiis Ecclesiæ necessaria. concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fol. 231. pag. 1 & 2.

Locus pro regno cælorum, quod vi, & armis expugnari debet concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fol. 231. & 232.

Locus pro fide Christi, qua salutem nostram sitiebat, concio. fer. 4. heb. sanctæ. fol. 233. & 234.

Locus pro via regni cælorum, quæ post Christi mortem facilis est, concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo. 234. & 235.

Locus pro penitentia non differenda. concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fol. 235. & 236.

Locus pro concionatoribus euangelicis, quod concionator, verbis, & operibus indigeat. concio. fer. 5. in cena. domi. folio. 237. pag. 1. & 2.

Locus pro voluntaria Christi passione, concio. fer. 5. in cena. fol. 239. pag. 1. & 2.

Locus pro dilectione Christi,

qua nos dilexit. concio. fer. 5. in cena. fo. 240. & 241.

Locus pro puritate animæ ad eucharistiam requisita. concio. fer. 5. in cena. do. fo. 243. & 244.

Locus pro gloria, quam Deus in operibus creationis, & redemptionis intendit, concio. 2. fer. 5. in cena. fol. 247. & 248.

Locus pro rebus fidei, quod debemus in illis capiuare intellectum, concio. 2. fer. 5. in cena. fol. 249. pag. 2.

Locus pro amore, qui virtutem habet transformatiuam, & amans vellet in se amantem transformare, concio. 2. fer. 5. in cena. folio. 250. pag. 1. & 2.

Locus pro dispositione ad Eucharistiam necessaria, concio. 2. fer. 5. in cen. do. fo. 256. & 257.

Locus pro misteriis fidei, quod soleat aliquando scriptura, silentio ea præterire. concio. 2. fe. 6. hebdo. sanctæ. fo. 277. & 278.

Locus pro amore filiorum, qui omnes alios amores superat, concio. 2. fer. 6. hebdo. sanctæ. folio. 278. & 279.

Locus pro prophetis, in Christo adimpletis. concio. sabbata. hebdo. sanctæ. fol. 287. pag. 1. & 2.

Locus pro hominum crudelitate. concio. sabbati. sanctæ. fol. 289. & 290.

Locus

Locus pro Dei operibus ad redemptionem spectantibus, quod sint incōprehensibilia. concio, fer. 3. hebdo. sanctæ. folio. 204. & 205.

Locus pro Christi passione, & morte, quantæ difficultatis sit hoc misterium; concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 205.

Locus pro redemptione Christi, quod fuerit vniuersalis, tam pro iudæis quam pro gentilibus, concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. folio. 206. & 207.

Locus pro Dei erga homines bonitate, qui nunquam nos deserit, nisi prius a nobis deseratur, concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. folio. 207. pag. 1. & 2.

Locus pro oratione; concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 208. & 209.

Locus quod hec oratio in nomine Christi debeat fieri eadem concio. fol. 208. & 209.

Locus pro peccatoribus, Christi sanguinem contemnentibus, & medicinam oblatam respicientibus, concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 214. pag. 1. & 2.

Locus pro necessitate diuini auxilij, & quod non in nostris viribus sed in Deo est confidendum. concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 215. & 216.

Locus pro timore iustorum, quod iusti nunquam debeant esse

securi de sua salute, concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 216. pag. 1. & 2.

Locus pro dignitatibus, quæ nunc temporis merito sed sanctorum conferuntur. concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 217. pag. 1.

Locus pro iustitia, quæ fauor, maxime mulierum peruertit. concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. folio. 217. & 218.

Locus pro familiaritate mulierum fugienda, concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 218. & 219.

Locus pro consideratione bonorum cælestium, quæ amissius per culpam, quæ ad lacrimas prouocat. concio. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 222. & 222.

Locus pro lacrimis, quæ torquere peccati grauatum, exonerant. concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fo. 221. 222. & 223.

Locus pro lacrimis fictitijs, quæ inutiles sunt, & sine merito apud Deum. concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 223. & 224.

Locus pro vera penitentia, quod non debemus ad vitia reuerti. concio. 2. fer. 3. hebdo. sanctæ. fol. 224. & 225.

Locus pro numero predestinatorum, quod infallibilis sit, & quod illos Deus attrahit sua gratia, concio. fer. 4. hebdo. sanctæ. fo.

Locus pro diuitibus, quanta difficultate saluentur, & quod debeant esse erga pauperes liberales. concio. sabbati sancti. fol. 290. & 291.

Locus pro vi diuini amoris, qui omnia vincit, & superat. concio. sabbati sancti. fol. 291. & 292.

Locus pro fide, quod non debet esse occiosa, quod operibus est confirmanda. concio. sabbati sancti. fol. 292. & 293.

Locus pro resurrectione, Christi domini, quod fuerit totius nostre fidei confirmatio. dom. resurrectio. foli. 297. & 298.

Locus pro vera amicitia, quod amicus prius est diligendus, quem diligendus, concio. dom. resurrectio. fol. 298. & 299.

Locus pro fortitudine diuini amoris. concio. dom. resurrectio. fol. 299. & 300.

Locus pro difficultate virtutis, quæ in ipso limine presen-

tatur. concio. dom. resurrectio. fol. 301. & 302.

Locus pro spe, quod in Deo sit sperandum, concio. fer. 2. resurrectionis. fol. 309. & 310.

Locus pro Dei patrocinio, qui suos in periculo constitutos, non deserit. concio. fer. 2. resurrectionis. fol. 310. pag. 1. & 2.

Locus pro predestinatis, quod semper habeant aliqua predestinationis indicia, concio. fer. 2. resurrectionis. fol. 311. pag. 1. & 2.

Locus pro perseverantia in vita gratiæ, & quod recipiendus sit Christus tanquam habitator, non tanquam hospes animæ, concio. fer. 2. resurrectio. fol. 313. pag. 1. & 2.

Locus pro statu beatorum, qui omnium laborum suorum obliuiscuntur, concio. fer. 2. resurrectio. fol. 314.

FINIS.

TERTIVS

## TERTIVS INDEX LOCO-

rum scripturas, quæ in toto opere continentur, & explicatur: ordine factorum librorum ex quibus desumuntur, obseruato.

## G E N E S I S.

1 VIDIT Deus lucem quod esset bona. fol. 38. pag. 2.

2 Congregentur aquæ in locum vnum, vt appareat arida. fol. 282. pag. 1.

3 Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinẽ &c. fol. 19. pag. 2.

1 Puluis es, & in puluerẽ reuertaris. fol. 28. pag. 1. & 201. pag. 2.

2 Posuit dominus hominem in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum. fol. 3. pag. 2.

2 Tulit Deus Adæ costã ad formandã mulierem, & repleuit carnem pro ea. fol. 29. pag. 1.

2 In quacũque hora comederis ex eo, morte morieris. fol. 285. pag. 1. & 263. pag. 1.

3 Aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij. fol. 143. pag. 2.

3 Primus homo vetitum pomũ gustauit. fol. 285. pag. 2.

3 In sudore vultus tui, vesceris pane tuo. fol. 4. pag. 1.

3 Nequaquã moriemini, sed eritis sicut Dij. fol. 20. pag. 2.

2 Puluis es, & in puluerem reuertaris. fol. 100. pag. 1.

3. Collocauit Deus Adam ante paradisu voluptatis, alia litera. è regione contra paradisu. fol. 221. pag. 2.

3 Maiedicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi. fol. 274. pag. 1.

4 Posuit mihi dominus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. fol. 284. pag. 1.

4 Respexit dominus, ad Abell, & ad munera eius. fol. 50. pag. 1.

5 Lamech genuit Noe. fol. 10. pag. 1.

6 Nõ permanebit spiritus meus in hominẽ, quia caro est. fol. 47. pag. 2.

6 Fenestra in latere arca aperta est. fol. 294. pag. 1.

7 Conclusit à foris ostium domini. fol. 77. pag. 2.

9 Arcum metum ponam in nubibus.

- bus erit què signum faderis: fo. 64. pag. 1.
9. Noe, vino inebriatus, in tabernaculo suo, nudus iacuit. fol. 276. pag. 1.
12. Aries inter vepres, hærebat cornibus. fo. 24. pag. 1.
14. Melchisedech rex salem, obtulit panem Abrahæ. fo. 243. pag. 2.
15. Domine Deus, quid dabis mihi. fol. 235. pag. 2.
15. Ego sum protector tuus Abraham. fol. 6. pag. 1.
19. Descendit Deus, ut subverteret Sodomam. fo. 186. pag. 2.
21. Agar de domo Abrahæ eiecta errabat in solitudine. fo. 283. pag. 1.
21. Si fuerit Deus mecum in via hac per quam ambulo. &c. foli. 124. pag. 2.
22. Tentavit Deus Abraham, tolle filium tuum, quem diligis Isaac. fo. 49. pag. 2. & 279. pag. 1.
22. Nunc cognovi, quod timeas dominum ibidem.
22. Abraham, cum accepisset mandatum, de immolatione filij suo denotè surrexit &c. fol. 19. pag. 2.
22. Illic portat ligna ad holocaustum. fo. 275. pag. 1.
23. Iacob in baculo suo transiit Jordanem. fo. 275. pag. 1.
24. Eliezer dedit in aures, & gemillas Rebecæ. fol. 76. pag. 1.
25. Maior servicia minori. fol. 44. pag. 2.
25. Iacob, & Esau, simul de utero matris egrediuntur, quorum alter, alterum tenebat planta. fol. 301. pag. 1.
26. Isaac aperuit puteos, quos Palestini obstruxerant. fol. 41. pag. 2.
27. Vox quidem, vox Iacob, manus autem Esau. fol. 249. pa. 1.
28. Terribilis est locus iste, verè nō est hic aliud. fol. 170. pa. 2.
31. Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi &c. fol. 215. pag. 1.
32. Iacob luctam habuit cum angelo. fo. 246. pag. 1.
38. Zaram prius quasi nasciturus apparet, sed Phares prius nascitur. fol. 264. pag. 1.
38. Tamar deposito habitu, videntur, sedit in vicio. fol. 48. pag. 1.
38. Ego morior &c. Do tibi partem unam, quam tuli de manu Asnorrahi. fol. 285. pag. 2.
40. Memento mei dum bene tibi fuerit. fol. 74. pag. 1.
41. Ioseph, duos habuit filios quorum alterum vocavit Ephraim, alterum Manassem. fol. 314. pag. 2.

41. Ioseph per Nilisum proiecit paleas. fo. 82. pag. 1.
43. Iacob audiens, quod viveret Ioseph, visus est, quasi de gravi somno euigilare. fo. 305. pa. 1.
44. Ioseph; misit ciphum in sacro Benjamin. fol. 159. pag. 1.
47. Adoravit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput. fo. 189. pag. 2.
49. Salutare tuum expectabo Domine. fol. 261. pag. 1.
49. Ad predam ascendisti filium accubuisti vt leo. fol. 279. pag. 2.
49. Ligauit ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam. fol. 186. pag. 2.
49. Pulchriores sunt oculi eius vino. fol. 200. pag. 2.
49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & flux de favore eius. fol. 185. pag. 1.
49. Fiat Dan sicut coluber in via, Cerastes in semita. fo. 266. p. 2.
49. Simeon & Leui vassa iniquitatis bellantia: in consilium eorum &c. fol. 176. pag. 1.
51. Fiat Dan sicut coluber in via, cerastes &c. fol. 281. pag. 2.

Exodus.

1. In Etrō Madianita vocauit Moysem ad comedendum. foli.

133. pag. 1.
3. Tolle calcamenta de pedibus tuis. fol. 248. pag. 1.
3. Pharaon flagellatur plagis multis, & vltimo, filius ab eo auferitur. fo. 279. pag. 2.
7. Ego multiplicabo signa in terra Aegypti. fo. 57. pag. 2.
7. Moyse, Deus Pharaonis costituitur. fol. 45. pag. 2.
9. Mose cinerem in altum subleuante, facta sunt vlcera. fol. 169. pag. 1.
12. Præcipitur, quod agnus immolatus tollatur, & reponatur in domo, luna. 14. fo. 194. pa. 1.
12. Præcipitur, quod filij Israel, ad comedendum agnum, sine calceati, & baculos in manibus habentes. fo. 248. pag. 1.
12. Præcipiebat Deus, quod si mulier captiua, durante captiuitate, tempore, filios peperisset, essent etiã captiui. fol. 50. pag. 2.
15. Tunc conturbati sunt principes Edon, rodustos Moab obtinuit tremor. fo. 303. pag. 2.
17. Ego stabo in vertice collis habens virgā Dei in manu mea. fo. 130. pag. 2.
17. Eleua virgā, quæ in manu tua est. fol. 276. pag. 1.
21. Filij mulieris captiuae, captiuus & seruus reputatur. fo. 50. pa. 2.

23 Si occurreris boui inimici tui, aut alino erranti, reduc eum. fol. 2 pag. 2.

24 Apparuit dominus, senibus populi super aronum, cuius opus erat quasi lapidis saphirini fol. 202. pag. 2.

25 Candelabrum aureum cum septem lucernis fol. 111. pag. 1.

26 Panes propositionis a confectu meo non deficient. fol. 251. pag. 2.

28 Vestis summi sacerdotis, miro artificio erat composita, & in fine habebat malogranata, & tirmabula. fol. 237 pag. 2.

32 Moyses vitulum contriuit, & filijs Israel in partu delit. fol. 30. pag. 1. & 251. pag. 1.

33 Domine si inuent gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam fol. 80. pag. 1. & 235. pag. 2. Posteriora mea videbis, ibidem.

### Leuiticus.

11 OMNE quod habet penulas, & schamas, tam in mari quam in fluminibus comedetis fol. 11. pag. 2.

14 In mutatione leprosi duopaseres assumuntur, quorum

vnus immolatur, & sanguine eius, alter tingitur fol. 86. pa. 2.

21. Precipitur, ne summus sacerdos scindat vestimenta. fol. 209. pag. 2.

21 Sancti erunt Deo suo, & non polluent non e eius. fol. 156. pag. 2.

23 Anima, quæ in hac nocte afflictata non fuerit, delebitur de populo meo. fol. 261. pag. 1.

### Numeri.

13 Botrus de terra promissionis alatus. fol. 265 pag. 1.

15. Coligens ligna in sabbatho lapidatur fol. 168. pag. 2.

16. Terra deglutiuit familias Dam, & Abyron fol. 41. pag. 2. & 269. pag. 1.

17. Electio summi sacerdotis, ex virga quæ floruit, describitur. fol. 76. pag. 2.

20 Petra virga Moysis, percussa, aquam dedit. fol. 41. pag. 2. & 190. pag. 2.

21 Serpens aneus fuit erectus, vt a moribus serpentum liberarentur. fol. 265. pag. 1.

23 Non est Deus quasi homo vt mentiatur. fol. 58. pag. 1.

### Deuteronomium.

6 NON tentabis dominum Deum tuum. fol. 54. pag. 1.

14. Pisces non habentes penulas, tam in fluminibus, quam in stagnis prohibentur. fol. 311. pag. 1.

15. Non alligabis os bobis triturantis. fol. 6. pag. 2.

21. Precipiebat Deus, quod si quempiam filiorum Israel reperissent interfectum in agro, propinquior ciuitas, ad sacrificium expiationis teneretur. fol. 260. pag. 1.

25. Etater defuncti iubetur vxorem eius ducere. fol. 24. pag. 1. & fo. 10 pag. 2.

25. Iuxta mensuram delicti, erit plagarum modus. fol. 271. pag. 2.

32. Vinum eorum fel draconum. fol. 96. pag. 2.

33. Descendit dominus, & in manu eius ignea lex. fol. 250. pa. 1.

34. Moyses de manu domini in valle Moab sepultus est. fol. 80. pag. 1.

### Iosue.

1 CONFORTARE, & esto robustus. fol. 210. pagina. 2.

6. Circuitte urbem cuncti bellatores. fol. 142. pag. 1.

10. Ad vocem Iosue, sol stetit in medio cursu. fol. 41. pag. 2. & 119. pag. 1.

30. Sichem constituta fuit ciuitas refugij. fol. 116. pag. 2.

### Judices.

6. CLANGENS bucina, conuocauit domum Abiecer. fol. 28. pag. 2.

7. Precipit Dominus Gedeoni, quod egrederetur ad bellum cum lampadibus, & lagenis. fol. 306. pag. 2.

7. Gladius Domini, & Gedeonis. fol. 37. pag. 1.

16. Samson vinculis constringitur. fol. 267. pag. 1.

18. Deos meos tulistis mihi, quos ego feci, & dicitis mihi quid ploras?

19. Vxor leuitæ violatur, & occiditur. fol. 177. pag. 1.

## Regum. 1.

- V**ocauit Dominus Samuellem valde mane. fo. 2. pag. 2.
- M**ors Saul, Dauidi nunciatur. fo. 45. pa. 1.
- S**amuel ministrabat Heli sacerdoti, ibidem.
- E**rat peccatum puerorum grā de corā Domino. fo. 256. pa. 1.
- E**cce ego faciam verbum in Israel, quod quicumque audierit, cinent ambæ aures eius. fo. 205. pag. 2.
- A**rca domini a Philisteis, capta ducitur. fol. 267. pag. 1.
- H**ucusque auxiliatus est nobis Deus noster. fo. 137. pag. 1.
- S**i in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferite Deos alienos de medio vestri, & hauserunt quam. &c. folio. 224. pag. 2.
- I**n hoc feriam pactum vobiscum, vt eruā oculos. fo. 141. pag. 1.
- P**eccauit domino, dominus quod quæ trāstulit &c. fo. 78. pa. 1.
- S**aul regnavit duobus annis super Israel. fo. 70. pag. 1.
- I**onatas, fauim melis virga ty lit. fo. 254. pag. 1.

- 16 Samuel ingreditur Hierusalē ferēs vitulū ad sacrificium. fo. 190. pag. 2.
- 16 Viri Bethfamitæ percusi sūt, eo quod viderunt arcā dom ni.
- 17 Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas illas oves in deserto. fo. 26. pag. 2.
- 18 Saul percussit mille, sed Dauid decē millia. fo. 185. pag. 2.
- 20 Sagittæ vltra te. fo. 59. pag. 2.
- 21 Fugit Dauid ā facie Saul, & venit ad Achis. fo. 252. pag. 2.
- 21 Dæg Idumæus nunciauit Sauli, quomodo Dauid ab Achimelech o fuit susceptus. fol. 100. pag. 1.
- 21 Dauid Coram Achis mutauit habitum. fo. 24. pag. 1.
- 24 Dauid latitat in spelunca Engadi. fo. 30. pag. 1.
- 24 Quæ persequeris rex Israel? Canem mortuū. fo. 245. pa. 1.
- 25 Plorat Saul postquā Dauid abstulit ab eo lanceam, & scipulum. fo. 223. pag. 2.
- 28 Viri Ceitæ nūciauerūt Sauli, quod dauid apud eos moraretur. fol. 110. pag. 1.
- 30 Dauid persequens Amalechitas, reperit in via Aegyptium, cum quo misericordiam fecit. fol. 135. pagina. 2. & 201. pag. 2.

## Regum

## Regum. 2.

- S**agitta Ionatæ non est conuersa retrorsum. folio. 12. pag. 2.
- C**onsuluit Dauid Dominum, si ascendam contra Philisteos. fo. 218. pag. 2.
- R**ex Dauid cepit arcem Sion, & proposuit in die illa premia. fo. 231. pag. 2.
- A**rca Dei Israe, & Iuda habitata in papilionibus, & ego dormiam. &c. fo. 267. pag. 2.
- C**apilli Absalon, publice vendebantur. fo. 17. pag. 1.
- S**emei, Dauidi maledixit. fo. 42. pag. 1.
- A**bsalon ex quercu fuit suspensus. fo. 113. pag. 2.
- F**ili mi Absalon, Absalon filium. fo. 277. pag. 1.
- D**esiderauit Dauid aquam ex cisterna Bethlem. fo. 234. pa. 1.

## Regum. 3.

- I**udicium Salomonis erga meretrices folio. 280. pag. 2.
- F**enestræ tēpli Hierosolymitani erant oblique. fol. 313. pag. 2.
- F**ecit Salomō in oraculo tem

- pli duo ostiola ex lignis oliuarum fol. 68. pag. 2.
- H**abuit Salomō currus Aegyptios ad equitandum. fo. 196. pag. 1.
- P**endente Absalone ex quercu, Achimaas cucurrit per viā compendij, ad ferendum nunciū Dauidi. fol. 197. pag. 2.
- S**ufficit mihi domine, tolle animum meam. fo. 234. pag. 2.
- P**ost ignem, sibilus aufert tenuis, & ibi dominus. folio. 80. pag. 1.
- N**ō gloriatur accinctus, equē vt discinctus. fol. 216. pag. 1. & 182. pag. 2.
- P**ropheta quidam regi Acab proposuit parabolam, fol. 233. pag. 1.

## Regum. 4.

- V**RSI de deserto exeuntes pueros Helisæ iudentes lacerarunt. folio. 264. pag. 1.
- H**elisens filium sanamitidis suscitauit. fo. 66. pag. 2.
- N**aaman princeps militiæ regis Syrorum, asportauit terram ex Israel. fol. 31. pag. 2.

- 10 Iehu multa egregia fecerat, tamen vitulum Bial non fre-  
git. fol. 89. pag. 1.
- 19 Helix datus est subcineritius  
panis ab angelo. fo. 254. pag. 1.
- 23 Sagitta salutis domini cōtra  
Siriā. fo. 101. pag. 2.
- 23 Iofias destruxit ædificas efg  
minatorum. fo. 217. pag. 2.
- 23 Rex Iofias sagitta vulnera-  
tus, interiit. fol. 260. pag. 1.
- 25 Sedechias fuit captus, & lu-  
minibus priuatus. fo. 103. pa. 2.

*Paralipomenon. 1.*

- 28 DAVID filio suo Salomo-  
ni dedit descriptionem  
templi. fo. 287. pag. 1.

*Paralipomeno. 2.*

- 9 SALOMON habuit currus  
ægyptios ad equitandum.  
fo. 196. pag. 1.
- 9 Leuiculi aurei erant in gradi-  
bus troni Salomonis. fo. 301.  
pag. 2.
- 35 Rex Iofias occisus fuit in  
Andreman ciuitate Iezrael.  
fo. 294. pag. 1.

*Esdra. 1.*

- 4 POpulus terræ impediebat  
populum Israel reedifica-  
tionē ciuitatis. fol. 26. pa. 2.

*Esdra 2.*

- 2 T RANsiuit Neemias per  
portam stercoreariam, & vi-  
dit murum dissipatū. fol.  
25. pag. 1.

*Tobias.*

- 3 QVAlegaudium mihi erit,  
qui intenebus sedeo, &  
lumen cœli non video. fol.  
25. pag. 1.

*Judith.*

- 12 EGO nunquam nocui viro,  
qui voluit seruire Nabuco  
donosor regi. fo. 50. pa. 1.

*Ester.*

- 5 REX Asuerus super caput  
Ester virgam auream ex-  
tendit. fo. 151. pag. 1.

*Iob.*

- 1 Iob audita filiorum morte  
tonso capite corruit in te-  
rram. fo. 277. pag. 1.
- 2 Nudus egreus sum de vtero  
matris meæ, & nudus reuer-  
tar illuc. fo. 285. pag. 2.
- 2 Pellem pro pelle, debet hos-  
mo pro anima sua. fo. 72. pag.  
2.
- 3 Quasi effodientes thesaurū,  
gaudent vehementer, cum in  
inueuerint sepulchrum. fol.  
197. pag. 1.
- 3 Expectet lucem, & non vi-  
deat. fo. 108. pag. 1.
- 3 Visitans spem tuam, non  
peccabis. fo. 92. pag. 2.
- 4 Tigris perijt eo quod non ha-  
beret predam. fol. 172. pag. 1.
- 6 Animæ esuriēti, etiam ama-  
ra dulcia esse videntur. folio.  
234. pag. 1.
- 6 Militia est vita hominis su-  
per terram. fo. 254. pag. 1.
- 7 Quid est homo, quia magnifi-  
cas eum, aut quid apponis  
erga eum cor tuum. folio. 49  
pag. 2.
- 7 Et sicut mercenarij dies eius  
fo. 4. pag. 1.
- 7 sicut seruus desiderat vmbra,

*Iob.*

- 1 Iob audita filiorum morte  
tonso capite corruit in te-  
rram. fo. 277. pag. 1.
- 2 Nudus egreus sum de vtero  
matris meæ, & nudus reuer-  
tar illuc. fo. 285. pag. 2.
- 2 Pellem pro pelle, debet hos-  
mo pro anima sua. fo. 72. pag.  
2.
- 3 Quasi effodientes thesaurū,  
gaudent vehementer, cum in  
inueuerint sepulchrum. fol.  
197. pag. 1.
- 3 Expectet lucem, & non vi-  
deat. fo. 108. pag. 1.
- 3 Visitans spem tuam, non  
peccabis. fo. 92. pag. 2.
- 4 Tigris perijt eo quod non ha-  
beret predam. fol. 172. pag. 1.
- 6 Animæ esuriēti, etiam ama-  
ra dulcia esse videntur. folio.  
234. pag. 1.
- 6 Militia est vita hominis su-  
per terram. fo. 254. pag. 1.
- 7 Quid est homo, quia magnifi-  
cas eum, aut quid apponis  
erga eum cor tuum. folio. 49  
pag. 2.
- 7 Et sicut mercenarij dies eius  
fo. 4. pag. 1.
- 7 sicut seruus desiderat vmbra,

- & mercenarius. &c. fo. 77. pa  
1.
- 8 Nunquid virere potest cirpus  
absque aqua? fol. 33. pag. 1.
- 8 Primogenita mors comedit  
carnem, & brachia. folio. 297.  
pag. 2.
- 9 Cum inuocantem exaudirit  
me, credo quod non audierit  
vocē meam. fo. 209. pag. 1.
- 10 Nūquid oculi carnei tibi sūt,  
aut sicut videt homo, & tu  
vides? fol. 200. pag. 2.
- 10 Dimitte me ergo, vt plangā  
paululum dolorem meum. fo.  
138. pag. 1. & 223. pag. 2.
- 11 Vir vanus in superbiam erigi-  
tur, & tanquam pullum ona-  
gri liberum se natū putat. fol.  
195. pag. 2.
- 13 Si occiderit me, in ipso spe-  
rabo. fo. 309. pag. 2.
- 15 Cucurrit aduersus Deū ere-  
cto collo fo. 176. pag. 1.
- 15 Tetendit aduersu Deum mā-  
num suam, & contra omnipo-  
tentem roboratus est. fo. 269.  
pag. 1.
- 16 O terra, ne oppetias sangui-  
nem meum. fo. 213. pag. 1.
- 17 Putre Jini dixi, pater meus  
es tu, mater mea, & soror mea  
vermibus. fo. 212. pag. 1.
- 18 Inmisit in rete pedem suū,  
& in maculis. &c. fo. 173. pa. 1.

- 19 Venerunt latrones, & fecerunt viam per me. fo. 14. pa. 2.
- 19 Credo quod redemptor meus vivit, &c. reposita est hęc spes mea in sinu meo. fo. 306 pag. 1.
- 20 Ossa eius replebuntur vitijs adolescentiæ. fo. 8. pag. 1.
- 20 Divitias quas deoravit eum met. fo. 17. pag. 1.
- 22 Si reuelatus fueris ad omnipotentē, edificaueris, dabit quę pro terra filicem. fo. 200. pa. 2.
- 23 Si ad orientem iero, non apparet. si ad occidentem non videbo eum. fo. 1. pag. 2.
- 24 Ipsi rebelles fuerunt luminis. fo. 140. pag. 2.
- 24 Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent. fo. 53. pa. 2.
- 26 Gigantes tremunt sub aquis. fo. 89. pag. 2.
- 26 Qui ligat in nubibus aquas. fo. 12. pag. 1.
- 27 Edificat quasi teneā domū suam. fo. 102. pag. 2.
- 30 Flebā super eo qui afflictus erat, & compatiēbatur anima mea pauperi. fo. 261. pag. 1.
- 31 Si abscondi quasi homo peccatum meum. fo. 105. pag. 2.
- 31 Dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius

- vt saturemur? fo. 250. pag. 1.
- 31 Ignis est exestiuans, & vsque ad cōsumationē deuorans. fo. 127. pag. 1.
- 35 Qui dedit Carminam non cōte. fo. 255. pag. 2.
- 36 In manibus suis abscondit lucem. fo. 75. pag. 2.
- 38 Vbi eras, cum me laudaret astra matutina. fo. 2. pag. 1.
- 38 Vsque huc peruenies, & non procedes amplius, & hic confringes fluctus tuos. fol. 41. pag. 2.
- 38 Quis præparat coruo escam, quando pulli eius clamant in nido? fo. 32. pag. 1.
- 41 Quis reuelabit faciem indumenti eius? fo. 51. pag. 1.
- 41 Halitus eius prunas ardere facit. fo. 53. pag. 1.
- 41 Cor eius indurabitur quasi lapis, & quasi maleatoris in eis stringetur. fo. 59. pag. 1.

*Psalui.*

- 1 **F**Rit tanquā lignum, quod plantatum est fecus decursus aquarum. fo. 201. pag. 1.
- 4 Et scitote quia mirificauit dominus sanctum suum. fol. 73. pag. 2. & 202. pag. 2.
- 6 Lauabo per singulas noctes lectum

- lectum meum. fo. 115. pag. 2. & 22. pag. 2.
- 9 Tibi derelictus est pauper. fo. 131. pag. 1.
- 9 Non apponat vltra magnificare se homo super terram. fol. 29. pag. 2.
- 10 In Idumeam extendam calcem entum meum. fol. 47. pag. 2.
- 11 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt &c. fo. 222. pag. 1.
- 13 Respexit dominus super filios hominum &c. omnes declinauerunt. fo. 237. pag. 2.
- 16 Propter verba abiorū tuorū ego custodiui vias duras. fol. 42. pag. 1. & 196. pag. 1. & 227. pag. 2.
- 16 Domine præueni eū, & supplantauit eum. fo. 47. pag. 1.
- 17 Benedictus dominus meus, qui docet manus meas ad prælium. fo. 58. pag. 1.
- 18 Cæli enarrauit gloriam Dei, & opera manuum eius. &c. fo. 247. pag. 1.
- 20 Canticum pro victoria. fol. 189. pag. 1.
- 21 Ictus Plurimū in fine pro asumptiōne matutina. fo. 81. pa. 2.
- 21 Ego autem sum vermis, & non homo. fo. 24. pag. 2.
- 22 Super aquas refectionis educauit me. fo. 122. pag. 2.
- 23 Tollite portas principes vestras. fo. 303. pag. 2.
- 27 Exaudi domine vocē deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templū sanctū tuū. fo. 268. pa. 2.
- 27 Ego dixi in abundantia mea, nō mouebor. &c. fo. 215. pa. 2.
- 29 Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? fo. 279. pag. 1.
- 29 Conuertisti planctum meū in gaudium mihi. fo. 208. pa. 1.
- 31 Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā domino. fol. 106. pag. 2.
- 32 Ponēs in Thesauris abyssi. fol. 77. pag. 1.
- 33 Titulus si habet. Davidi, quando mutauit vultum suū corā Abimelech. fo. 252. pa. 2.
- 33 Diuites eguerunt, & esurierunt iniquitates autē dominū, non minuentur omni bono. fo. 125. pag. 1.
- 35 Inquit nē meditatus est, in cubili suo. fo. 177. pag. 1.
- 36 Inimici vero domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati. &c. fo. 53. pag. 2.
- 38 Remite mihi vt refrigerer. prius quā abeam. fo. 223. pa. 1.
- 38 Propter iniquitatē corripuiti hominē, & tabescere sicut

- araneam. fo. 1. 1. pag. 2.  
 39 Cogitationibus tuis nõ est qui similis sit tibi. fo. 150. pa. 1.  
 39 sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. fo. 1. 5. pag. 1.  
 39 Expectans expectaui dominũ, & intendit mihi. fo. 208.  
 40 Corripiet me iustus, & increpabit me, oleum autẽ peccatoris &c. fo. 60. pag. 2.  
 41 Quemadmodum desiderat cervus, ad fontes aquarũ. fol. 213. pag. 2.  
 41 Fuerunt mihi lacrimę mee panes die ac noctę, dum dicitur, mihi quotidie. &c. fo. 221. pag. 1.  
 41 Abissus abissum inuocat in voce cataractarum tuarũ. fol. 23. pag. 1.  
 43 Nõ enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. fo. 37. pag. 1. & fo. 215. pag. 2.  
 43 Humiliata est inpulvere anima nostra fo. 2. 5. pag. 2.  
 43 Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros. fol. 21. p. 2.  
 44 Dilixesti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea. &c. fol. 84. pag. 1.  
 44 Sigtillę tuę acutę, populi sub te cadent. fol. 60. pag. 1.  
 & 160. pag. 1.  
 44 Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. fo. 189. pag. 1.  
 44 Mirra, & guta, & Casia a vestimentis tuis. fo. 66. pa. 1.  
 45 Adiutor in tribulationibus, quę inuenerunt nos. fol. 133. pag. 1.  
 46 Quoniam Dij fortes terrę uehementer eleuati sunt. fol. 30. pag. 2.  
 46 Elegit nobis hereditatem suam, spetiem Iacob. fo. 52. pag. 1. & fo. 233. pag. 1.  
 46 Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. fo. 70. pag. 2.  
 48 Titulus Psalmi. In sinẽ profilijs chore. fo. 22. pag. 1.  
 48 Comparatus est in sapientibus, & similis factus est illis. fo. 18. pag. 1.  
 48 Quia cum interierit non sumet omnia. fo. 314. pag. 1.  
 49 Sacrificium laudis honorificabit me. fo. 248. pag. 1.  
 50 Titulus explicatur. fo. 19. pag. 1.  
 50 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. fo. 176. pag. 2.  
 50 Auditui meo dabis gratiam & lætitiã. fo. 304. pag. 1.  
 54 Timor, & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenebrę.

- tenebrę. fo. 209. pag. 2.  
 54 Extendit manum suam in retribuendo. fol. 233. pag. 1.  
 54 In me sunt Deus uota tua, quę reddam laudationes tibi. fol. 150. pag. 2.  
 56 Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cytara. fo. 201. pag. 2. & fo. 304. pag. 1.  
 56 Clamabo ad Deũ altissimũ, Deum qui benẽ fecit mihi. fol. 310. pag. 1.  
 58 Et gladius in labijs eorum, quis audiuit? fol. 110. pag. 1.  
 61 Verũtamen precium meum cogitauerunt: cucurri in siti. fo. 2. 3. pag. 2.  
 61 Cucurri in siti. fo. 283. pa. 1.  
 61 Quousque irruitis in hominem interficitis uniuersi uos? fo. 103. pag. 1.  
 61 Mendaces filij hominum in stateris. fo. 149. pag. 2.  
 65 Terribilis in cõsilijs super filios hominum. fo. 204. pag. 1.  
 66 Illuminet uultum suum super nos, & misereatur nostri. fo. 135. pag. 1.  
 67 Qui edducit uinctos in fortitudine. fo. 196. pag. 2.  
 67 Exurgat Deus, & dissipetur inimici eius. &c. & dominus exitus mortis. folio. 145. pag. 1.  
 67 Iter facite ei, qui ascendit super occasum. fo. 279. pag. 2.  
 68 Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę usquẽ ad animam meam. fo. 210. pag. 1. & 282. pag. 2.  
 68 Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus. fol. 312. pag. 2.  
 71 Ex uisuris, & iniquitate redimet animas eorum. fol. 200. pag. 2.  
 72 Mihi adherere Deo bonum est. fol. 201. pag. 1.  
 73 Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. fo. 54. pag. 1.  
 75 Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum &c. fo. 292. pag. 2.  
 77 Filij Esren intendentes, & mittentes arcum. &c. fo. 101. pag. 2.  
 79 Ut quid destuxisti maceriam eius, & uindemiant. &c. folio. 96. pag. 1.  
 85 Respice in me, & miserere mei. fo. 200. pag. 2.  
 87 Omnes fluctus atuos induxisti super me. fo. 209. pag. 2.  
 87 Elongasti a me amicũ, & proximum. fo. 262. pag. 2.  
 87 Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, fol. 29. pag. 1.



30. Angelis Deus mandauit de te, vt custodiāt te. fo. 52. pa. 2.  
 90 Altissimum posuisti refugium tuum. fo. 64. pag. 2.  
 93 Donec fodiat peccatori fouea. fo. 177. pag. 7.  
 100 Oculi mei ad filiales terrarū, vt sedeāt mecum. fo. 78. pa. 2.  
 103 Montes excelsi ceruis, petra refugium erimatijs. fo.  
 103 Draco iste quem formasti ad illudendam ei. fo. 48. pag. 2  
 105 Et mutauerūt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis sanum. fo. 73. pag. 1.  
 105 Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. fo. 246. pag. 1.  
 109 tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus &c. fol. 160. pag. 7.  
 117 Circumfoderunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. fo. 42. pag. 2. & 270. pag. 1.  
 118 Paratus sum, & nō sum turbatus, vt custodiam mandata tua. fo. 27. pag. 1.  
 118 Erraui sicut ouis quæ perijt quare. &c. fo. 174. pag. 2.  
 118 Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum, propter retributionem. fo. 6. pag. 1. & 77. pag. 2.  
 118 In corde meo abscondi eloquia tua. fo. 15. pag. 2.

- 118 Super inimicos meos prudentem me fecisti. fo. 43. pag. 2.  
 118 Nō enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. fo. 50. pag. 2.  
 119 Hei mihi quia in colatus meus prolongatus est. fo. 235. pag. 1.  
 125 Qui seminant in lacrimis, in exultatione metēt. fol. 267. pag. 1.  
 126 Euntes ibant, & flebant mitterentes femina sua. fo. 21. pag. 2.  
 121 Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem. fol. 97. pag. 7.  
 126 Nisi dominus edificauerit domum. fo. 30. pag. 2.  
 131 Videt eam benedicens, & benedicam. fo. 254. pag. 7.  
 136 Super flumina babilonis, illic sedimus, & fleuimus. fo. 16. pag. 1.  
 136 Exinanite, exinanite vsque ad fundamentū. fo. 26. pa. 2  
 137 Et cātet in vijs domini quoniam magna est gloria. fo. 140. pa. 1.  
 142 Nolite confidere in principibus neque in filijs hominū. fo. 124. pag. 1.  
 143 Fillæ eorum compesite, circumornate vt similitudo templi. fo. 34. pag. 2.  
 144 Voluntatem timentium, se faciet. fo. 101. pag. 2.

Oculi

- 144 Oculi omnium in te sperant domine. fo. 12. pag. 1.  
 145 Nolite confidere in principibus neque in filijs hominū, in quibus non est salus. fo. 73. pag. 2.  
 147 Lauda Hierusalem dominū, lauda Deum tuum sion. fol. 254. pag. 2.

*Proverbia.*

- Q**uia vocaui, & renuistis, ego in interitu vestro ridebo. fo. 104. pag. 1.  
 3 De primitijs frugū tuarū, da pauperibus. fo. 113. pag. 2.  
 5 Funibus peccatorum quisque constringitur. fo. 187. pag. 2.  
 5 Bibe aquā de cisterna tua, & fontes tui deriuētur, foris. fo. 127. pag. 2.  
 6 Illaqueatus es verbis oris tui, & captus proptijs sermonibus. fo. 271. pag. 1.  
 8 Quando preparabat cœlos, aderam. fo. 118. pag. 2.  
 13 Spes quæ difertur affligit animum. fo. 194. pag. 2.  
 16 Omnia propter senectū ipsū, operatus est dominus. fo. 247. pag. 1.  
 17 Diuitiæ addunt amicos plurimos, & hi quos habuit, separantur. fo. 16. pag. 2.  
 23 Quando sederis ad mensam

- cū principe, diligēter attende, quæ apposita sunt tibi. fo. 257. pag. 1.  
 23 Ne intuearis vinum quando flauescit. fo. 82. pag. 1. & 193. pag. 1.  
 25 Acerum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. fo. 12. pag. 2. & fo. 162. pag. 2.  
 26 Sicut qui mittit lapidem in accerum Mercurij, sic qui dat stulto gloriam. fo. 78. pa. 1 & 217. pag. 1.  
 27 Animæ esuriēti, amara dulcia esse vidētur. fo. 212. pa. 1.  
 30 Quæsiuit linum, & lanam, & operata est cōsilio manū suarum. fo. 35. pag. 2.  
 30 Tria mihi difficillia, quartū penitus ignoro, viam transire in medio mari. fo. 200. pag. 1.  
 30 Generatio quæ sibi mundā videtur, & tamen non est nota a sordibus suis. fo. 109. pag. 2.  
 30 Oculum qui subsanat patrem, effodiat eum cornus. fol. 114. pag. 2.

*Cantica.*

- O**sculetur me osculo oris sui, quia meliora. &c. fo. 13. pag. 1. & 178. pag. 1.  
 1 Meliora sunt vbera tua vino. fo. 292. pag. 1. & 300. pag. 1.  
 Botus

- 1 Botus Cypri dilectus meus mihi fo. 23. pag. 1. & fol. 212. pag. 2.
- 1 Nigra sum sed feruosa, sicut tabernacula Cedar. fo. 151. pa. 1.
- 1 Introduxit me rex in cellam vinaria, ordinavit in me charitatem. fol. 253. pag. 1.
- 1 Indica mihi ubi pascas, ne vagari incipiam. &c. folio. 148. pag. 1.
- 1 Filij matris meae pugnaverunt contra me. fo. 1. pag. 2.
- 2 Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit. &c. folio. 88. pag. 1. & 149. pag. 1.
- 2 Similis est dilectus meus caprae hiruoloque ceruorum fo. 20. pag. 1.
- 2 Veni columba mea in foraminibus petre. fo. 261. pag. 1.
- 2 Capite nobis vulpes paruulas quae desoliuntur vineas. fol. 54. pag. 2.
- 2 Ego flos campi, & liliu conuallium. fo. 274. pag. 1.
- 2 Surge prope amicea columba mea fo. 304. pag. 2.
- 3 Inueni quem diligit anima mea, tenui &c. fo. 313. pag. 1.
- 4 Sicut fragmen mali punici, sic gena tuae. fol. 4. pag. 2.
- 4 Vulnerasti cor meum sponsa in vno oculo tuo. fol. 84. pag. 1.
- 5 Spatius eius vt Lybani, electus vt ceari. fo. 19. pag. 1 & fo. 1. 2. pag. 1.
- 5 Comae capitis eius sicut ea e palmarum fo. 04. pag. 2.
- 5 Dulcedo melis sub lingua eius fo. 163. pag. 1.
- 5 Descendat dilectus meus in hortu suum, vt comedat fructus pomorum suorum. fo. 262. pag. 2.
- 5 Anima mea liquefacta est, vt sponsus meus est loquutus. fo. 104. pag. 2.
- 5 Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus. fo. 259. pa. 2.
- 5 Manus meae distillauerunt mirram primam. fo. 265. pa. 2.
- 5 Dilectus meus candidus, & rubicundus. fo. 157. pag. 1.
- 5 Adiuro vos filiae Hierusalem, vt nucietis dilecto meo, quia amore langueo. fo. 273. pag. 1.
- 6 Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium fol. 21. pag. 1.
- 6 Anima mea conturuauit me, propter currus Abinadab. fo. 170. pag. 1.
- 7 Descendi in hortum nucum, vt viderem, si flouisset vinea. fol. 5. pag. 1.
- 7 Capilli capitis tui sicut purpura

- pura regis. fo. 202. pag. 2.
- 7 Ven dilecte mi egrediamur in agrum, comoremur in villis. fo. 206. pag. 1.
- 7 Nasus tuus sicut turris libani. fo. 95. pag. 1.
- 7 Statura tua assimilata est palmae, & vbera tua botris. folio. 102. pag. 1. & 231. pag. 1.
- 8 Fortis est vt mors dilectio. fo. 241. pag. 1. fo. 261. pag. 2.
- 8 Aquae multae non potuerunt extinguere Charitatem. fol. 243. pag. 1.
- 8 Sub arbore malo suscitavi te amicea mea. fo. 117. pagina. 2. & 281. pag. 2.
- 13 A magnitudine speciei, & creaturae cognoscibiliter, poterit creator horu videri. fo. 1. pa. 2.
- 14 Exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare liberati sunt. fo. 234. pag. 2.
- 16 Quod enim mirabile erat in aqua, quae omnia extinguit, plus ignis valebat. vindex est enim orbis iultorum. folio. 119. pag. 1.

*Ecclesiasticus.**Sapientia.*

- 3 Vid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? fol. 314. pag. 1.
- 6 Qui de luce vigilauerit ad illam, non laorabit. fo. 2. pag. 2.
- 7 Sum, & ego mortalis homo si milis omnibus, ex genere illius. &c. fo. 31. pag. 1.
- 9 Nam per sapientiam tuam facti sunt quicunque placuerunt tibi. fo. 66. pag. 1.
- 9 Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio &c. fo. 29. pag. 2.
- 7 Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & praepara animam tuam ad temptationem. fo. 50. pag. 1.
- 3 Beatus diues, qui inuentus est sine macula. fo. 261. pag. 1.
- 6 Si possides amicum, in temptatione posside eum. folio. 298. pag. 2.
- 6 Amicus fidelis, protectio fortis. fo. 299. pag. 1.
- 9 Sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo, sic homines in tempore malo. Vbi que ceciderit lignum, ibi erit. fo. 139. pag. 1.
- 11 Mitte panem tuum post te

- seuntes aquas. fo. 133. pag. 1.  
 11 Mane semina semen tuum, & vespere nō cesset manus tua. fol. 10 pag. 1.  
 13 Dies loquutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vs que ad nubes perducunt: pau per loquutus est &c. folio. 15. pag. 2:  
 14 Non defrauderis á die bono, & particula bonæ diei, nō te pratercat. fo. 138. pag. 1.  
 15 Reliquit eum in manu cōsiliij sui. fo. 71 pag. 1.  
 17 A mortuo perit confesio. fo. 106. pag. 1.  
 21 Cor fatui, quasi vas confractum, omnem sapientiam nō obtinebit fo. 15. pag. 1.  
 23 Oculi domini lucidiores sunt super solem, folio. 200. pag. 2.  
 24 Ego quasi vitis fructificauisuauitatem odoris. fo. 97. pag. 2.  
 25 Tres spesies odiuit anima mea pauperē superbum, diuitem mendacem. &c. fol. 6. pag. 2.  
 28 Lingua tertia multos commouit. fo. 110. pag. 2.  
 36 Cui credet, qui non habet ni lum, & despectens vbicūq; obscurauerit, fo. 232. pag. 2.  
 4) Memoria fofia quasi melin

ore omnium indultabitur. fo. 260. pag. 2.

## Isaias.

O Mne caput languidum, & omne cor merens. folio. 66 pag. 1.

- 1 Nili dominus exercitum reliquisset nobis semen, quasi Sodomam fuisset. fo. 13. pa. 1.  
 1 Principes tui infideles focij furum. folio. 181. pag. 1. & 68. pag. 2.  
 1 Et relinquetur filia Sion sicut vmbaculum in vinea. fo. 126. pag. 2.  
 1 Pupillo non iudicant, & causa viduæ nō ingreditur ad illos. fo. 217. pag. 1.  
 1 Erubescetis super hortis quos elegeratis, quando fueritis sicut quercus, foli. 297. pag. 2.  
 3 Non sum medicus, & in domo mea non est panis fo. 91. pa. 1.  
 3 Dicite iusto, quoniã benè: quoniam fructū adinuetionum suarū comedet. fo. 256. pag. 2.  
 3 Ruit enim Hierusalē, & Iudas cōcidit, quia adinuetiones eorū contra dominū. fo. 168. pa. 2.  
 3 Et examinati dominabuntur eis. fo. 217. pag. 2.

Si

- 4 Si abluerit dominus sordes filiarum Syon, in spiritu ardo ris. fo. 212. pag. 2.  
 6 Comota sunt superliminaria cardinum á voce &c, fo. 167. pag. 1.  
 6 Vidi dominum super folium excelsum, & eleuatum. fo. 205. pag. 1. & fo. 235. pag. 1.  
 6 Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua. foli. 104. & 165.  
 9 Letabuntur corā te sicut qui latantur in mese. fo. 306. pa. 1.  
 11 Egredietur virga de radice Iesæ. fo. 151. pag. 1. & 139. pa. 2.  
 11 In illa die radix Iesæ, qui stat in signum populorū, ipsam Gētes deprecabūtur, & erit sepulchrum eius gloriosum. fo. 287. pag. 2.  
 11 Et erit sepulchrum eius gloriosum. fo. 303. pag. 1.  
 12 Notas facite in populis ad inuentiones eius. folio. 225. pag. 1.  
 14 De radice colubri egredietur regulus, & semen eius absoruēs volacrem. fo. 54. pag. 2.  
 15 Gloria Lybani data est ei, de cor Carmelli. fo. 19. pag. 2.  
 21 Iubetur Idumæis, vt prodeāt obviam reuertentibus ex Baby lone, cum pane, & aqua. fo. 179. pag. 2.  
 21 Custos quid de nocte, custos quid de nocte. fol. 3 pag. 2. & 138. pag. 1.  
 22 Quidnam quoquē tibi est, quia ascendisti, & tu in testa. ciuitas clamoris plena. fo. 266. pag. 1.  
 22 Dabo clauem domus David super humerum eius. fol. 89. pag. 2.  
 23 Erubescet Sidon, ait mare, & fortitudo maris. fo. 111. pag. 2.  
 28 Vt faceret opus suum, peregrinū est opus eius ab eo. fol. 24 pag. 1. & fo. 204. pag. 2. & 311. pag. 2.  
 28 Clama ne cesses, quasi tuba, &c. fo. 28. pag. 2.  
 29 Sicut sōniat esuriens, & cōmedit, postquã verō fuerit expergefactus vacua est anima eius. &c. fo. 255. pag. 1.  
 30 Donec relinquamini quasi malus nauis fo. 98. pag. 2.  
 30 Erunt oculi tui videntes preceptorem tuum, & aures tuæ audient. &c. fo. 237. pag. 1.  
 31 Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. fo. 315. pag. 1.  
 32 Beati qui feminatis super omnes aquas, folio. 12. pag. 1.

H 2

Sed

- 34 Sed, & ibi habuit foueam eritius, fouit & circumfouit catulos suos fol. 17. pag. 2.
- 34 Ibi habuit faueam eritius, enutriuit catulus suos. fo. 106. pag. 1.
- 35 Deus noster veniet, & saluabit nos: tunc aperientur oculi cecorum. fo. 22. pag. 2.
- 38 Rex dispone domuitæ, quia cras morieris. fo.
- 39 Iniquitates vestre diuiderunt inter me. &c. fo. 239. pag. 1.
- 40 Quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit? fo. 227. pag. 1.
- 40 Omnis caro fenum, & omnis gloria eius. &c. fo. 156. pa. 1.
- 40 Quis appendit tribus digitis maleni terræ. fo. 118. pa. 1.
- 41 Quis suscitauit, ab oriente iustum, vocauit eum ut sequeretur se? fo. 184. pag. 1.
- 42 Calamum quassatum non confringet. fo. 200. pag. 1. & 229. pag. 2.
- 43 Gloriam meam alteri nõ dabo. fo. 36. pag. 1.
- 44 Quis similis mei? vocet, & annunciet, &c. fo. 166. pag. 1.
- 44 Faber lignarius, pergit ad montem, pinum sucidit. fo. 30. pa. 2.
- 45 Seruire me fecistis in peccatis. fo. 118. pag. 2.
- 45 Verè tu es Deus absconditus, sanctus Israel. fo. 11. pa. 2.
- 45 Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me fo. 228. pag. 1.
- 46 Dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam. fo. 247. pag. 2.
- 46 Ego feci & ego feram, ego portabo, & saluabo. fol. 272. pag. 2.
- 49 Venient tibi hæc duo subito in die vna, sterilitas, & viduitas. fo. 280. pag. 1.
- 50 Mane erigit mihi aurem. fo. 3. pag. 1.
- 51 Qui dixerunt animæ tuæ incuruare, ut traseamus. folio. 15. pag. 1.
- 51 Consurge, consurge, induere fortitudinem brahium domini. fo. 47. pag. 1.
- 51 Attendite ad Abraham patrem vestrum. fo. 62. pag. 1.
- 51 Filij tui proiecti sunt, dormierunt & quasi orix. fol. 118. pag. 1.
- 53 Et ascendet sicut virgultum, & sicut radix. &c. fo. 205. pa. 1.
- 53 Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum. fo. 211. pa. 1 & 265. pag. 2.
53. Pro eo quod tradidit in mortem animam suam, fortium diuidet spolia. fo. 227. pag. 2.

- 53 Sicut agnus ad occisionem ductus est. fo. 224. pag. 2.
- 53 Attritus est propter scelera nostra. fo. 257. pag. 1.
- 53 Desiderauimus eum virum dolorum. fo. 273. pag. 1.
- 53 Et nos putauimus eum quasi leprosum. fo. 272. pag. 1.
- 53 Posuit in eo Dominus iniquitates omnium nostrum. fol. 78. pag. 1.
- 53 vulneratus est propter iniquitates nostras. fo. 84. pag. 2.
- 53 Oblatus est, qui ipse voluit. fo. 83. pag. 1.
- 53 Vidimus eum, & non erat ei aspectus neque decor. fol. 161. pag. 1.
- 53 Propter scelus populi mei percussit eum. fo. 270. pag. 2.
- 53 Quia abscessus est de terra viuentium, generationem eius quis enarrabit? fo. 182. pag. 1.
- 53 Dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua. fo. 288. pag. 1.
- 54 Ego creauit fabrum super terram sufflantem in igne prunas. fo. 53. pag. 1.
- 55 Quomodo descendit imber & nix de celo, nec reuertitur illuc. &c. fo. 12. pag. 2.
- 55 Omnes sitientes, venite ad aquas. fo. 213. pag. 2. & 229. pag. 1.
- 55 Ecce testem populi dedi eum, ducem ac præceptorem. fo. 183. pag. 2.
- 56 Omnes bestie agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestie saltus. fo. 140. pag. 2.
- 58 Quare ieiunauimus, & non aperuisti? fo. 50. pag. 2.
- 59 Conuersum est retrosum iudicium, & iustitia à longe stetit. fo. 162. pag. 1. & 217. pag. 1.
- 60 Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & vt columbe. fol. 12. pag. 1.
- 61 Filij peregrinorum, agricolæ & vitatores tui erunt. fo. 7. pa. 1.
- 62 Super muros tuos Hierusalem constitui custodes. folio. 95. pag. 1.
- 62 Transite transite per portas, præparate viam populo. fol. 301. pag. 2.
- 63 Quis est iste, qui venit de Edom in vestibus? fo. 228. pag. 2.
- 64 Omnes iustitie nostre tanquam panus menstruatae. fo. 5. 18. pag. 2. & pag. 2.
- 64 Neque oculus vidit neque auris audiuit. &c. quæ præparauit Deus diligentibus se. fol. 225. pag. 1.

- 1 **V**irgam vigilantem ego vi-  
deo. folio. 128. pag. 2.
- 2 **O**bstupescite celi super hoc &  
portæ eius desolamini vehe-  
menter. fo. 272. pag. 1.
- 2 **V**ide quoniam malum, & ama-  
rum est, dereliquisse te domi-  
num. fo. 126. pag. 1.
- 2 **A** sæculo confregisti iugum,  
rubi tunc vincula. fo. 195. pag. 2.
- 4 **N**ovate vobis novale, & nolite  
ferere super spinas. fol. 16.  
pag. 1.
- 5 **I**nduraverunt faciem suam su-  
pra petram. fo. 17. pag. 2. & 173.  
pag. 1.
- 6 **L**uctum unigeniti fac tibi plâ-  
ctum amarum. fo. 224. pag. 2.  
& 279. pag. 1.
- 7 **T**u autem noli orare pro pa-  
pulo, neque assumes pro eis  
laudem. fo. 170. pag. 2.
- 7 **H**ec est gens quæ noluit reci-  
pere disciplinam. fo. 65. pag. 1.
- 8 **N**unquid non est resina in  
Galad. folio. 72. pag. 1. & 214.  
pag. 1.
- 9 **Q**uis dabit capiti meo aquam,  
& oculis meis fontem lacrima-  
rum? fo. 258. pag. 1.
- 12 **S**eminaverunt triticum, &  
spinas mesuerunt. fo. 10. pa. 1.
- 22 **R**eliqui domum meam, di-  
misi hereditatem meam: facta  
est hæreditas mea quasi leo-
- fol. 207. pag. 1. & 274. pag. 1.
- 12 **C**onfurge in principio vigi-  
lauri, effunde cor tuum quasi  
aquam. fo. 107. pag. 1.
- 13 **S**i potest erioops mutare pel-  
lem suam, & pardus varietates  
suas, & vos poteritis esse bo-  
ni. &c. fo. 59. pag. 2. & 9. pa. 2.
- 14 **Q**uare futurus es sicut colo-  
nus in terra? fo. 9. pag. 2.
- 15 **V**æ mihi mater mea, quare me  
genuisti virum rixæ, & discor-  
diæ? fo. 273. pag. 1.
- 17 **P**erdix sopit quæ non pepe-  
rit, congregavit divitias &c.  
fo. 226. pag. 1.
- 21 **S**i fuerit leconias filius regis  
Ioachim ut anullus in manu  
mea dextra. &c. fo. 118. pag. 3.  
& 188. pag. 2.
- 23 **V**erba mea sicut malleus cõ-  
terens petras. fo. 23. pag. 1.
- 23 **F**actus sum quasi vir ebrius,  
& quasi homo madidus à vino  
fo. 64. pag. 2.
- 31 **Q**uietcat vox tua à ploratu,  
& oculi tui à lacrimis: quia  
est merces operi tuo. folio. 6.  
pag. 1.
- 31 **S**eminabo domum Israel, &  
domum Iuda, femine hominũ  
& iumentorum. fo. 10. pag. 1.
- 31 **I**n Charitate perpetua dile-  
xisti te, ideo attraxi te miserans  
tui. fo. 226. pag. 1.

Statue

- 1 **S**tatue tibi speculũ, pone ti-  
bi amaritudines. fol. 95. pag.  
1.
- 28 **D**ate flores Moab, quia flo-  
rens egredietur. fo. 61. pag. 2.
- 49 **E**cce quibus non erat iudi-  
cium bibentes bibent, & tu  
quasi innocens relinqueris?  
fo. 28. pag. 2.
- T hreni.**
- 3 **P**osuit me de solatam, tota-  
die merore confectam. fol.  
296. pag. 1.
- 2 **C**ui comparabo te filia Sion,  
magna est velut mare contri-  
tio tua. fo. 282. pag. 1.
- 3 **R**edde eis vicem Domine iux-  
ta opera manuum suorũ. fol. 26.  
pag. 1.
- 4 **Q**uomodo obscuratum est au-  
rum, mutatus est color opti-  
mus? fo. 23. pag. 1.
- 4 **C**ontempserunt te amatores  
tui. fo. 259. pag. 2.
- 4 **S**piritus oris nostri Christus  
Dominus, captus est in peccatis  
nostris. fo. 266. pag. 2.
- 3 **P**osuit me quasi signum ad sa-  
gittam. fo. 283. pag. 2.
- & quasi aspectus lampadarũ.  
fo. 35. pag. 2. & 293. pag. 1.
- 4 **S**ume tibi laterẽ, & pones eũ  
coram te, & describes in eo. &c.  
fo. 100. pag. 1.
- 10 **Q**ui sedebat in curru imple-  
vit manus suas prunis, & effu-  
dit super civitatẽ. fo. 39. pa. 1.
- 10 **R**eperit Deus templum, ido-  
lis repletũ. fo. 207. pag. 2.
- 16 **P**ater tuus Amorteus, & ma-  
ter tua Zetea. fo. 175. pag. 2.
- 16 **E**t requiescet indignatio  
mea in te, & auferetur Zelus  
meus à te. fo. 151. pag. 1.
- 18 **A**gite pænitentiam, & non  
erit vobis iniquitas in ruinam  
fo. 61. pag. 2.
- 21 **S**terit rex Babylonis in bi-  
vio, in capite duarum viarum  
divinationem quærens. folio  
147. pag. 1.
- 24 **M**ulto labore sudatum est, &  
non exiit de eamimia rubigo  
eius. fo. 214. pag. 1.
- 29 **O**mne caput calvũ, & om-  
nis humerus depilatus, & mer-  
ces non est redita eis. fo. 167.  
pag. 2.
- 30 **E**t erunt oculi tui videntes  
præceptorẽ tuũ, & aures tuæ au-  
diẽt &c. fo. 128. pag. 1.
- 33 **F**actũ est eis verbũ domini,  
quasi carnẽ musicũ. fo. 61. pa. 2.
- 33 **A**udiunt sermones tuos &

Ezechiel.

1 **A**spectus animalium, quasi  
carbonum ignis ardentium,

302

- non faciunt, quia in canticum  
oris sui verterunt illos. folio  
163. pag. 2.
- 47 Ex utraque parte fluminis,  
erāt arbores plenæ fructibus.  
fo. 98. pag. 1.
- 47 Angelus habens funiculum  
metiebatur templum. fo. 241.  
pag. 2.

*Daniel.*

- 3 Mane, Techel, phares. fo.  
289. pag. 2.
- 10 Facies eius ut spesies fulgu-  
ris, & oculi eius quasi lampas  
ardens. fo. 135. pag. 2.

*Oseas.*

- 7 Ecce ego lactabo eam, & lo-  
quar ad cor eius. fo. 226.  
pag. 1. & 251. pag. 2.
- 2 Ecce ego sepiam viam tuam  
spinis. fo. 94. pag. 1.
- 4 Maledictum, & mēdatium, &  
homicidium inuaduerūt. fo.  
97. pag. 2.
- 4 Populus meus in ligno suo in-  
terrogauit. fo. 146. pag. 2.
- 3 Ego quasi Leena Efrain, &  
quasi catulus leonis domui  
Iuda. fo. 105. pag. 1.

*Ioel.*

Super

- 1 Super montes assumā planc-  
stum, & super speciosa deser-  
ti. fo. 63. pag. 1.
- 2 Canite tuba in Sion, congre-  
gate cœtum. fo. 28. pag. 1.
- 2 Quasi equites sic current. fo.  
179. pag. 1.
- 3 In die illa stillabunt montes  
dulcedinē. fo. 67. pag. 2.
- 3 Fons de domo Domini egre-  
diatur ad irrigandum. &c. fol.  
213. pag. 2.

*Amos.*

- 1 Super tribus sceleribus Da-  
masci, & super quatuor nō  
conuertam eum. folio. 72.  
pag. 1.
- 2 Super tribus sceleribus filio-  
rum Amon, & super quartum  
non conuertam eum. fol. 27.  
pag. 1.
- 2 Super tribus sceleribus Israel  
&c. pro eo quod vendiderit  
pro argento i. Num. fol. 178.  
pag. 1.
- 3 Quomodo si eruat pastor duo  
crura, aut extremum auriculae  
de ore leonis &c. fo. 174. pag.  
1 & 226. pag. 2.
- 6 Existimantes se habere vasa  
cantici, sicut ferus meus Da-  
uid, & nihil compatiebantur

&c. fo. 201. pag. 2.

- 9 Et comprehendet arator me-  
sore, & calcator vbera mittentem  
semen, & stillabunt. &c.  
fo. 11. pag. 1.

*Abdias.*

- 1 Si fures introissent ad te, &  
latrones per noctem, quo-  
modo conticuisse? fo. 229.  
pag. 2.

*Jonas.*

- 3 Adhuc quadraginta dies, &  
Ninive subuertetur. fol.  
23. pag. 1.

*Micheas.*

- 7 Perijt sanctus de terra, &  
reclusus in hominibus non  
est. fo. 7. pag. 1.
- 7 Qui optimus ex eis quasi pa-  
liurus. folio. 17. pag. 2.
- 7 Iram Domini portabo, quia  
peccauit ei. fo. 75. pag. 1. & 230.  
pag. 2.
- 7 Lingent puluerem sicut ser-  
pentes. fo. 255. pag. 1.

I Habacuc.

*Habacuc.*

- S**imonā fecerit, expecta eū:  
quoniam veniens veniet, &  
non tardabit. fo. 153. pag. 1.  
& 309. pag. 1.  
3 Ante faciem eius ibit mors.  
fo. 20. pag. 1.  
3 Percussit caput de domo im-  
pij. fo. 48. pag. 2.  
3 Cornua in manibus eius, ibi  
abscondita est fortitudo eius  
fo. 239. pag. 1.

*Sophonias.*

- A**mbulabunt ut cæci, quia  
Domino peccauerunt. fo.  
108. pag. 1. & 143. pag. 1.

*Zacharias.*

- Q**ui vos tangit, tangit pu-  
pillam oculi mei. folio.  
125. pag. 1.  
5 Prophetæ, viri portendentes.  
appellantur. fo. 165. pag. 2.  
9 Onus verbi domini in terra  
Hadrach, quia dominus est  
oculus hominis. fo. 128. pa. 1.  
9 Et tu quoque in sanguinetuo  
eduxisti vincos tuos de lactu

&amp;c. 303. pag. 2.

- 11 Assumpti mihi duas virgas,  
alteram vocavit funiculum, al-  
teram vocavi decorem. folio.  
142. pag. 2.  
12 In die illa erit planctus mag-  
nus in Hierusalem, sicut plan-  
ctus Andremon. fo. 294. pa. 1.  
13 Percutiam pastorem, & disper-  
gentur oves gregis. folio. 267.  
pag. 2.

*Machabeorum. 1.*

- 3 **N**abuco donosor, candē-  
labrū aureum de tēplo.  
abstulit fol. 103. pag. 2.

*Machabeorum 2.*

- 6 **E**tenim multo tempore,  
non sinere agere ex sentē-  
tia, sed statim ultionē ad-  
hibere magni beneficii iudi-  
cium est. fo. 152. pag. 1.

*Matthæus.*

- 3 **H**ic est filius meus dī electus  
in quo mihi benè com-  
placui. fo. 19. pag. 1.  
5 Sic luceat lux vestra corā ho-  
minibus, ut videant opera ves-  
tra bona. fo. 37. pa. 1. & 11. pa. 2.  
Nolite

- 6 Nolite solliciti esse animæ ves-  
træ, quid manducetis. fo. 130.  
pag. 2.

11 Regnum cælorum vim pati-  
tur, & violenti rapiunt illud;  
fo. 28. pag. 1. & 231. pag. 2. &  
234. pag. 2.

13 Sic est regnum Dei, quemad-  
modum si quis iaciat semen-  
tem in terram, & dormiat. fo.  
144. pag. 2.

13 Regnum cælorum grano si-  
napis comparatur. fo. 13. pa. 2.  
17 Si habueritis fidem sicut gra-  
num sinapis, dicetis huic mō-  
ti &c. fo. 32. pag. 2.

18 Quid prodest homini, si vni-  
versum mundum lucretur, ani-  
mæ vero suæ detrimentum pa-  
riatur? fo. 143. pag. 2.

18 vulpes foveas habent, & vo-  
lucres cæli nidos: filius autē  
hominis &c. fo. 232. pag. 2. &  
312. pag. 2.

21 Ficus infructuosa maledici-  
tur, & arefcit. fo. 99. pag. 2.

23 Væ vobis scribæ, & pharisei,  
qui estis similes sepulchris de-  
aluatis. fo. 33. pag. 2.

27 Verè filius Dei erat iste. fol.  
46. pag. 1.

27 Si filius Dei est descendat  
nunc de cruce. fo. 240. pa. 2.

*Marcus.*

- 15 **E**T angariaverunt Simon &  
Cyrenæum veniētem de  
villa. fo. 206. pag. 2.

*Lucas.*

2 **G**loria in excelsis Deo, &  
in terra pax hominibus.  
fo. 36. pag. 1.

3 Et tuam ipsius animam dolo-  
ris gladius pertransibit. folio.  
284. pag. 2.

3 Non sum dignus, vt solvam  
corrigiam calceamentorum  
eius. fo. 47. pag. 2.

4 Ostendit illi omnia regna or-  
bis terræ in momento. fo. 54.  
pag. 2.

8 Erat verbum istud abscondi-  
tū ab oculis eorum. folio. 23.  
pag. 2.

9 Faciem suam firmavit, vt iret  
in Hierusalem. fo. 85. pag. 1.

10 Homo quidam descendens  
ab Hierusalem in Hierico inci-  
dit in latrones. fo. 66. pag. 2.

12 Sisciret pater familias qua  
hora fur veniret. &c. folio. 229.  
pag. 2.

16 Facite vobis amicos de ma-  
nna iniquitatis. fo. 68. pa. 2.

23 Filia Hierusalem, molite fle-  
re super me, sed super vos. folio.  
88. pag. 2. & 201. pag. 1.

*Ioannes.*

- D**edit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus &c. fo. 10. pag. 2
- 1 Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vngenti a patre. fo. 75. pag. 2.
- 1 Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. fo. 135. pag. 2.
- 2 Soluite templum hoc, & post triduum reedificabo illud. fol. 279. pag. 1.
- 4 Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. fo. 24. pag. 1.
- 8 Vos ex patre diabolo estis. fo. 175. pag. 1.
- 8 Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. fo. 279. pag. 2.
- 9 In iudicium veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci sunt. fo. 140. pag. 1.
- 30 Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. fo. 238. pag. 2.
- 32 Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c. fo. 10. pag. 2.
- 32 Pater clarifica filium tuum in hac hora. fo. 81. pag. 2.
- 32 Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum

- fo. 194. pag. 1.
- 15 Maiorem hac dilectionem nemo habet, quæ ut animam suam, ponat quis &c. folio. 80 pag. 2.
- 18 Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo. fo. 60. pag. 2.

*Acta Apostolorum.*

- 3 **V**os sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis. fo. 271. pag. 1.
- 3 Deus qui præiudicauit per os omnium prophetarum, patris Christi suum. fo. 15. pag. 2.
- 5 Ananias, & saphira mortui sunt. fo. 168. pag. 2.

*Ad Romanos.*

- 1 **I**nuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. fo. 1. pa. 2.
- 1 Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, ex resurrectione mortuorum. fo. 145. pag. 2. & 279. pag. 1.
- 5 Pro iusto vix quis moritur, nisi pro bono forsitan. folio. 259. pag. 1.

Sicut

- 6 Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati, ita exhibete seruire iustitiæ. fo. 202. pa. 2.
- 6 Quomodo Christus surrexit per gloriam patris, ita, & nos in nouitate vitæ ambulemus. fol. 313. pag. 1.
- 8 Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam. fo. 5. pag. 2.
- Fratres, si secundum carnem vixeritis, moriemini. folio. 33. pag. 1.
- 8 Quis nos separabit a Charitate &c. certus sum enim, quod neque mors neque vita. folio. 392. pag. 1. & 300. pag. 1.

*Ad Corinthios.*

- 1 **N**unquid Paulus crucifixus est pro vobis? fol. 228. pag. 2.
- 2 Si enim dominum gloriæ cognouissent, non utique crucifixi essent. fo. 75. pag. 1.
- 4 Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum. fo. 159. pag. 2.
- 4 Quod momentaneum est, & leue tribulationis, æternum gloriæ pondus operatur. fol. 77. pag. 2.
- 2 Eam qui nouit non peccatum, pro

- nobis peccatum fecit. fol. 88. pag. 2.
- 6 Quæ Conuentio lucis ad tenebras? fo. 207. pag. 2.
- 7 Præterit figura huius mundi. fo. 54. pag. 2.
- 9 Non alligabis os bobis triturantis. fo. 6. pag. 2.
- 11 Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat. folio. 243. pag. 2.
- 15 Si Christus surrexit a mortuis, & nos resurgemus. folio. 305. pag. 2.

*2. Ad Corinthios.*

- 5 **C**haritas Christi urget nos certimantes hoc, quia si vnus pro omnibus mortuus est &c. fo. 78. pag. 2.

*Ad Galatas.*

- 6 **F**ratres, si preoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite. fo. 176. pag. 2.

*Ad Colosenses.*

2 3 Adim



**R**atres, si preoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, huiusmodi instruite. fo. 176. pag. 2.

*Ad Colossenses.*

**A**dimpleo quæ defunt passionum Christi in carne mea. fo. 115. pag. 2. & 137. pag. 1.

**D**elens, quod aduersum nos erat chirographum decreti, ipsum tulit de medio. foli. 184. pag. 2.

*Ad Timotheum.*

**Q**ui volunt diuites fieri, incidunt in varias tentationes. fo. 261. pag. 1.

*Ad Timotheum.*

**B**onum certamen certavi, &c. in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. fo. 5. pag. 2.

**A**tque, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. fo. 61. pag. 1.

**Q**ui parçè seminat, parçè, & metet. fo. 132. pag. 1.

*Ad Hebræos.*

**E**t cum iterum introducit primogenitum in orbè terræ, dicit: & adorét eum. &c. fo. 175. pag. 2 & 302. pag. 2.

**T**erra sepè venientè super se bibens imbrem, & proferens tribulos, erit in cõbustionè. fol. 14. pag. 1.

**F**ortissimum solatium habemus, qui confugimus ad tenèdã propositã spem. folio. 77. pag. 1.

**T**alis enim decebat vt esset nobis pontifex, sanctus, innocens. &c. fo. 158. pag. 1.

**H**ostiam, & oblator è noluit, corpus autem adaptasti mihi. fo. 195. pag. 1.

**F**ide Iacob moriens, filios Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius. fo. 189. pag. 2.

**A**ccessistis ad sanguinem Iesuchristi, melius clamantè, quam sanguis Abel. fo. 211. pag. 1.

**P**ropter quod, & Iesus vt sanctificaret. &c. extra portam passus est. fo. 206. pag. 1.

Prop

*Epistola 2 Petri.*

**R**atres, facite, vt per bona opera, certam faciatis vocationem vestram. fol. 137. pag. 1.

**N**emo vestrum patiatut quasi homicida aut tur. fo. 231. pa. 1.

*Epistola 1. Ioanis.*

**E**st peccatum ad mortem, nõ pro illo dico, vt roget quis. fo. 170. pag. 2.

*Apocalypsis.*

**E**go sto ad ostium, & pulso. fo. 118. pag. 1. & 165. pag. 1. & 208. pag. 1.

**V**iginti quatuor seniores erant in circuitu throni. folio. 129. pag. 2.

**D**ignus est agnus qui occisus est, accipere vittam, & dimittere vittam. fo. 81. pag. 2.

**A**gnus aperuit sigillum, & exiit equus albus. fo. 48. pag. 2.

**A**bsterget Deus omnè lachrymam ab oculis sanctorum. fo.

314. pag. 1.

**D**ata sunt angelo incensa multa, vt adoleret ea super altare aureum. fo. 209. pag. 1.

**A**nimæ interfectorum, sub throno Dei clamant. fo. 154. pag. 1.

**S**ignum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & draco ad pedes eius. fo. 50. pa. 1.

**V**æ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam. fo. 100. pag. 2.

**Q**uis similis bestiarum, aut quis poterit pugnare cum ea? foli. 301. pag. 1.

**T**imere dominum, & date illi honorem. fo. 13. pag. 2.

**S**eptè angeli effuderunt phialas suas super terram. fol. 61. pag. 1.

**H**abebat in vestimento, & in fænore eius, Rex regum, & dominus dominantium. fo. 109. pag. 1.

**E**go genus, & radix David. fo. 306. pag. 1.

F I N I S.

Toleti, Apud Thomã Guzmanũ,

Anno. 1600.

